

ANTIGÜEDADES

ROMANAS

6588

48

R. 53

JO. GOTTLIEB.  
HEINECCII JC.  
ANTIQUITATUM  
ROMANARUM  
JURISPRUDENTIAM ILLUSTRANTUM  
SYNTAGMA

SECUNDUM ORDENEM INSTITUTIONUM JUSTINIANI  
DIGESTUM

IN QUO MULTA JURIS ROMANI  
etque Anteriorum Veterum Loca explicantur,  
etque illustrantur.

PARS PRIMA.

EDITIO CETERIS ITALICIS

Longe auctior & castigatior.



VENETIIS, MDCCXCVII.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU.

10 GOTTLIEB  
EINTEGELIC  
MUTATIUS  
MILIA MOL  
MUTATIUS MATHEMATICA  
SYNATUM

SCURSUS OF THE MATH. OF THE EARTH AND SKY  
BY J. G. GOTTLIEB.

THE MATH. OF THE EARTH AND SKY  
WITH A TREATISE ON THE EARTH AND SKY  
AND THE MOTION OF THE STARS.

AMSTERDAM

PRINTED FOR THE AUTHOR BY J. G. GOTTLIEB.

1710.



AMSTERDAM, MDCCXCVI.  
BY J. G. GOTTLIEB.

P R A E F A T I O

PRIORI EDITIONI PRÆMISSA

LECTORI BENEVOLO

S. P. D. Jo. GOTTL. HEINECCIUS

J.C.

Quantum utilitatis in jurisprudentia nostra Antiquitatum Romanarum adferat notitia, nemo, nisi qui nunquam est hisce sacris initiatus, ignorat. Evidem iam eo tempore, quo adhuc florebant res Romanæ, vix quisquam præclarum jureconsulti nomen tueri videbatur, qui erat ab hoc insigni præstantissimeque præsidio destitutus. Plurima erat, teste CICERONE (*a*) in omni jure civili antiquitatis effigies, & præsca verborum vetustas, & aetiorum genera quædam, quæ majorum consuetudinem vitamque declarabant. Hec vero omnia quis quæso intelligat, nisi qui interiorem sibi antiquitatis scientiam comparaverit? Hinc in maxima plerunque ac præcipua veterum jure consultorum laude ponebatur accuratio antiquitarum noticia. PLINIUS, (*b*) ARISTONEM jureconsultum laudatur, nihil in eo magis, quam illam præsci moris peritiam, admiratur. Quam peritius, inquit, ille & privati juris & publici? Quantum rerum, quantum exemplorum, quantum ANTIQUITATIS tenet? Nihil est, quod discere velis, quod ille docere non possit. Mibi certe, quoties aliquid abditum quero, instar thesauri est. Idem reconditarum litterarum præsidium etiam in ANTISTIO LABEONE celebrat GELLIUS (*c*), ex quo discimus, nihil eum ratum pensumque habuisse, nisi quod ju-

stum

---

(*a*) CIC. de Orat. 1. 43. (*b*) PLIN. Epist. 1. 22.

(*c*) GELL. Noti. Att. 13. 12.

stum sansumque esse, in Romanis ANTIQUITATIBUS legisset. Quum ergo jam ii jureconsulti, qui florentem viderant reipublicam, hoc praefidio carere haud posse viderentur; quid de nostris dicamus temporibus, quibus ita extincta est Romana respublica, nullum ut existeret, nisi in hominum memoria, veteris illius forme vestigium? Aliæ hodie sunt consuetudines, alia religio, alii magistratus, alia judicia, alia denique imperiorum & rerum publicarum facies. Et tamen peregrinis adstricti legibus vivimus, easque interpretari, & obvenientibus hodie negotiis applicare jubemur. Quis hoc prestatiterit, nisi qui impressam animo circumferat veteris illius Romanæ reipublicæ effigiem, &, ut JUSTINIANUS (*d*) alicubi monet, nihil ANTIQUITATIS penitus ignoret?

Equidem si cui hoc dubium videbitur, cum ego ad Glossatores remittam, ad illud, inquam, hominum genus, cui extincto litterarum lumine, tantum statuebatur pretii, ut quasi Atlantis humeris coelum, ita eorum auctoritate jurisprudentiae dignitas videtur sustineri. Quid enim aliud eminentissima illa ingenia in tot ridiculos, ac pene pueriles errores abriput, quam antiquitatum Romanarum, omnisque politioris litteraturæ ignorantia? Fieri enim profecto haud poterat, quin homines, ejus respublicæ ignari, cuius leges & jura traslabant, tamquam illuni nocte sine lumine oberrantes, sape offenderent, sape laverentur, sape quovis potius, quam quo instituerant, pervenirent, ut eleganter ait M. ANTONIUS MURETUS (*e*). Non pudebat ergo tum legi *Iustice Caninie a causa invidia* (*f*): legi *Hortensiae* a nescio quo

Re-

(*d*) *S. r. Infl. de testi ordin.*

(*e*) *MURET. Part. 1. Orat. 17.*

(*f*) *Glossa ad priac. Infl. de Lege Fus. Can. coll. edit. antiquiss. ex seculo 15. Quam legem Fusiam Caniniam forte a quodam, qui Ceninius nominabatur, inductam, ut in Publiciana dicitur infl. de *affectionibz* *S. alie.* Nam canis servabat naturam, qui stat in palea, qui nec sibi potest habere paleam, nec alii permittit accipere. Sic nec sibi*

Rege Hortensio (g); calatis Comitiis a Greco (a); quarté Falcidie a defalcando (i); & libertis orciis a nescio quo Greco orcas, quod velum significet (k), nomina arcere. Neque religio tum erat, ea quæ de antiqua in jus vocatione in jure Romano repererant, ad hodiernam citationem; & quæ de albis prætorum legerant, ad edicta judicium nostrorum referre. Quia, ne quid deesset inceptiarum, ex veteribus istis præsidibus & præfectis prætorio imperii nostri principes atque electores derivare haud dubitabant. Quas ridiculas interpretationes ex causa antiquatum Romanarum, interiorisque litteraturæ ignorantia subnatas, quam posteri, magis istis tamquam glebae adscripti, tantum non consecrarent; tantus sensim succrexit errorum gravissimorum proventus, ut exsirmando huic luxurianti lolio ne eminentissimorum quidem jureconsultorum sufficeret diligentia.

Enimvero, condonandum id forsitan fuerit magis illis, qui tam infelici sæculo adoleverant ingenii. Illud vix ferendum, quod in felici illa temporum reparatione, quam ubique serverent eleganciorum litterarum studia, non deessent, qui in illa glossatorum barbarie quaererent delicias, frugeque reperta, glande tamen vesci inallent. Nemo ignorat, quantum in jurisprudentia repurganda illustrandaque desudaverint præstantissima superiorum temporum ingenia, AL-

CIA.

---

sibi poterat tenere servos, quod morichatur; nec libertatem patiebatur nisi dari. Unde merito canaria dicitur, ut sit consequens nomen regi.

(g) Glossa ad §. 4. Inst. de Jure nat. gent. & civ. Sed hoc substatum est per legem, latam ab Hortensio Rege.

(b) Glossa ad §. 1. Inst. de testam. ord. Calatis, id est, bonis initis vel conventibus, nullis enim beneficiis interpretatur.

(i) Glossa ad princ. Inst. de Legi Falcid. Falcidii sic dicta, quod ut falso fonsum, sic & lex legata relecta.

(k) Glossa ad §. 2. Inst. de sing. reb. per fiduciam. Orcinus sic dictus ab orco, quod est rectum, unde omnibus, id est, directe manumissus; vel ab orco, id est capi-

CIATI, BUDÆI, CUJACII, BALDUINI, HOMANNI, CHARONDÆ, CONTII, BRISSONII, FABRI, AUGUSTINI, GIPHANII, PI. THOEI, RÆVARDI, RITTERSHUSII, qui omnes cum juris peritia admirabilem quamdam atque inusitatam antiquitatis notitiam conjuixerant: sed eorum tamen labores adeo sorduerunt plerisque, ut vir quidam doctissimus, qui Balduni opera conjunctim edere instituerat, non reperiret, qai sumptus facete sustineret. Si qui etiam, eorum excitati exemplo, eamdem docendi rationem sequerentur in academis, iis publico expositis odio, barbaroque *humanistarum* nomine traductis, tantum non aqua & igni interdicebatur (l). Certatum ergo tum juvenes in Italiam, tanquam ad jurisprudentiae mercatum quendam confluebant, audituri ibi jureconsultos magistraliter, si Deo placet, docentes, (m) & reddituri inde rabulae haud postremi, confidentes, acres, contentiosi, & quod palmarum tum videbatur, multarum legum, sibi non intellectarum principia uno spiritu citare gnarissimi.

Verum suppuduit demum jureconsultos tante barbarei, Deusque hanc eis mentem dedit, ut cum illo legum studio preter accuratiorem ratiocinandi artem, aliaque praesidia, etiam antiquitatum in primis Romanarum peritiam conjungere. Viderunt postrema haec secula jureconsultos humanissimos, MERILLIOS, GROTIOS, GOTHOFREDOS, AVERANIOS, VINNIOS, FREHEROS, HERALDOS, OISELIOS, BRUMMEROS, MENAGIOS, HUBEROS, SPANHEMIOS, BYNCKERSHÆKIOS, NOODTIOS, SCHULTINGIOS, qui nihil fecerunt reliqui, ut legibus ex ipsis statutis Romani, veterumque rituum contemplatione lucem suffunderent.

Sed

(l) Exemplum est in MELE. von OSSEN. Testamento Part. 2. cap. 8. §. 2. p. 383. & §. 14 p. 303.

(m) Magistraliter hanc docendi methodum luculenter ex Pantiroli de Clas. leg. Interpr. 2. 6. exponit THOMAS. ad Melib. ad Offen. Taf. p. 398.

Sed plerique tamen diuinxerat singularia quædam juris nostri capita illustranda suscepérunt, nemque adhuc, quantum memini, existit, qui per omnes juris partes eundo hoc antiquitatis iter, ut CICERO (<sup>n</sup>) vocat, contecērit. Evidem JACOBUM GOTHOFREDUM justum antiquitatum iuridicarum corpus meditatum esse, auctor est MORONIUS (<sup>o</sup>), id quod, si vidisset lucem, tamquam Phidiae aliquod signum omnium procul dubio cordatorum admirationem meruisse. Verum invidenterunt nobis facta tam luculentum opus, neque quisquam adhuc in tanti viri labores successit.

Quum vero & ego, quantum utilitatis hæc antiquitatum notitia juris Romani cultoribus adferat, experiundo didicissim, & olim ita ferente studiorum meorum ratione, in pervolyendis melioris ætatis auctoribus, indagandisque antiquitatibus haud parum insuffissem operæ: facile a me impetravi, ut hac re cupidæ legum juventutis studia pro virili mea parte juvare amitteret. Eo consilio superiorè æstate in publicis, quas indixeram, prelectionibus ad singulos Institutionum titulos ea explicavi, quæ ex antiquitatibus ad intelligendam illam juris materialiam observanda videbantur. Quum vero, auditorum memorie consulturus, brevissimis, quantum licet, positionibus omnia conclusissim, digne ille quibusdam vise sunt, quas revocarem sub limam, & publicæ luci exponerem. Et inde subnatum mihi est hoc antiquitatum Romanarum, quod nunc publici juris facio, syntagma, interioris iuris prudentiæ studiosis non ingratum, ut spero, futurum. Evidem & in antiquitatum studio suavis nonnumquam latet infanta. Non defunt hodiendum, Damasippus illius similes, de quo HORATIUS (<sup>p</sup>):

*Insanit veteres sternas Damasippus emendo.  
Non defunt, qui Protei baculum, aut Epicteti scitilem*

(<sup>n</sup>) CIC. de Orat. 1. 63.

(<sup>o</sup>) MORONIUS. Polybius. T. 3. l. 6. Sect. 3. §. 11. p. 83.

(<sup>p</sup>) HORAT. Serm. 2. 3. vs. 64.

iem lucernam talentis coemerent, dummodo essent, qui decipere vellent. Sed hos ego homines suaviter rideo, & si recte ab HENR. STEPHANO (9) observatum: Græcos olim simplices homines d'ixant & εἰρηνεῖς, stultos vero οὐδέποτε, οὐδέποτε, & δοκετέλειοι, vocasse: nulli mihi magis hoc nomen mereri videntur, quam qui antiquitatis quisquiliae auro mercantur. Numquam mihi placuit antiquitatis studium, nisi quod sublminioribus scientiis lumen preferret. Non ergo vulgaria ac trita hic quæres, non αἰτοταρχίαι illas, quas plerunque in antiquitatem scriptoribus tident, quotquot sunt cordatores eruditii. Non hic de veterum calceis, non de eorumdem tricliniis, epulis, januis, Iudis, hastis, tibiis, coronis, larvis, thermis, torquibus, lucernis agitur (cui enim non dictus Hylas?), sed de iis, quæ ad statum reipublicæ Romanæ, ad legum origines & rationes, ad ritus, formulas, & sollemnia populi Romani verba, ipsumque veterum judiciorum ordinem pertinent, sine quibus intelligi haud possunt leges Romanorum. In consilium ubique adhibui auctores præstantissimos, quos omnes ipse evolvi, & quantum licuit, bona fide citavi. In prioribus titulis multum me fateor proficisse ex illustris THOMASII dissertationibus, quibus institutiones illustrare cœpit (r), quæ si omnes vidissent lucem, supercedere potuisse hisce lucubrationibus. Multum quoque adjumenti mihi attulerunt aeterna CUJACII, HOTOMANNORUM, BRISSONII, BALDUINI, PET. FABRI, BRUMMERI, M. VERTANII, MAURI, SIGONII, SALMASII, JO. FRID. GRONOVI, EZECH. SPINHEMII, MENAGII, NOODTII, BYNCKERSHOECKII, PERIZONII, HUBERORUM, BURMANI, SCHULTINGII, aliorumque doctissimorum virorum opera, quæ diurna nocturnaque versavi manu. Legem tamen hanc ego inihimet ipse dixi, ut

sem-

(9) HENR. STEPH. *Apolig. Hiradat.*(r) *De usu practico Institutionum*, in quibus tamen adhuc non longius, quam ad Lib. 1. Tit. 12. progressus est.

semper ad fontes recurrerem: eaque re factum est,  
 ut haud paucæ observarem, quæ aliis in mentem haud  
 venisse arbitror. Quum vero in prælectionibus, qua-  
 rum memini; publicis, ordinem Institutionum sequu-  
 tus essem: nolui postea ab eodem recedere, sed cum  
 dem in toto opusculo servandum existimavi, ea ta-  
 men lege, ut potiores quæ in Pandectis occurrunt,  
 materias justo loco atque ordine insererem, multaque,  
 quæ in utrisque desiderantur, hinc inde supplerem.  
 Sic quin verbi causa distinctiones personarum omnes  
 neque in Institutionibus, neque in latiore Digestorum  
 opere explicare sint: de illis accuratissime egi in ad-  
 pendice libri primi, ubi sumul dedi operam, ut quæ  
 a CAR. SIGONIO in libris *de antiquo jure ciuium*  
*Rom. Italie & provinciarum*, ut & EZECH. SPA-  
 NHEMIO in *Orbe Romano* paullo prolixius tradun-  
 tur, tanquam in nucleo exhiberem. Eadem cura &  
 divisionem illam *rerum mancipi*, & *nec mancipi*, de  
 qua altum est in jure nostro silentium, exposui *Libra-*  
<sup>z.</sup> *Tit. I.* Multa quoque dicta invenies de jurisdi-  
 ctione & imperio, de ordine judiciorum, de feriis  
 & dilationibus, de edendo, postulando, procuratori-  
 bus, de jure dotium, divortiis, aliisque juris capitili-  
 bus, quæ siccò pede in Institutionibus prætereunda  
 putavit TRIBONIANUS. Ut paucis dicam, ita  
 in hoc opere versatus sum, ut liceat mihi fructum  
 uberrimum ad conscientiam meam referre. Illud  
 unum dolco, inter concatenatos labores non licuisse  
 mihi esse tam felici, ut paullo severiore lima menda  
 omnia tollerem. Ea TU, LECTOR BENEVOLE,  
 tantisper æquo animo feras, rogo, dum in calce po-  
 steroris partis indicem eorum, in quibus opera aber-  
 rarunt, confecero. Interim fruere his, & ANTIQUIL-  
 TATES GERMANICAS, quæ ad illustrandum jus  
 Germanicum hodiernum faciunt, & quas ego jam a  
 plurimis annis perpolivi, eadem methodo expositas,  
 brevi, si Deo visum fuerit, exspecta. Vale. Ex  
 Academia Fridericiana, ipsius KAL. SEPTEMB.  
 CCCCXVIII.

# P R A E F A T I O

*Sequentibus Editionibus adjuncta.*

## LECTORI BENEVOLO

S. P.

PRæter ea, quæ olim huic libello verbosius præfatus sum, jam quoque sunt, LECTOR, quæ paucis te volo. Quia occasione ille mihi olim subitanea veluti opera natus sit, ex vetere præfatione, si memineris, didicisti. Fata tunc illi longe alia, quam quæ expertus est, ominabar. Non dubitabam enim, quia, quum plerique alieno ab his studiis animo esse soleant, libellus non nisi meis, quibus illum destinaveram, auditoribus utilitatem aliquam adlaturus, adeoque extra academiam, in qua tunc publice docendi munere fungebat, Halensis pomoeriz non multum consequuturus esset celebritatis. Enimvero aliter accidit, ac quidem existimaveram. Vix enim prælo exierat, opusculum, quum & exteri in ephemeridis publicis institutum meum probarent, & ipsum libellum commendarent unice. Fuerunt etiam, qui se eo non parum adjutoris esse, litteris ad me datis, significarent. Fuerunt, qui illum in hac exteriis academias publice enarrarent, suisque illustrarent interpretationibus. Fuerunt denique, ut sit, qui in libellis & schedis suis, mea, vel suppresso auctoris nomine, exscriberent, vel cum honoris præfatione citarent, vel nævos quosdam, sive veros, sive sibi ita visos, candide indicarent; quibus ego me magis obstrictum fateor, quam illis, qui mihi laudes, quas non agnoscō, admictrici non dubitarunt. Inter haec, omnia libelli exemplaria paucos intra annos distracta sunt, meque iam monet bibliopola, in quem, dissipato bibliopolio novo, jus vendendi opusculum, translatum est, ut si quid in scriptis esset, quod addendum putem, id secum communicare non dubitem, ast ita

tamen componam rationes, ut forma libri non multum immutetur. Statim ergo sub incudem illum revocavi, & nihil feci reliqui, ut multo concinior emendatione prodiret in lucem. Quid præstiterim, paucis accipe. Nervos, qui vel operarum incuria, vel culpa mea, quatuor levissima, priori editio si hæserunt, severissima cura sustuli; Auctorum loca accuratissime citavi; quedam non satis firmata, novis nunc testimoniis stabilivi; adjeci hinc inde observationes, quæ deesse videbantur: quibusdam, de quibus amplius deliberandum censui, induxi lituram. Mutavi etiam nonnunquam sententiam, a nemine monitus, & solo veritatis studio, quod rebus omnibus anteferre viorum moxitu correxi, si quando eos acu terigisse deprehendi. Numquam enim mihi adeo placui, ut humani quidquam a me alienum ducerem. Denique quin a quibusdam non ex merito vellicari me amadverterem, operam etiam dedi, ut mea vindicatio modeste. Exemplo esse poterunt, quæ contra Virum Clarissimum, B. BRANCHU, juroconsultum Lugdunensem disputavi. Bis me Vir doctus erroris postulavit in elaboratissimis, quas evulgat, observationibus juris. Sed utroque loco cum non errorem deprehendisse, sed conjecturam conjecturæ opposuisse animadverti, & quidem parum verisimilem verisimilimæ. Unde quin noa liceret mihi esse tam beato, ut ab eo proficerem, committendum mihi haud putavi, ut errasse me faterer, ubi ipse errori propior videbatur. Denique, ne id ignores, indicem auxili quam maxime, insertis iis, quæ in nova hac editione accesserunt. Ita vere adsumare possum, auctiorem emendationemque proditum esse libellum, si is, qui emendationi plagularum impressatum præfuerit, tantum industria attulerit, quantum ego ad illius recognitionem attuli. Diligentiam enim operarum, quamvis exactissimam a bibliopola, viro integerrimo, stipulatus sum, ipse præstare nequeo, plus quam centum miliaribus Argentorato remotus. Hæc sunt, quæ scire te volui, LECTOR, antequam te ipsius libri lectioni dares. Tu lucubratione, quara in tui gratiam

fuslinui, utere, fruere, & mihi, tua causa omnia  
volenti, & antiquitates Germanici juris multo ma-  
jore studio adoranti, & brevi eidem prælo commis-  
furo, fave. Hale Kal. Sextil. c15CCXXIII. Hæc  
ante biennium. Jam scito, iterum distractis exempla-  
ribus, me denuo libellum recognovisse, emendasse,  
nihilque focisse reliqui, ut prodiret & auctior &  
emaculatior. Est hoc studium hujusmodi, ut quoti-  
die aliquid observes; nec quisquam tam bene subdu-  
cta ad scribendum ratione est, quin res, ætas, usus  
semper aliquid adportet novi, aliquid inoneat, ut  
illa, quæ te scire credideras, nescias: & quæ tibi  
putaras prima, in experiundo repudies. Quod & mi-  
hi, quoties mea relogo, evenit, evenietque fortassis  
& in postetum, si me vivo libellus quarrum præla  
exercuerit. Sed hæc Deo curse erunt, cui TE, LE-  
CTOR, & que ac me ipsum, meaque omnia commen-  
do. Francqueræ Frisorum x. Kal. Febr. c15CCXXVI.

OCTAVA hæc editio auæta est, sive in Textu  
sive in Notis, ut apparebit multis in locis hoc signo  
( ) distinctis post Editionem Basileensem ann. 1742.

*Ad calcem Voluminis secundi rejecimus Indicem  
Titularum, nec non Materiarum.*

# JO. GOTTL. HEINECCII, JC.

## ANTIQUITATES ROMANÆ

### JURISPRUDENTIAM ILLUSTRANTES.

#### P R O O E M I U M .

§. 1. Legum regiarum collectio, seu ius Papinianum.

\* Exstat in Sylloge III. §. 2. Ejus inseritus & restitutio. §. 3. Leges 12. Tabularium. §. 4. Earum interitus & restauratio. §. 5. Collectiones 12. Tabularium recentiores. §. 6. Legis actiones earumque formule & fasti. §. 7. Collectio earum in jure Flaviano. §. 8. Et ius Ælianum. §. 9. Utrisque interitus & restauratio. §. 10. Romana jurisprudentia mole sua laborat. §. 11. De universalis juris Rom. collectione cogitat Cicero. §. 12. Ut & Iul. Caesar, & Cn. Pompejus & Constantinus M. §. 13. Edicta Pratorum primum collecta ab Ofilio. §. 14. Edictum perpetuum Salvii Juliani. \* Vid. Opusc. Miscell. Sylloges prioris Exercit. 24. p. 978. \*\* Reperiatur in Tom. 8. hujuscē Edit. §. 15. Edictum provinciale. §. 16. Restitutio edicti perpetui. §. 17. Codices, in quibus collectae constitutiones principiū. §. 18. Codex Gregorianus. §. 19. Codex Hermogenianus. §. 20. Cur hi Imperatorum gentilium constitutiones collegent? §. 21. Codicis utrinusque fragmenta. §. 22. Codex Theodosianus. \* Tom. 2. hujuscē edit. §. 23. Nævi hujus codicis. §. 24. Novella illi adjelta. §. 25. Collectio Justiniani. §. 26. Hujus Imperatoris genius. §. 27. Ictorum, quorum opera usus, indeoles. §. 28. Codex Justinianus. §. 29. Pandælia. §. 30. Institutiones. §. 31. Codex repetitæ prælectionis. §. 32. Novelle. §. 33. Authentica. §. 34. Usus juris Justiniane in Occidente. §. 35. In Oriente ius Justinianum primo Graece versum. §. 36. Deinde pro ea collectio

tentata a Basilio. §. 37. & Leone. §. 38. Nec non  
Constantino Porphyrogeneta. Unde narium opus. &  
etiam. §. 39. Varia epitome inde conselta. §. 40.  
Finis iuris Justinianei in Oriente. §. 41. Ejus in-  
crementa in Occidente. §. 42. Ratio veterum tra-  
blandi jus civile. §. 43. Methodus corundem tra-  
dendi jurisprudentiam. §. 44. Schola juridica Ro-  
mana. §. 45. Methodus docendi in scololis juridicis  
ante & post Justinianum.

**Q**UUM Justinianus Imperator in Institutionum  
proemio sua pocissimum collectionis texat ha-  
storam: facturi videbuntur operæ pretium, si & nos  
illius exemplo JURIS ROMANI COLLECTIONES, tum  
ante Justinianum, tum postea conseltas, veluti per  
indicem recensuerimus.

**S.** 1. Urbem Romanam principio reges habuere, qui  
manu initio omnia regere, postea vero leges qual-  
dam curiatas ad populum ferre ceperunt. *Annal.* 3.  
26. l. 2. §. 2. *D. de orig. jur.* Has leges regias,  
maxime sacras primus collegit C. Papinius (f), non  
multo post exactos reges pontifex maximus, ut patet  
ex

---

(f) Pomponius *l. 2. §. 2. & 36. D. de O. T. modo*  
*Seatum, modo Publicum;* Dionysius vero Halicarnassus,  
qui plurimum ea in re credendum, *Cajum* appellat (Me-  
minit Dionys. Halic. *Liber. V. Cap. 1.* & Manti Papirii,  
qui eodem fere tempore floruit. Sed is non fuit ponti-  
fex, sed rex Sacrorum. Nec assentimur Petronio *Ani-*  
*mis. His. Cap. 2. p. 89.* qui *Sparium* vocatum esse existimat,  
non ob alias rationem, quam quod hoc frequens Papi-  
riorum prénomē fuerit). Qum autem *Cujacius* obser-  
vet, in codicibus MSC. legi VI. pro *Seatum*: non dubi-  
to, quin ex nota numerali Sexti prénomē sibi fixerint  
scrītæ. Significare vero videtur numerus iste Papirium,  
quem Dionysius Halicarnassus præcipue sacras Numas leges  
collegisse refert, sexto demum libro reliquas leges regias,  
veluti adpendicem, adiecisse: unde ita forsitan legenda verba  
Pomponii: *Quæ omnes conscriptæ restant in libro sexto C.*  
*Papirii,* Bynkensh. *Prætermissa ad l. 2. D. de O. T. p. 47.*

ex Dionys. Halicarn. *Antiqu. Rom.* 3. p. 187. ex quo etiam discimus, C. Papirium illum leges Numae, dudum abolitas, in lucem revocasse. Et hanc quidem collectio JUS CIVILE PAPIRIANUM (1) vocatur a Pomponio, l. 2. §. 2. *D. de orig. jur.* de coque, tempore Cesaris (ut eleganter observavit V. C. Car. Andr. Duker. *de Lumin. ves. Juriscons.* pag. 156.) librum integrum composuit Granius Flaccus, laudatum in *lib.* 144. *D. de verb. signif.* (Add. *Dissert. nostr. de jure Papiriano, in Opusc. nostr. minor.* \*)

§. 2. Dudum vero, praeter paucissima fragmenta (n), Papiriana illa collectio periit. Et hinc renatis litteris de colligendis legibus regiis cogitarunt Valentinus Forsterus in *historia Juris Romani, Libro I. Cap. 6. & seq.* (in cuius temeritatem graviter animadvertisit Chr. Ad. Rupert. *ad Pompon. Enchirid. Lib. 3. Cap. 1.*) Fulvius Urtinus, Ant. Augustinus, & Justus Lipsius *de legibus reges & decemviralibus.* Pandulphus Pratejus *in jurisprudentia vetere Draconis & Solonis, cum Romano iure legum regiarum & decemviralium collata,* Lugd. 1559. 8. itemque Franc. Modius, Stephan. Vincent. Pighius, Anton. Sylvius, &c., qui reliquis omnibus palnam præcipuit, Paulus Merula *de legibus Romanorum, Capite II. & sequentibus.* Romuli leges singulaz opusculo collegit, exposuitque Franc. Baldinus

nus

(1) Papisti ollim dicti, qui postea Papirii, Cicero Lib. 10. Epist. ad famili. 21. Primus Appius Claudius (sive Cœrus, sive Centummanus, sive Crassus) circa annum U. C. 405. litteram R. reperit, ex eoque tempore dici cepit, Papirius, Furji, Valerius pro Papirio, Faſo, Valerio, l. 2. §. 36. *D. de orig. jur.* & ibi Bynkershoek. in *Fratermissi.* Petr. Faber *Sententiar. I. 21. p. 52.*

(n) Fragmentum bene longum e jure Papiriano extat apud Macrob. *Saturn.* 3. 11. Quamvis, quum illud non tam legum, quam commentarii, faciem pra se ferat, magis Granio Flacco, quam Papirio, videatur tribuendum. Forsan etiam huc pertinet l. 2. *de mort. inge-*

nus (x), quod in *Jurispr. Rom. & Attic.* Tom. I. p. 15. cum aliis Balduini operibus relatum est.

§. 3. Ejectis regibus, leges quoque eorumdem exolevisse (y), & ius maxime incertum esse coepisse, novimus ex l. 2. §. 3. D. de orig. jur. Post diuturnas patriciorum plebisque similitates, anno U. C. 301. tres legati in Graeciam missi, qui variarum civitatum leges describerent. Postea deceunviri, legum servendarum causa creati, e moribus antiquis (z), &

ju-

---

(x) Sequutus est Balduinus tabulam Capitolinam, cuius apographum a Jo. Barth. Marliano acceperebat. Sed eam genuinam, certe antiquam haud esse, vel primo intuitu adparet. Vid. Eric. Maurit. *Dissert. de libris jur. com.* p. 92. Ge. Schubart. *de Fatis Jurisprud.* Rom. Exerc. 1. 38. p. 64.

(y) Leges omnes regias semel simulque lege tribunicia abrogatas esse, vulgo colligunt ex l. 2. §. 3. D. de orig. jur. *Ejectis regibus lege tribunicia, omnes leges sic exoleverunt.* Ex hœc enim loco palam esse putant, lege quidam, vel a Junio Bruto, Tribuno adhuc Celerum, lata, vel tribunum a populo seita, leges regias omnes fuisse proscriptas. Vid. Ge. Eberlin. *de orig. jur.* 4. 11. p. 22. Ge. Schubart. *de stat. jurispr. Rom. Exerc.* 2. 4. 118. At leges lege non exolescunt, sed abrogantur: neque Pomponius ait, leges regias lege illa tribunicia exolevisse, sed reges ipsos proscriptos esse lege tribunicis. Rittershus. *ad Leg.* 12. Tab. p. o. Bynkershus. *ad Leg.* 12. Tab. p. 9. Bynkersh. ib. p. 19. Tribunicia vero illa lex non alia est, quam Junia de imperio consulari, quippe quam Brutus, adhuc Tribunus Celerum, ad populum tulit. Exoleverunt vero regiae leges desuetudine, & quidem omnes. Nam si quis in usu manserant, ex non tanquam leges regiae, sed tanquam mores patrii, postlimino in usum revocati, observabantur, ut discimus ex Dion. Halic. Ant. Rom. 10. p. 627.

(z) Multas leges regias in XII. Tabulas migrasse, prolixè demonstrant Jac. Cujac. *Observat.* 3. 40. Guil. Maraldi l. 2. D. de orig. jur. p. 107. 120. Et latet id constat exemplo patriz potestatis, de qua legem Romuli in quartæ tabula exsilitisse, testatur Dionys. Halic. Ant. Rom. 2. p. 97. qui etiam Lib. 10. pag. 681. observat, 12. Ta-

bu-

jure, quod legati attulerant, peregrino, & præcipue Attico (*a*), decein initio, ac paullo post duodecim tabulas compilarent; quas deinde populus in comitiis centuriatis probavit. *Liv. Hist. 3. 31. 34. 37. 57.* Dionys. Halicarn. *Antiq. Rom. 10. p. 676.* Et hæ sunt tabulæ, quas omnibus omnium philosophorum bibliothecis anteponendas (*b*) putabat Crassus apud

Cī-

bulas ἐν τη̄ τοῦ μακεδονικοῦ γέμων, ἡ πρώτη τῶν τοῖς αὐτοῖς σύγχροναι διεργόν, ταῦτα Γρεονινοὶ λεγίbus, ταῦτα ex suis morib⁹ non scriptis, esse compilatas. Sed & *Livius 6. 1.* post incensam a Gallis urbem etiam leges regias cum 12. Tabulis conquisitas fuisse, refert. Plura non addo de re certissima.

(*a*) Solon's leges adeo primas tulerant, ut eas solos commenarent auctores quamplurimi. At *Liv. 3. 31.* legatos illos iussos esse, ait, incolas leges Solonis describentes. & aliorum Grecie civitatum instituta, mores, juraque noscere. Et *Gell. Noct. Attic. 20. 1.* duodecim tabulas inquisitis exploratisque multarum urbium legibus, eleganti atque absoluta brevitate verborum scriptas testatur. Tuncius denique *Annal. 3. 27.* a decemviris que usquam regula, accita esse docet. De Lacedæmoniū legibus vulgo hoc negant, ob testimonium Augustini de Civ. Dei 2. 16. Sed illi opposi possent Symmachus Epist. 3. 11. Ammian. Marcellin. Hist. 16. 5. & Athentus Deipnosi. 6. p. 273. qui Romanos τὴν Λακεδαιμονίου πολιτείαν elegisse, sanctiusque ipsis Lacedæmoniis custodivisse, scripsit. Fortasse tutelam agnitorum legitimam Laconum moribus debent Romanii. Sane enim Sparta eum tutelam usitatem fuisse, pater ex Herod. 1. 65. Nec dubitandum, quin ex Charondæ quoque legibus non nulla adoptarint decemviri, imprimis legem de supplicio falsi testis, cœu ex Arist. Polit. 11. 10. docet Ritterehusius. Ab Equis Faliscis quoque decemvirois iura feccialia & nonnulla 12. Tabularum supplementa accepisse, putat Servius ad Virgil. Aen. 7. v. 695. Sed errasse Servium, palam est ex *Liv. 1. 32.* ubi iura feccialia iam Ancum Marcium, defumta a Faliscis, Romanis tradidisse, legimus.

(*b*) At temporibus barbaris scriptæ sunt. Sed adhibitus est vir insignis Hermodorus, qui Epheso pulsus in Italia

ex-

Ciceron de Orat. 1. 44. Haec sunt illae tabulae, fontes  
mivirii publici privatique juris. Liv. 3. 34. Navis  
tamen eas non caruisse, ostendere conati sunt Pha-  
vorinus philosophus apud Gell. Noll. Att. 2 p. 1. &  
Thomas. de navis iurisprud. Rom. Antejustin. l. 2.  
& Dissertat. annexa p. 158. seq.

S. 4. Quanvis vero haec leges decent virales tabulis  
zeneis (c) inscriberentur a Romanis (Dionys. Hali-  
carn. Att. Rom. 10. p. 681.) & loco urbis celeberrimo,  
id est, pro rostris, adfigerentur in perpetuum  
rei memoriam (Liv. 3. 57. Diodor. Sicul. Biblioth.  
12. p. 87.) anno tamen U. C. 368. Gallicano in-  
cendio una cum ipsa urbe perictrunt, restituta paul-  
latim, conquitis undique fragmentis & apographis.  
Liv. 6. 1. Postea, ut eo minus esset eas amittendi  
periculum, non solum ari incidebantur, in quo  
terto seculo Christiano adhuc publice existabant,  
teste Cypriano Epist. 2. 2. verum etiam pueris ipsis  
ab incunabulis ediscendae proponebantur (d). Cicero  
de

exsulahat, vir rerum civilium longe peritissimus, l. 2. §.  
4. D. de orig. jar. Strabo Lib. 14. pag. 951. Histor.  
nostr. jar. civil. 1. 25.

(c) Pomponius lib. 2. §. 4. D. de orig. jar. meminit  
tabularum abutearum, vel, ut alii legere malunt, tabu-  
larum, quod sane convenientius videtur prius Roma-  
norum psupertati. Sed forsitan haec leges in tabulis volu-  
tatis primum promulgatae, ac dein, ubi populus eas ju-  
re sciverat, vel electoreis, vel zeneis demum, inscripta  
funt. Sane Aucti Marci adhuc temporibus leges inscribi  
consueverunt tabulis querens, notaque Dionysius Hali-  
carn. Lib. 3. p. 108. κατά τοις γέρης σχέσεις ιστοι  
Νονδυμι είναι τοις εραστοις στήλαις ήταν. Ge. Schubart.  
de Pat. iurispr. Rom. Encre. 2. 35.

(d) Pueris ediscendae erant haec tabulae, isque mos  
tamdiu duravit, donec lege Cornelii Praetores ex editiis  
perpetuis ius dicere iuberentur. Ex eo enim tempore iu-  
ris studia non a legibus sed tabularum, sed a Praetoris  
edito auspiciabantur adolescentes, seu ex Cicer. de legib.  
2. 6. eruditae ostendit V.C. Jac. Petronius Diff. de Leg.  
Pozon. p. 193.

de legib. 2. 4. & 21. Verum tamen ne sic quidem aetatem tulit nobilissimum illud legum decemviralium corpus, quod jam inde a seculo VI. perisse, non sine ratione existimamus (e).

S. 5. Post renatas litteras, collectis undique fragmentis, restituere eas tentarunt Aymarus Rivallius, Jo. Oldendorpius, Valent. Forsterus, Ant. Augustinus, Fulv. Ursinus, Franc. Balduinus, Ant. Contius Franc. Hotomannus, Jac. Rævardus, Crl. Calcagninus, Jo. Crispinus, Steph. Vin. Pighius, Theod. Marcilius, Fr. Pitheus, Dionys. Gothoredus, Julius Lipsius, Paulus Merula, Conr. Rittershusius, Ludov. Charondas, Basiliostochius, Pardulph Pratus, Hadr. Turnebus, Jul. Pacius, Car. Siganus, Ant. Clarus Sylvius, Ricardus Vitus. Jan. Vincentius, Gravina, & qui reliquis omnibus videtur præferendus, Jac. Gothoredus, cuius absolutissima collectio exstat in *quatuor fontibus iur. civilis*, qui prodierunt *Geneva* 1653. + (& nuper cura V. C. Trotzii in fol. Attamen post hujus quoque messem superesse spicilegia non contempnenda, ostendit V. A. Ever. Otto in *prefat. Tomo 3. Thesaur. jur. civ.*)

S. 6. Ex interpretatione XII. Tabularum LEGIS ACTIONES natæ sunt, id est, certi exercendi juris ritus certæque verborum conceptiones & formulae, quibus neglectis, suscepimus quodvis civile negotiorum iuritum habebatur. Quamvis enim actus legitimi noconumquam in sensu latiore acciperentur pro omnibus actionibus, quæ coram magistratu explicabantur, adeo ut & lictores *leges agere* dicerentur: Schulting. *Jurispr. antejust. p. 85. 602. sequ.* Steinicus tamen hic vocem accipimus partim pro formulis actionum, partim pro actibus voluntariæ jurisdictionis.

(e) Rittershusius ad 12. Tab. p. 11. tabulas has periisse putat sub irruptionem Gothorum. Alii seculo adhuc Justiniani integri extiterunt Commentarii Csi, quibus integrum 12. tabularum textum insertum fuisse ex fragmentis, quæ in Digestis paucim exstant, satis intelligitur.

ctionis, solemniter explicandis, partim pro actibus  
solemniter, non tamen in jure, peragendis. Hinc  
ACTIONES LEGIS sunt manumissio, emancipatio, in  
jure cessio, adoptio, & similes; ACTUS LEGITIMI,  
tutoris datio, mancipatio, hereditatis aditio, &  
repudiatione, aliisque plures. Horum omnium proprium  
erat. I. ut vel in jure, vel certe solemniter (*f*), fieri  
rent. II. ut nec diem, nec conditionem, admitten-  
tent. III. ut uno actu fierent, & iterari nequirent.  
IV. ut per procuratorem explicari non possent. Jan.  
Vinc. Gravina de 12. Tab. 80. p. 442. Brisson. Antiq.  
Rom. 3. 20. p. 76. Petr. Faber Semestr. 2. 23. 24. &  
ad 1. 77. D. de reg. iur. p. 344. seq. Jac. Rævard. de  
Authorit. prudent. 2. p. 925. sequ. Accedebant Fasti,  
seu consignationes dierum fastorum, nefastorum, inter-  
cisorum, quibus lege agere vel licebat, vel plane  
non, vel ex parte tantum licebat. Harum rerum om-  
nium notitia initio penes solos patricios, & pontifices  
potissimum, erat, qui tamquam oracula adibantur  
a populo: neque e re sua hi esse putabant, eas  
formulas & fastos evulgari. Cicero de Orat. 1. 47.  
& pro Murena 11. Quintilian. Inst. Orat. 3. 8. Pom-  
ponius 1. 2. §. 6. D. de orig. iur.

S. 7. Egregianus ergo plebi operam navabat Cn. Flavius,  
qui arranas suas formulas, & fastos pontificios  
(*g*) ab Appio Claudio (*b*) in librum collectos, an-  
no

(*f*) Omnes actiones legis & actus legitimos in jure fa-  
stos putat Gravina, i.e. sed id falsum de hereditatis aditione,  
repudiatione, aliisque actibus legitimis, qui & extra ius po-  
tio explicabantur. Solemniter tamen omnes fieri debebant.

(*g*) Solos fastos a Flavio cum plebe communicatos dicit Cicero pro Murena 12. Sed formulas addunt reliqui auto-  
res, ut puta, Valerius Maximus, Livius, Gellius, Plinius  
& ipse Cicero Ep. ad Attic. 6. 1. An hi fasti sint iidem  
cum illis apud Gruterum Ius. p. 133. nondum liquet.

(*b*) Non decemviro illo, cui existimat Guido Panci-  
rolli. Var. Lett. 2. 2. sed Appio Claudio Cæco, cuius  
scriba fuerat Flavius. Plin. Hist. Nat. 33. 1. Cicero de  
Orat. 1. 41. Byakesh. in Pagan. p. 46.

no circiter 340. primus evulgavit. Unde natum JUS FLAVIANUM, de quo Pompon. l. 2. §. 7. D. de orig. jur. Cicero de Orat. 1. 41. pro Mur. 11. & ad Attic. 6. Epist. 1. Liv. 9. 46. Plin. Hist. Nat. 33. 1. Gel. Noct. Att. 6. 9. Valer. Max. 2. 5. 2. Additio Pomponius, & Plinius, Flavium eo beneficio edilitatem a plebe meruisse. Sed constat ex Valerio Maximo, cum iam tum, quam ista patriciorum arcana evulgaret, edilem fuisse, & deinde prætorem factum; idque vel inde colligas, quod ipse Pomponius factos illos populo tradidit, id est uti ego ex Livio, 9. 46. interpretor, in albo (i) propositos, refert. Antea vero erat Scriba edilitius. Erant enim Scribe consulares, prætorii, edilicii, quæstorii, in certas decurias descripti. Lips. ad Tacit. Annal. Lib. 13. c. 27. Sigan. de jure civ. Rom. 3. 9. & nos ad Brisson. de verb. signif. p. 1229. edit. nov.)

S. 8. Quanto gratius hoc plebi fuit officium, tanto minus illud placuit patribus, qui novas subinde excogitarunt formulas, easque ne in vulgus manarent, occultioribus quibusdam notis configurant. Eas vero denuo evulgavit Sex. Ælius Q. F. P. N. Paetus Catulus (k), anno circiter U. C. 553. unde enatum JUS ÆLIANUM, l. 2. §. 7. D. de orig. jur. Cic. pro Muran. 11. An hoc jus Ælianum item sit cum S. Ælii Tripartitis, nondum expeditum est. Negant Bertrand. de Jurisper. 2. 4. p. 171. Guil. Grot. Vit. Jurecons. 1. 3. p. 17. Mihi tamen ea de re dubitandum VIX videtur ob l. 2. §. 38. D. de orig. jur. ex qua patet, in Tripartitis illis præter 12. tabu-

lis,

---

(i) In alijs aliquid proponere, non privatorum erat, sed Prætorum atque Edilium.

(k) Sextum hunc Ælium ob jurisprudentiam mirifice collaudant Cicero in Bruto. 20. & de leg. 2. 23. Plin. Hist. Nat. 33. 11. & Ennius apud Cic. de Or. 1. 45. cui vocatur.

Egregie cordatus homo, Catulus Ælius Sextus.  
Con. lib. 1. pr. C. de consim. serv. manam. De gente Ælia: egregie differit Henr. Noris. Censengib. Pisan. Disserit. 3. 2. p. 419.

las, earumque interpretationem, legis etiam actiones occuruisse. Vid. Bejeri Posit. ad tit. D. de orig. jar. p. m. 10.

§. 9. Utramque collectionem fata nobis inviderunt, Formulas tamen actionum antiquas stupenda plane industria collegit Barn. Brisson. libro de *formulis & solemnibus populi Romani verbis*, edito Franc. MDXCII. 4. (& nuper cura E. V. Franc. Car. Conradii in fol. 1735.) quo tamen non has tantum, sed & alias, sacras, militares, forenses, familiaresque formulas complexus est. Nec minus egregiam hanc in re operam juris studiosis navavit Car. Sigon. (de *Judic. Lib. I. Cap. 9. seq.*). Fastorum exemplum non unum exstat in antiquis marmoribus, ex quibus quedam æterno inscriptionum operi inferuit Gruter. p. 133. & cum Petri Ciacconii aliorumque explanationibus recudenda curavit Jo. Ge. Grævius *Theat. Antiq. Rom. Tom. VIII.* Veterum denique notarum juridicarum specimina post Valerium Probum, Petrum Diaconum & Mangonem dedit Jo. Nicola in libro de *figlis veterum*, qui prodiit Lugd. Batav. MDCCVI. 4.

§. 10. Ab iis temporibus multæ subinde leges, multa quoque plebiscita, multa edicta prætorum atque sedilium prodierunt, quibus accesserunt varia responsa prudentiis, & sub Imperatoribus senatusconsultis quam plurima, Edicta perpetua & Imperatorum rescripta, adeo ut in magnum aliarum super alias tumultuarum legum cumulum excresceret Romana juris prudentia. Liv. 3. 344. (Status reipublicas Rom. post bellum Punicum 3. corruptissimus fuit. Vellej. Pe-terc. 2. 1. Fieri autem non potest, quin perturbans reipublicæ statu plures leges ferantur: quemadmodum id indicium affecte valetudinis luculentissimum est, si plurimis pharmacis utantur homines. Isocrat. *Areop.* p. 292.) Romanarum legum Senatusque consultorum historiam plures dederunt, in quibus eminent Paulus Manutius, Anton. Augustinus, Paulus Merula, Franc. Hotomatinus, Janus Vincent Gravina: sed hi omnes tamen in tanta messe haud leye aliis reliquerunt spicilegium.

§. 11. In tanta legum Romanarum farragine haud pauci de universali quadam juris Romani collectio-  
ne cogitare coepерunt. Agitaverat hoc consilium Ci-  
cero (*l*), cuius integrum ea de re librum laudat  
A. Gellius *Noſt. Attic. L. 22.* Quintilian. *Inſtit. Orat. 12. 3.* Ipse quoque luculentam illius operis  
~~versio~~  
figb Crafti persona dederat libro *de Orato-*  
*re 1. 42.* Sed in spongiam incubuit hic Ciceronis  
Ajax.

§. 12. Idem labor, teste Suetonio *Jul. 44.* Julium  
Cesarem, idem & jam antea Cn. Pompejum exer-  
cuit, si vera refert Ifidorus Hisp. *Orig. 5. 1. 8,*  
qui hunc exscripsit, Gratianus *can. 2. diſtinct. 7.* Ita  
enim ibi Ifidorus. *Leges autem redigere in libros pri-  
merus consul Pompejus insitueret voluit, sed non per-  
severavit, obtricitorum metu.* Deinde Cæsar capit  
id facere, sed ante interfellus est (*m*). Sunt etiam,  
qui Constantium M. de ejusmodi corpore juris com-  
pilando cogitasse ferunt: Bejer. *Post. ad Digest. I. 1.*  
*146.* sed nescio quo auctore. Id certius, horum om-  
nium consilia fuisse irrita. In primis delendunt, Ca-  
sati, huic opere quam maxime pari, per fatu nou-  
li-

(*l*) Ciceronem non fuisse in Romana jurisprudentia hos-  
pitem, vel scripta illius demonstrant. Q. Scævolæ Auguri  
te operam dedisse, testatur ipse in *Bruto Cap. 89.* quam-  
vis postea, eo mortuo & Q. Mucium Scævolam, pontificem,  
aliquandiu audierit. Idem de *Leg. I. 4.* Et in *stat. pro Murena Cap. 13.* minatur, se, si sibi homini occu-  
pato stomachum moverint, triduo jureconsultum profes-  
serum. Unde & inter jureconsultos Ciceroni locum de-  
dit Guill. Grot. *Vit. Jureconsult. I. 9. p. 61.* Sed an-  
magous in hac arte fuerit, adhuc sub judice lis est.  
Vid. Schulting. *Orat. de Jurispr. Ciceronis, & Bynkersh.*  
*Præterm. ad l. 2. §. 38. D. de O. 7. p. 35. seq.*

(*m*) *Myx.* Immo procul dubio falsa est hæc Ifidori narra-  
tio, quia nemo veterum hoc adnotavit, Ifidorus vero  
denuo Seculo VII. floruit, tum quia Pompejus nec ju-  
riconsultus fuit, nec scribendo famam quæsivit hoc re-  
publicas constitutæ causa dictator creatus.

licuisse tam præclare de Romanâ jurisprudentia mereri. Huber. *Aus. i.e. dom. st. 5.* p. 177.

§. 13. Edicta prætorum, Augustino imperante, diligenter colligere, interpretarique cooperat C. Aulus Oſilius, Jureconsultus (n) l. 2. §. 44. D. de orig. Jur. l. 1. §. 2. D. ne quis enim, qui in ius vocabatur. Sed privatum fuisse ptem fuerat hoc opus (quicquid hic obvertat Henr. Dodvelli. *præf. Cambden.* p. 780.), neque adeo publicam umquam auctoritatem videtur obtinuisse. Menag. *Amanit. Jur.* 447. & p. 98. Unde eo facilius perire, postquam edictum Juliani ejus luminibus offecit.

§. 14. Postea, Hadriano imperante, edicta prætorum in unum codicem coaluere, vel ex multis potius edictum unum, quod perpetuum vocabatur, concionatum est, circa annum (uti Ant. Pagi in *diss. Hypat.* p. II. p. 209. & in *Cris. Baron.* p. 128. Tom. I. computat) CXXIXI. Eutrop. *Hist. Rom.* VIII. q. L. 10. D. de condit. indebiti. Auctor operis non Didius Julianus, Imperator, ceu ex loco quodam Aurelii Victoris, male intellecto, conjecterat Hugo Grot. *Florum spars.* p. 641. Sed Salvius Julianus, Didii proavus, tesse Spartiano ut. *Julian.* I. gente Africanus, Adrumeti natus, ceu colligitur ex Spartan. *Julian.* cap. I. & Grut. *Inscript.* pag. 458. de quo jureconsulto præter Bertrandum & Guil. Grotium, Ægid. Menag. *Amanit. iur.* 24. & Henr. Dodvelli. *Præf. Cambden.* 8. p. 333. (singulare libello ergo de Salvio Juliano, cuius adhuc pleniorum historiam dedimus in *Historia Edictorum & Edicti perpetui Lib. II. cap. 3.*) Quamvis vero misere Julianum collaudent veteres, adeo ut cum vocent virum sapientissimum, Nov. 74. præf. *præmaxime existimationis virum, & disertissimum jurispr.*

(n) Jam ante C. Oſiliū ad Edictum quedam commentarii cooperat Ser. Sulpicius, que Bruto dedicat. l. 2. §. 44. D. de orig. iux. ex quo Sulpicii commentario fragmentum extat l. 5. §. 1. D. de insitior. action. Sed brevissimum hoc opus fuisse, observat Pamponius.

ritum, lib. 5. c. de bonis, quæ lib. juris sublimissimum testem, summa auctoritatis hominem, & prætorii editi ordinatorem, lib. 10. c. de condit. indeb. suum auctorem juris scientie, l. 15. c. de usufr. & habit. & quæ alia passim sunt ejus elogia: non tamen naves caruisse, ajunt, hoc edictum. Quædam enim addidit de suo, quæ prætor numquam edixerat l. 3. D. de conj. cum emanci lib. quædam detraxit, veluti illa, quæ de jurejurando, Vestalibus & Flaminii Diali remittendo, ediderat prætor. Gell. Noft. Auct. X. 15. quædam correxit pro lumen lib. l. §. 1. D. commod. lib. 1. D. quod in causa. Vid. Jo. Bertrand. de juris perit. lib. 1. pag. 31. Guil. Gro. de Vit. Jurecons. II. 6. pag. 127. Jac. Gothofred. Manual. Jur. III. pag. 14. 15. Nihilominus tam facile eum excusat Hadriani Imp. auctoritas. Hujus enim auspiciis scripsit. At laudi sibi duxisse Hadrianum, si nova jura condidisse dicereatur, quin ideo alterum Numam videri voluisse, ex Aurelio Victore Schotti præclare observavit Henr. Dodvwell. Prælett. Cambden. VII. pag. 294. Ceterum tantam hic Juliani labor auctoritatem in foro obtinuit, ut Diocletianus & Maximianus Imperatores illud IUS PERPETUUM adpellate non dubitent, in lib. 5. c. de appellat. unde non mirum, quod ex eo tempore Furius An-hianus, Pomponius, Callistratus, Caius, Paullus, Ulpianus, aliique clarissimi jureconsulti, certatim ad Edictum perpetuum commentati sunt.

§. 15. Eodem exemplo etiam Edictum provinciale nescio (o) quis concinnavit, quod tamen ab edicto perpetuo prætoris parum discrepasse, immo cum illo unum idemque fuisse videtur. Caii sane fragmenta ex commentariis ad edictum provinciale tantum non ubique fragmentis aliorum ex libris ad edictum prætoris respondent: adeo ut Gothofredus in ordinando edicto perpetuo etiam Caii fragmentis uti

(o) Eadem ergo Hadriano non male hoc edictum provinciale tribuit Henr. Dodvwell. ad Spartian. Had. II. p. 393.  
Hein. Antiq. Rom. T. I.

uti non dubitarit. Immo Caius promiscue scripsit: AIT PROCONSUL, &c; AIT PRÆTOR l. 4. D. quod quis quis jur. l. 1. §. 2. D. quid cuiusq. unju. nom. Ceterum hanc utriusque edicti similitudinem nemo mirabitur, qui noverit, jam olim proconsules urbana edicta in jure dicundo plerunque esse sequutos. Cicero in *Verr.* I. 46. & ad *Att.* Epist. IV. 1. Ezech. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc.* II. 12. p. 97.

§. 16. Perit utruinque edictum, magno jurisprudentiae incommodo. Fragmenta tamen hinc inde in Digestis reliqua, tamquam fractas enaufragio tabulas, collegerunt Eguinarius Baro in libris *Manutulium* (p), Gul. Ranchinus, cujus labor ad edictum producit Parif. MDXCVII. 8. recensus in Jo. Herm. Schminkii *Syntgm. critico. Marp.* c. 10. Tocct XII. 4. &c; qui in digerendo ordinandoque potius, quam concinnando edicto, omnium superavit industrian, Jac. Gotfredus, cujus *Series librorum edicti perpetui inter quatuor fontes juris civilis exstat.*

§. 17. Ex quo Imperatores non amplius senatus consultis, sed epistolis, nova jura condere coepérant: intra ducentos annos in tantum cumulum hæc excirevere Principum rescripta, ut etiam de his in codices (q) colligendis cogitarint Gregorius & Hermogenes, seu, ut aliis vocantur, Gregorianus & Hermogenianus,

(p) Parum honorifice de hac Eguinarii collectione sentit Jac. Gothofr. in *Biblioth. Jur.* I. p. 46. ubi observat, auctorem sape data opera fingere edicta, que numquam fuerint, multaque eo reserre, qaz ex jureconsultorum placitis, moribus antiquis, novisque principum institutis descendant.

(q) Codices quini semper vocentur hujusmodi Rescriptorum principalium collectiones: observandum, codices olim a voluminibus distinctos, sique ita adpellatos libros, quadrata vel quadrangula forma (nam & triangulis forme mentio sit apud Dionys. Perieget. p. 36.) quamvis alias, vulgari usu omnes libri vocentur codices: I. 52. pr. D. de legat. 3. Salmas. de mod. Usur. X. p. 413. Schulting. ad Paul. p. 377.

nus, quorum codices, privata auctoritate concinnati, etiam a Justiniano celebrantur, *Const. summae ver. 5. t. de Justin. esd. confirm (r)*

**S. 18.** Ad GREGORIANUM codicem quod artinet, eum recentiorem Hermogeniano credit Guido Panciroli, *de claris legum Interpret. I. 65. 66.* qui & auctorem esse suspicatur Gregorium, sub Valente & Gratiano praefectum amonae, Africæque procons. cuius mentio sit *I. 15. C. Theod. de pistorib.* At Gregorio alii hunc codicem tribuit Gothoredus Proleg. *Cod. Theod. I. p. 183.* qui sub Constantino M. fuerit Praefectus praetorio, cuiusque mentio fiat *lib. 3. D. Theod. de contrab. emt.* ut & in *lib. 1. C. de natural. lib.* Neutrū adī certum atque expeditum videtur. Augustinus sane ad *Pollent. II. 8.* auctorem non Gregorium vocat, sed Gregorianum: cōdenique modo eundem laudat Auctor *collationis legam Massicarum & Romanarum I. 8. 9. & 10. VI. 4. 5.* nisi utrobique subintelligi oporteat *codicem*. Continuisse vero hic codex videtur constitutiones ab Hadriano usque ad Diocletianum & Maximianum (f).

**S. 19.** Nec certior auctor est codicis HERMOCENIANI, Eugenio Hermogeniano, qui, teste Baronio, sub Diocletiano, Praefectus praetorio fuit, atque ad senatum retulit de persecutione Christianorum, hanc compilationem tribuit Panciroli *de claris. leg. Interpret.*

(r) Ante hos tamen PAULUS jurisconsultus Libros VI. edidit constitutionum Imperialium, *I. 113. D. de cond. & demor. & PAPIRIUS JUSTUS* libros XX. constitutionum, *I. 62. D. de partit.*

(f) In fragmentis sane codicis Gregoriani, que etiamnam extant, legimus constitutiones Antonini Caracallæ & Severi, Alexandri, Gordiani, Philipporum, Valeriani & Gallieni, Cari & Numeriani, immo & Diocletiani & Maximiani. Ex quo patet, errasse virem sumnum, Jac. Cujacum, dum in *princ. parasit.* Codicis Gregorianum codicem in Valeriani & Gallieni Constitutionibus desisse, scripsit.

pret. 1. 65. Alii Hermogenianum jureconsultum auctorem fuisse conjiciunt, quem sub Constantino M. ejusque liberis floruisse, eruditus demonstrat. Ag. McNag. *Amaen. Jur. II. Conf. Jac. Gothofred. Prolegom. Cod. Theod. I. p. 183. seq. Reinel. Epist. ad Rupert. 69. p. 640.* Constitutiones vero principum, quorum Gregorianos rationem habuerat, in Hermogeniano etiam codice fuisse recte existimat Jac. Gothofredus, sed ita, ut in nonnullis inter se disenserit. Quamvis vero de disensu eorum res certa sit, neque dubitare nos ea de re patiatut Auctor *collationis legum Mosaiicarum & Rom. 6. 5.* Qui unam eamdemque Diocletiani & Maximiani Constitutionem in utroque codice, aut *miss tamen diebus & consulibus lectam, testatur: nihil tamen est, quo certo demonstres, Hermogenianum etiam ab Hadriani temporibus auspicatum fuisse.* In fragmentis sane illius non nisi Diocletiani & Maximiani Constitutiones occurunt (r), si a tribus primis discesserit, quæ Aurelio (n) nescio cui tribuuntur. Sed quum hanc inscriptionem sinceram haud esse vel primo intuitu pateat, nec ratio ulla adpareat, cur post Gregorianum actum agere

VO-

---

(z) At plura ex utroque codice fragmenta supersunt in codice nostro repetita pælectionis, omnes, nemo constitutiones ab Adriano ad Constantium M. princ. *Conf. Hac quoq; necessario, de novo Cod. fac.*

(n) Nemo veterum Imperatorum solo Aurelii nomine dictus est. Unde adparet inscriptionem harum constitutionum minus esse sinceram. Sed certum est, has quoque constitutiones aut Diocletiani, aut Maximiani esse. Nam prior C. AURELIUS VALERIUS DIOCLETIANUS vocatur in marmoribus apud Gruterum *Inscript. p. 279. & 1079.* Posterior vero M. AURELIUS VALERIUS MAXIMIANUS non solum in numis, sed & inscriptionibus apud Gruter. p. 139. & 279. Accedit, quod hæc constitutionum fragmenta in subscriptione habeant Sirmium, ex qua Panionie urbe quam plurimas horum Imperatorum Constitutiones emanasse patet ex 1.13. 1.24. 1.39. C. de transact. aliisque plurimis. Vid. Schulting. *Jurispr. Antejust. p. 709.*

voluerit Hermogenianus, non præter rem suspicari mihi video, Codicem Hermogenianum non nisi supplementum aliquod Gregoriani fuisse, adeoque præter ea, quæ Gregorius omiserat, superiorum principum rescripta, Diocletiani solum & Maximiani, ut & ejus successorum Constitutiones complexum esse, usque ad quarti seculi Christiani initium (x).

§. 20. Uterque collector profano deorum cultui additus fuisse videtur Gochofredo. De Hermogeniano sane jureconsulto contra Jo. Bertrandum (y) id demonstrarunt Ægid. Menag. *Ananet. Iur. c. v. 11.* & Guil. Grot. *Vit. Jurecons. ver. 2. 12. p. 178.* Nec a veritate ab ludere videtur sententia Gochofredi, hos Antiores ideo tantam operam in colligendis vetustiorum Principum epistolis posuisse existimantis, ut veteris jurisprudentiae antecostantinianæ, quæ tum Constantini M. & successorum constitutionibus quotidie avertebatur, faciem posteritati contemplandam sicerent.

§. 21. Periit uterque codex, præter fragmenta, quæ initio Jac. Sichordus edidit cum *Codice Theodosiano*, Basileæ 1528. sol. deinde Petrus Gregorius Tholosanus Lugduni 1566. & Jacobus Cujacius, *Com. Allobr. 1586.* & eodem anno *Parsifis. Novissima*

(x) In Codice Justinianeo constitutiones quædam ocurrunt, post Diocletianum scriptæ, & anteriores tamē epocha Codicis Theodosiani, qualis est *L. ult. C. de reato.* & curat. qui satis non ded. edita anno 306. & *L. 1. C. de feris* priore illa paullulum antiquior. Hæ, quin ex Codice Theodosiano desuntur non sicut, procul dubio ex alterutro horum codicium in corpus Justinianum migrerunt: adeoque probabile est, Hermogenianum saltum Codicem pertigisse ad ann. 306. Schulting. *Ibid.*

(y) Is enim Christianum fuisse colligit ex *L. 60. D. de donat.* inter vir. & uxor ubi divorzia ob sacerdotia fieri dicuntur. Sed id apud ethnicos quoque fieri consuevit constat. Vidi *observat. nostr. ad Bresson. de verbis signif. pag. 1216.*

mae absolutissimaque editio est Antonii Schultingi cuius simul adnotacionibus illustrata utriusque Codicis fragmenta prodierunt in *jurisprudentia vetere aetate justiniiane*. p. 683. sequ. Lugd. Bat. 1712. 4. ac turtius Lipsiae 1737.

§. 22. Quam vero hi codices & privatum collecti essent, & gentilium tantum Imperatorum rescripta complectentur: Christianorum quoque imperatorum a Constantino M. usque ad suam etatem constitutions in vastum satis opus colligit Theodosius junior Imperat. (2) circa ann. 439. Unde etiam hunc Codicem inscriptum fuisse ajunt: *Novae leges legitimorum Principum*, τὰ νεωκότερα constitutiones in hoc codice utramque faciunt paginam; quod tamen non adeo certum, quam & Juliani, & legitimi principes potius tyrannis opponendi, videantur. Jac. Gothofr. *Prolegom. ad Cod. Theod.* I. & II. (*Histor. nostr. inv. J. 1379.*) \* existat etiamnum hic codex, qui post Sichardi, Tili, Cujacii, Puteani, Pithzi & Simonidi curas luculentio commentario Jac. Gothofredi, illustratus prodiit *Lugd.* 1663. fol. tom. 6. & Lipsiae cura V. C. Ritteri 1743.

§. 23. Nec tamen hic Theodosianus etiam codex sine narris est, quos accurate recenset Gothofr. *Prolegom.* 2. pag. 187. Immo nec integer satis ad eos pervenit. Nam 320. circiter constitutiones occurserunt in Codice Justiniano, quas in Theodosiano frustra quibusvis, quarumque indicem consecit Antell. Mar-

(2) Cum hoc Theodosiano Codice cave confundas *Anales Gothorum Regis Codicem*, Aniani opera compilatum ex particulari codici Theodosiani, Gregoriani, Hermogeniani, itemque ex Institutionibus Caui, & Sententiis Pauli, hinc inde tamen interpolatis manu eiusdem Aniani. Nam & haec farago sive Codicis Theodosiani vel igitur Romane nomine laudatur a mediis xvi scriptoribus. Oiselius *Proleg. ad Ceti Inst.* Jac. Simond. *Quæst. resp. ad eadem. Vol. Opusc. Tom. 3<sup>h</sup>* Jac. Gothofred. *Proleg. Cod. Theodos.* 5. Car. du Fresne Giffar. *Lat. voc. Lex. Romanæ* Tom. 2. p. 269.

Marvilius, editioni Gothofred. subiectum, sub titulo  
*Supplementi Codicis Theodosiani*, post Glossarium no-  
micum.

§. 24. Adiectas etiam hunc Codicis Theodosiani edi-  
tioni constitutiones novelle Theodosii, Valentianii  
III. Marciani, Majoriani, & Severi Anthemii, a. Pi-  
thaea primum vulgatae Parisi. 1532. nec non a. Conr.  
Rittershusio Francof. 1615.

§. 25. Quam ergo nemo ante haec tempora legibus  
compilari possit opera pretium: jurisprudentiaque  
esset de *τέλοντας τελέσαις, μετόρθων επικεν-  
των οντας*, ut lepide ait Eunapius in *Vit. Aedesi* p.  
31. factum est, ut Justinianus Imp. de nova universali  
juris collectione cogitare coepit, laudandus sane hoc  
nomine, quod dignum persona imperioque suo cepe-  
rit consilium, felix, quoque, eo quod opus a multis  
ante se frustra tentatum perfecit: sed a multis repre-  
hensus, quod non prudentius hoc negotium conficeret  
dum curavit, & in eo infelicissimus, quod in ea in-  
cidit tempora, quibus obgliscerentem barbariem vix li-  
cebat orbi litterario magnum quid atque excellens a  
jureconsultis ejus ratis exspectare.

§. 26. Est hic princeps antiquis admodum fama,  
& si ejus ingenium ex Procopii iudicio aestimes, lau-  
dibus, quas ei vulgus jureconsultorum admittitur, vix  
dignus. Fuisse enim dicitur varius in omni genere vi-  
ta, cleri pariter, ac Theodoræ, mulieris scenicæ,  
quam uxorem duxerat, ludibrium, ad evertendas pre-  
tio leges paratissimus, a prudentia denique legislato-  
ria parum instructus. Sic cum describunt fide Proco-  
pil in *Anecdosis* (a) a Nic. Alemanno vulgatis, qui

12-

(a) At homini illi eo minus tuto credere licet, quo  
majus odium prodit adversus Justinianum & Theodosium,  
quoque magis in reliquis libris suis illos laudat. Immo  
aliquando ret incredibilis narrat, animumque prodit ab  
omni fide abhorrentem. *Differet nostra de philosoph. se-  
mistris. §. 23. in Opus. Misell. Sylloge.*

tamen ab Eichelio Gabriele Trivorio, Jo. Petr. Lu-  
de vigio, aliisque aeriter contradictum est.

§. 27. Nec opera usus dicitur virorum huic labori  
parium, sed *Dorothei*, *Theophili*, aliorumque hujus  
comenatis jureconsultorum, & maxime *Tribonianus*,  
cujus indolem post Suidam in voce *Tribonanus*, vi-  
vis coloribus depinxit Franc. Horomanus in *Anni Triboniano*, cap. 11. & 12. p. 146. seq. (b). Et sane  
quum hujus viri imprudentia & sublesta fides ex ipsis  
operibus elucet videatur (quamvis & quedam et  
perpetram vitio vertantur) mirati olim sumus, Jo.  
*Chiffletum de utrinque juris architectis*, & Janum  
*Vincencium Gravimam de ortu & progr. jur. civil.*  
137. p. 159. seq. tanto molimine ejus caussam egis-  
se. At, re paulo accuratius expensa, non magis eo  
nomine indignatur *Triboniano*, quam *Juliano* (§.  
14.) Nihil enim illum, nisi ex praescripto principis,  
egisse, fatis constat.

§. 28. Hujus ergo viri opera, auspiciisque Justi-  
niani, A. C. 528. Id. Febr. primo loco prodit Co-  
dex *JUSTINIANUS*, qui, quam parum diligenter fuerit  
a decemviris huic opri praelectis collectus, vel  
inde patet, quod postea uasa litera videretur inducen-  
dus (c) *Const. Hac qua fin. de nov. C. fac.*

§. 29. Deinde 17. viris datum negotium, confiden-  
di *PANDECTAS*, vel *DIGESTA* (d), in qua *Tribonianus*,

(b) Sed hunc Hosptilio palpum extrudere voluisse,  
& hinc novam jurisprudentiae sectam instituere non dubi-  
tasse, ostendimus in prefat. premissa *U. Jenbach. Emblym. Tribon. Hale 1735. 8. Tom. v.* hujuscem Edit.

(c) Iterum laudatur prior iste Codex in Institutioni-  
bus, in quibus adeo ad multas Constitutiones remittimus,  
quae in nostro Codice repetite praelectionis desiderantur.

(d) *Digestorum* vocabulum jam olim jureconsultis fa-  
miliarissimum fuit. Existiterunt *digesta* Juliani, Alpheni,  
Vari, Juventii Celsi, Ulpiani, Marcelli, Servilii Scævolæ,  
Pauli. Ita vero vocati sunt libri, in quibus decisiones &  
disputationes juris continerentur, ut veluti digesta essent.

nus, ejusque socii, quidquid ex veterum jurisconsultorum scriptis excerpterant, conjecterunt. Sed quam parum diligenter isto quoque labore defuncti sint, & brevitatem temporis ostendere, ajunt (intra triennium enim tantum opus absolverunt) & parum commodam excerptendi methodum & ordinem rerum perturbatissimum, ne ad edicti quidem perpetui seriem per omnia redactum (vid. Binkersh. Obs. 2. 25.), & tot denique emblemata, quæ janduidum Pandulphus Prætensus in *jurisprudentia media*, & Jac. Wissenbachius singulari translati notarunt. Quamvis & hic aliquando injuria fiat Triboniano (quemadmodum ejus causam solide egit V. C. Jo. Wybo, & nos egimus in *Defensione Justin. Tribon. & corporis iur. vid. Cyp. conf. nostr. min. pag. 218. seq. in Tom. 7. hujusce Edit.*)

§. 30. Tum porro sequitæ sunt INSTITUTIONES, a Triboniano, Theophilo & Dorocho (tantillum scilicet compendium a tribus viris) conscriptæ. In tis & divisionem librorum, & materiarum ordinem, aliquando auctorum ~~arguitur~~ arguere, contendunt. In plerisque tamen sequuti sunt Cajum (e), quem Imperator, vel potius Tribonianus, ideo *suum* vocat. Conf. de eo Cajo Menag. Amanit. iur. p. 464. Bertrand. de *Jurisperit.* 1. 29. Guil. Grot. *Vit. Jureconf.* 2. 7.

§. 31. Sed ne hic quidem substitutus Justiniani diligentia. Quum enim prior ille Codex parum placaret,

Bertrand. de *Jurisp.* 1. 1. Ita & pandectas scriptore Ulpianus, & Modestinus.

(e) Exstat etiamnum CAII institutionum sive epitome, sive ~~argumentum~~, ab Aniano Wisigotho servatum atque hinc inde interpolatum, quod cum aliis eius fragmentis luculentoque commentatio edidit Jac. Ossilius, & suis, aliorumque adjectis notis, Ant. Schulting. in *jurisprud. veteri antejustiniana Engd. Bat. 1717. 4.* Seculo tamen 11. integriores adhuc superfusæ Caii institutiones, ex Cyni loco memorabili ostendit Byckerik. de reb. manc. esp. 7. p. 107.

ser, &c in multis Pandectæ ab eo discrepant; denus  
s. viris ejus emendationem commendavit. Unde pro-  
diit **CODEX repetitæ prælectionis**, promulgatus anno  
134. 16. Kal. Dec. qui etiamnum exstat.

§. 32. Denique Justinianus, ut erat ad mutandum  
emendandumque jus proclivis, multa in superioribus  
libris promulgata ipse suscepit & mutavit, editis sub-  
inde novis constitutionibus, quas **NOVELLAS** adpe-  
lant. Novem eorum collectiones, vel, ut barbare vo-  
cantur, *collationes*, a cuiusnam manu sunt, parum  
constat (*f*). Nec omnes Justiniani, sed quædam etiam  
Tiberii Imp. sunt: ut 161. 163. 164. quædam etiam  
Justini, ut 117. 140. 144. 148. 149. Id sicutim vel  
ipsa versio ineptissima indicat, eas collationes e bar-  
baris faculis esse (Ineptum enim est, verbo verbis  
reddere, ut fecit interpres, qui saepe tamen sensu  
optime adsequutus est. Cujac. *Observ.* 8. 40.). Un-  
de de Graeco restituendo textu jam dudum solliciti  
fueru eruditii (*g*). Novellas 144. Graece edidit Greg.  
Haloander *Norib.* 1531. fol. alias 23. e codice Fug-  
geriano exsulit Henr. Stringerus Scotus, quæ pro-  
diere ex Stephaniana 1558. fol. Existant & versiones  
Latinae cultiore stilo admodum partim a Juliano (*h*),  
Patricio & Antecessore Constantinopolitano, partim  
a Gr.

(*f*) Ipsum enim Tribonianum, qui *Novellarum* collec-  
tionem promisit §. 4. *Const. de emend. Cod. auctiorem*  
hanc esse, vel ex filio adpareret. Nec magis de Bergun-  
tione liquet.

(*g*) Nec omnes tamen novelle Graece conceptæ. Vid.  
*Nov.* 9. 11. 17. 23. 33. 34. 35. 41. 62. 65. 114. 138.  
143. 150. quæ manifesto Latine editæ a Justiniano.

(*h*) Ad hunc Julianum pertinet epigramma Thæctei,  
quod exstat in *Antholog.* 4. 1.

Tibi, Iovis, regnans, oœc, nœc iðœus.

Pœpœ ð. Berœ, naïta œste ð. luœas.

Roma Q. Berœ, conspecto hoc lumine legam,

Quantum, ajan, virtus, ingeniumque potest.

Quod elegium ad Salvium Julianum, Edicti perpetui  
coditorem, frusta retulerunt Alciat. *dissert.* 2. 27. &

Ber-

a Gr. Haloandro, quatuor hæc cum corpore juris  
Haloandrino, illa e bibliotheca Pithœtorum prodit  
Bas. 1576. f. & Paris. 1619. f.

§. 33. AUTHENTICA ex Novellis desumptæ adjectæ  
que Codici jam saeculo VL a Gregori M. Ep. XI.  
54. & Ivone Carnot. Part. 3. Cap. 185. citanteur.  
Unde nec ab Imerio solo sunt, ut vulgo credunt,  
nec a Jureconsultis Papientibus, qui ramen forsitan  
auxerunt. Vid. Strauch. Diss. Acad. IV. Cap. 1. 2.  
Bayer. Post. Pandell. I. 2. p. 30. f. q. (V. Ill. Com.  
van Bynkershock de authorib. authent. Cap. 2. seq.)

§. 34. Post Justiniani tempora in Occidente non  
adeo magnum juris Justinianeum usum fuisse comperto.  
*Vivisathi* Codicem Theodosianum compilationi Ju-  
stinianæ præferabant (*i*). In Italia, quo Longobard-  
orum arma non pertingerunt, Codex tantum & No-  
uelle in aliquo pretio erant. Postea a Franciis per-  
missum Italiam, iure vel Langobardico, vel Romano,  
vel Franco uti. Demum ab Imerii temporibus re-  
natum est studium juris civilis in scholis Italicis. De  
quibus omnibus videndus Conring. de origin. jur. c.  
20. f. q. 7.

§. 35. At in Oriente non cessatum a compilandi  
studio, sive quod Imperatores Justiniani gloria invi-  
derent, sive quod ejus compilationes, ob insignem  
prolixitatem, odissent. Et primo quidem de græce  
vertebulo corpore juris cogitatum, imperante Phoca.  
Institutionibus ergo eam operam navavit Theophilus,  
ille ipse, qui institutiones cum Triboniano &  
Do-

Bertrand. de Juris perit. I. 1. p. 30. merito hinc nota-  
ri a Menagio Amæn. Jur. Civil. 24. & Guill. Grot. vñ.  
Jureconf. 53. 6. p. 122.

(*i*) Immo & Alaricianum, quem Alariens rex ex Cali  
Institutionibus, Pauli receptis sententiis, & fragmentis  
Codicum Hermogeniani & Gregoriani compilari jussit.  
Conring. de orig. jur. Germ. cap. 4. & 5. Jo. Seld. Diss.  
ad Fleetam V. 2. seq.

Dorotheo elaboravit. (*Pref. nostr. ad Vinnium*, & *Jo. Henr., Mylii Vindic. Theophil.*). Ejus enim paraphrasin jam laudari a Thalelio ipse observat Fabrotti. *in Praef. ad Theoph.* vid. *Gundlingiana part. 2. obs. 2.* (& Bohemeri *prefat. ad Institut.* ubi id falsum esse daret) Pandectis & Codici Thaleleus, Thedorus Hermopolita, Anatolius & Isidorus. Vid. *Suites. Notis. Basiliac. Tom. I. premiss. Vinc. Gravina de grig. & progr. iur. civ. n. 138. p. 163. seq.* Theophilii *paraphrasis* potius, quam verso, etiamnum existat, edita primum a Vigilio Zuichemo, insigni Frixi ornamento. Bas. anno MDXXXIV. deinde a Christiano Wechelio Paris. *codem anno*, hinc a Jodoco Petro Neithardo, anno MDXLIV. porro a Jac. Curtio anno 1545. Dionysio Gothofredo anno MDLXXXVII. & denique a Carolo Hannibale Fabrotto Paris. 1634. & 1657. Thalelei opus Pandectarum nondum adspexit lucem (k).

S. 36. Postea Basilius Macedo novam collectionem instituit, desiderans in Justiniane corpore brevitem, perspicuitatem, ordinemque concinnum. Cedren. *Annal.* p. 568. Leon. Imp. *proam. ad Basiliem.* Sed morte preventus, non nisi epitomen edidit codicis Justinianei, quam πράξεων τῶν νέων adpellavit. Perit hoc opus præter fragmenta quædam de nuptiis. Jo. Leuctr. *Jur. Greco Rom. lib. 2. p. 86.* aliudque apud Baron. *Anno 816. n. 12.*

S. 37. In labore illo Basilio, idem, qui in imperio, successit Leo (l), filius, insigni rerum scientia etiōi vel φασιός cognomen adeptus. Et is quidem edidit *Basiliak. γέμια* vel *διατάξεις βασιλικαῖς* ex par-

de-

(k) Vidisse se tamen aliqui hanc versionem MSC. tēratur Greg. Haoland. in *pref. Novellar.* Quenadmodum & codicem Græcum vīsum esse in Creta insula, tradit. Scalemb. in *præleg. Harmonop.*

(l) Est idem auctor Novellarum Leonis, que Latine addi solent corpori juris. Eas primus edidit Scrimger. 1568. fol. Quæ an usus in fero habeant, disquisit. Ryckersh *Obs. 14. 2.*

dictis & codice, omissis tamen jureconsultorum & Imperatorum nominibus, compilata. Suares l. c.

§. 38. Denique Constantinus Porphyrogenitus, frater Leonis natu minor, edidit repetitam *Βασιλικήν* praelectionem, quæ & ἡ Βασιλικὴ αὐτῆς, ut in τόπῳ τοῦ νόμου, nec non τῷ νόμῳ absolute appellatur. Et hæc ipsa sunt illa *Βασιλικά*, quorum libros 28. 29. 30. 45. 46. 47. 48. edidit Gentianus Hervetus. Paris. 1557. Librum 60. Jac. Cujacius, utraque conjunctim sub titulo *Βασιλικῶν διατάξεων* Dionys. Gothofredus Hanov. 1606. fol. Libr. 38. & 39. ex Cujacii schedis emisit Car. Labbeus Paris. 1609. Integra *Βασιλικά* (m) Graeca & Latina debemus. Car. Annib. Fabrotto, qui ea publicavit Paris. 1607. f. Tomis 7.

§. 39. Successere varie epitomæ, quales sunt I. ἡ Βασιλικὴ μετρία ab iisdem Imperatoribus confectum, quod & ἡ Βασιλικὴ τοῦ Αὐτοκράτορος nomine venit (n). II. Index τομῶν κατὰ τοῦχαν per alphabeti seriem digestus, a Jo. Sambuco Pannonio Tarenti repertus, & sub titulo *Βασιλικῆς βασιλικῆς* editus a Jo. Leunclevio Estl. 1576. Auctor fertur Romanus Lecapenus. Vid. Cujae, Obs. 18. 37. III. Mich. Attaliotæ judicis & Procol. νόμου seu πραγματικοῦ tempore Michaelis

(m) Libri tamen 19. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 43. 44. 49. & 59. non sunt authentici, sed a Fabrotto ex Synopsi *Βασιλικῶν*, & Theodoro Hermopolita, Constant. Hirmenopulo & Cujacii Commentariis vicimque compilati. Forte in etiamnum in bibliotheca quædam latitant. Ita ominabar, secundam editionem quin pararem. Varem me fuisse haud vanum, nuper damnum intellecti Amstelodami ex V. A. Corn. & Bynkershoek, qui se bosam horum partem a juvenc. nobili. Partibus redeunte, nascum referebat. Gratulamus seculo hunc thesaurum, maxime si obstericias viri doctissimi manus exprimitur.

(n) Ejus titulos priores 38. exhibet Jo. Leunclev. *Jur. Graeco-Ram. Tom. 2. p. 79.* Conf. Lambèc. *Biblio. Vind. Lib. 6. p. 24. 25.*

lis Ducæ compilata (a). IV. Michaelis Pselli *synopsis*, qua jus compendiarium versibus politicis complexus est (p). V. πρίκητος Constantini Harmenopoli, qui circa annum 1345. floruit (a) ex Basilicis contractum, & nuncupatum Σύνοψις. Ei non absumile VI. Antiochi Balsamonis πρίκητος & si qua sunt hujus generis alia.

§. 40. Denique Turcæ, capta Constantinopoli, & Græcorum imperio, & juris Romani in Oriente studio finem fecerunt, dubiumque est, an in Turcicis dicasteriis quædam jurie Justinianæ serventur. Vid. Goeneyvæg. ad præm. *Instit. iur. 1. Felsenath*, ad l. 2. §. 3. de orig. *jur.* Pagenstech *Sicilim. Manz.* 2. p. 105. Jo. Leunclav. in præf. parat. & Istm. Belliald apud Menag. *Amanit. jur. civ. cap. 26. p. 150.* Leonis certe novellæ hodiernæ in Græcia non extra usum esse, patet ex Cris. Angeli *de statu eccl. Græce* p. 112. & 115. & observavit id Bynkersh. obs. 1. pag. 385.

§. 41. At in Occidente a seculo XII. magis magisque in academias & foro irreperere cœpit jus Justinianum, cuius tot ex eo tempore prodierunt editiones, glossæ, commentarii, paratitia, systemata, compendia, ut eorum mole & multitudine laboremus. ( Remansisse tamen & anno jus usum in Italia, nec Imperium jus Roman. restituisse, ostendimus ex instituto in *Histor. iur. civil. l. 1. §. 410. seq.*)

§. 42. Quum Justinianus §. 3. hujus processus, & §. 2. sequentis tituli nonnulla quoque de docende discendeque jurisprudentiæ ratione moneat: licet & nobis ea de re ex antiquitatibus dislocare. Juris scientiam olim in latenti habebant patricii.

(a) Edidit illud πονήτα sub titulo συνάψις ἀστριθεῖον Jo. Leunclav. Tom. 2. pag. 1.

(p) Prodiit ea synopsis cum aliis quibusdam Nich. Pselli opusculis, cura Franc. Bosqueti. Paris. 1632. 8.

(q) Editus est Harmenopolus Græce & Latine cum notis Jo. Merceri, & Dionysi Gothofredi. Gen. 1787. 4.

stii (r), nec temere solebant quemquam nisi sui ordinis, hinc sacris initiare. Cicero de offic. 2. 19. Cum multa praeclara majorum, tum quod optime constituti juris civilis summo semper in honore fuit cognitio atque interpretatio. Quam quidem ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes resiuerunt: nunc, ut honoris, ut omnis dignitatis gradus, sic hujus scientiae splendor deletus est. Addi poterit ejusdem Ciceronis Oratio pro Murena XII. & de oratore L. (f). Et videtur sane antiquissimis temporibus jurisprudentia ut uti traditione quædam conservata inter patricios, usu magis, quam institutione, addisci consueuisse. Quod non difficile erat in tanta Romanarum legum paucitate.

§. 43. Primus veteranum hanc consuetudinem migravit Tiberius Coruncanius, primus e plebe Pontifex Maximus, anno U. C. 13. Is enim odio parriclorum juris cognitionem, quam alii in latenti habuerant, paullo amplius divulgavit, & discentibus se dare coepit, l. 2. §. 35. D. de O. J. Ejus exemplum deinde sequuti sunt alii, veluti Q. Mucius Scævola, C. Aquilius Gallus, L. Lucilius Bulbus, T. Juventius. Q. Cornelius Maxunus, & in primis Servius Sulpicius, quorum ex ædibus, tamquam ex equo Trojano, magna præstantissimorum jureconsultorum tre-  
quen-

(r) Hinc est quod jureconsulti appellantur principes cigitat. Cujac. ad Pompon. l. 3. §. 35. D. de Orig. iur. p. 1128. maximeque viri, Pompon. d. l. 2. §. 15. Hinc illa Mucii objurgatio: Turpe esse patricio & nobili. & cassos orantem, iuri, in quo veseretur, ignorare, l. 2. §. 43. eed. Conf. G. Schubart, de Fatis Fariss. Rom. Ex. 1. 16. pag. 27.

(f) Ostendit enim Cicero ideo in latenti jureconsultos habuisse jurisprudentiam, ut ipsi civium rebus interessent. Nec enim instiebatur actio, nec contrahebatur, nec testamentum fiebat sine jureconsultorum consilio. At illas. Diffut. Epist. 2. 23. Cic. de Orato. 2. 6.

quentia prodiit. Quum vero hi omnes amplissimos in urbe honores gesserint, facile est ad existimandum, eos non scholas aperuisse, aut levi didactro invitatos, subsellia posuisse discentibus. Sed solebant, quoniam de jure consulentibus responderent, admittere juvenes, qui audirent, notarentque responsa, ratione inquit tradendi atque interpretandi juris, adeoque una opera & consulentibus, & discentibus satisfacere. Cicero in *Oratore ad Brut.* *XLI.* *Jus civile docere,* semper pulchrum fuit, hominumque clarissimorum discipulis frequentius domus. Et paucis interjectis: Alteros respondentes audire sat erat, ut ii qui docerent, nullus sibi ad eam rem tempus ipsis seponerent, sed eodem tempore & discentibus satisfaccerent, & consulentibus. Ac denique in *Bruto LXXXIX.* Ego autem, iuris civilis studio, mulsum operae dabam Q. Scavola, p. T. qui quamquam nemini se ad docendum dabant, tamen consulentibus respondendo, studiosos audiendi docebat. Ex quibus patet, usu magis atque exercitatione, quam doctrina, veteres ad tantam de jure respondendi facultatem adspirasse.

§. 44. Sub Imperatoribus publica Roma schola floruit, jurisprudentiae etiam studiis consecrata, de qua infra dicemus *lib. I. Tit. 25. n. 20. seq.* Docuerunt in ea schola jureconsulti vel Antecessores duo, tempore Theodosii junioris *L. un. c. Theod. de stud. lib. urb. Rom. & Const.* Antea tamen eodem instituto, quo veteres erant usi, juvenes domi habuisse videntur, Papiniannus, de cuius discipulis Lamprid. in *Alexand. Seu. LXVIII.* quamvis in quibusdam codicibus multis ab illis temporibus remotiores immisceantur, Ulpianus, alisque jureconsulti egregii, quorum in digestis fragmenta extant.

§. 45. Denique a tertio saeculo tres praeceps schola floruerunt juridicae, ROME, CONSTANTINOPOLITI, & BYZANTI, hoc privilegio munitae, ut non licet alibi cuiquam jus docere, ceterum infra docuimus *lib. I. Tit. 25. n. 20. seq.* In his scholis ea servata methodus, ut primo anno non nisi ad lumen legitorum scientiae admitterentur, dicti ideo DYPONDII,

qnaſi

quasi nullius pretii homines (t) Secundo anno Edicti audiebant interpretationem, unde & EDICTALES cognominati. Tertio anno ad prædictiones in priores octo libros Responsorum Papiniani admittebantur, aque inde dicebantur PAPINIANISTÆ, quo nomine adeo sibi placebant jurium studiosi, ut diem, quo ejus doctrina primum fuerant iniciati, festum solennemque haberent. Bertrand. de Jurisperit. I. 2. pag. 38. Quarto anno Responsa Pauli in manibus erant, eaque tunc ipsi recitabant, & cum dicebantur ἀνταποκριται, quasi solvendis quæstionibus idonei, vel ut ait Juvenalis Satyr. VIII. *Qui iuris natos legumque enigmata solvunt.* Unde errant, qui ανταποκριται vertunt solutos: sic enim dici debuissent ἀνταποκριται, ut recte observat Turneb. Advers. 8. 19. Quinto anno, quo Constitutio-nes addebat, ἀνταποκριτai dicti. Sed mutavit nonnullus Justinianus, qui primo anno Institutiones suas & τὸ ἀρχέτυπον legum prelegi, novitiosque JUSTINIANOS ἀνανεωσιν dicti voluit: (vel uti V. C. Ch. Gottl. Schwartz. in Dissert. an omnia Pand. exemplaria a Florentinis manarim: §. 16. in suo codice reperit, JUSTINIANISTAS) secundo quosdam Digestorum libros, quos ipse prescribit, per vicissitudinem interpretandos, audiabant, servato EDICTALIUM cognomine. Tertio anno PAPINIANISTAS vocari concessit, sed audire eos jussit libros Digestorum XX. & XXI. Reliquos Digestorum libros adjiciebant anno quarto, quo ἀνταποκριτai dicti, quemadmodum quinto Codicem jungabant, & impetravat nomen eo ipso increbabantur. Vid. Justin. Orat. ad Antecessores §. 2. 3. 4. 5. & ibi interpretes.

LI.

(t) Seneca Contrac. 19. 1. Itans peribunt dicem iuuen-  
nem propter dupondium duos? Hieronym. ad Helvid. p. 11.  
com. 6. Op. Gatt. te, oro, dupondio suppatabat? Et Pe-  
tron. p. 12. dupondium pro pretio vllissimo accipit, ubi  
addenda virorum doctorum observationes, & Cujac. Ob-  
seruat. 12. 40. Nemo non hic deprehendet speciem quam-  
dam monstri illius scholastici, quod recentiore auctore Po-  
naliissimi nomine academias invalerat.

## LIBER PRIMUS.

## TITULUS II.

## DE JUSTITIA ET JURE.

§. 1. *Jurisconsulti operam dabant philosophiae.* §. 2. *Maximus Stoico.* §. 3. *Unde multa in jure Stoico.* §. 4. *Amulatio inter iureconsultos & philosophos.* §. 5. *Cur iureconsulti multa philosophorum propria juri applicarint?*

**T**itulo hoc Institutionum non inculcatur lego quedam Romanæ, sed principia generalia, & que ad ideam justitiae & juris concipientium faciunt. Quum ergo in definitione JUSTITIAE & JURIS a nientioris schole placitis so procul se junxerint veteres iureconsulti: ratio ejus rei ex antiquitate erit redienda.

§. 1. *Jurisconsulti, quod inter omnes constat, plenarie cum legum studio philosophiam olim conjunxit, ex eiusque principiis leges sunt interpretati.* Unde recte Cicero de Legib. l. 5. *Jurispendentiam non a precoribus edito, ut plerique sua statu fecerunt, neque e XII. Tabulis, sed genitus ex iniuncta PHILOSOPHIA, perendam, possetabat.*

§. 2. *Quanvis vero non eidem omnes scilicet nomen dederint, & Epicurei in primis favisse dicantur C. TREBATIUS TESTA (n), (Cic. VII. Epist. 12. G. s. f. de vit. & morib. Epic. Tom. V. sp. p. 188. Aegid. Menag. Amanit. iur. p. 80.) ALEEN. Varius (l. 76. ff. de judic. & ibi interpretes), & alii; plerique tamen, veluti Scyrola, Tubero, Rutilius, teste Athentio, Despros. VI. pag. 274. stoicam philosophiam maximi habebant, vel quia Zeno minime,*

ut

(n) Dissentit Schilter. Minus. phil. mor. ad jurispr. l. 6. p. 7. Sed Trebatius initio Stoicus, postea Epicureus factus videtur. Cic. Epist. 7. 12.

ne alii sectæ philosophorum, a rebus gerendis avocabat, (Diog. Laerc. VII. 122. & 130.) caue sectæ *tnepidos* & *negociorum appetentes* facere videbatur; Tacit. Ann. XIV. 51. vel quia isti sapientes philosophiam practicam felicius, quam aliis, excoluerunt. Et hinc stoica philosophia *summæ dicitur sapientia*. I. 2. D. de leg. (x). Multis id demonstrarunt Schiltetus in *Manudictione philosoph. moral. ad jurispr.* Cap. 1. Vino. Gravina de *rr:u* & *progressu* *jur. civil.* num. 44. pag. 80. Em. Merill. *Obseru.* I. 8. & singulare ac pterrudita oratione V. C. Everardus Otto.

S. 3. Hinc frequentissimæ in jure nostro I. *derivationes nouarum fatis contortæ*, quales Stoicis erant solennes, e. g. testamentum quasi testatio mentis pr. Inst. de Testam. ord. murum, quasi quod ex meo sit tuum. I. 2. S. 2. D. de reb. peculium, quasi pusilla pecunia, sive pusillum patrimonium, I. 5. S. 3. de pecul. divertium, quasi diversitas mentium, qua in diversas partes iur; I. 2. pr. D. de divorc. adgnati; I. 7. D. de legit. int. Vid. Cujas. *Obseru.* X. 37. Em. Merill. *Obseru.* I. 8. seq. Frequentissimæ II. *definitio-* *nære* *stoica*, qualis est etiam in hoc titulo defini-*titio* *juris* *nature*. Frequentissimæ III. *divisiones stoicæ*, qualem esse illam rerum corporalium & incorpo-*ralium*, ex Sexti Empirici VII. *adv. Mathem.* & Senec. Epist. 58. observarit Osielius ad Cais Inst. II. I. I. p. m. 73. Frequentissimæ denique IV. *decisiones* ex interioribus philosophia stoice principiis derivatae, quales collegunt Vian. Gravina I. c. Schiltetus I. c. & V. C. Everardus Otto de philos. Stoica jurecons. (Eo vero in primis pertinent decisiones de promissis, vi & metu extortis. I. 21. S. 5. D. quod met. caus-*sa*, & de *aumxoria*. I. ult. S. 4. D. de iis, qui an-*te* sent. mort.)

S. 4. Quamvis vero philosophia amantissimi essent

RO-

(x) Fallitur ergo Paganini. Gaudent. de *rr:u* & *pro-*  
*pilos.* apud Rom. cap. 43. p. 106. qui plerosque *HC*tos  
cum Aristotele potius & Platone sensisse, putat. Conf.  
*Obf. Hal.* I. 7. p. 252.

Romani Jureconsulti: semper tamen inter eos, reliquoque philosophos ~~et ipsorum~~, in primitis Epicureos, quendam intercessisse videtur simulatio. Eoque pertinere arbitramur verbosam illam Ulpiani declamationem de vera, non fucata jureconsultorum philosophia. L. I. §. 1. D. de iust. & jure, non absunnilis illis, quae Horatius Lib. I. Epist. I. canit: Nunc agitis sto, & morsor CIVILIBUS UNDIS, Virtutis vero cestos rigidisque sacerdos. Conf. Cic. Epist. 3. 9. & 10. ibi Epicuri philosophia ~~et ipsorum~~, astuta vocatur. Locum praclare explicari memini in Gundlingianis.

§. 5. Et ista quidem amulatio facium est, ut jureconsulti ea, quae philosophorum erant propria, ad se raperent, e. g. ut definitionem philosophiae iuri suo applicarent: §. 1. Inst. b. t. ut loco juridice definitionis iustitiae darent mere moralis & philosophicam: & denique ipsa illa juris precepta §. 3. Inst. b. z. ex philosophia morali Stoicorum in jus transferrent. Conf. Schilter. l. c. Christ. Thomas. Adnot. ad Inst. b. t. Ger. Noodt. Jull. Pauli. X. p. 365. & quae nos obseruavimus in Elem. Juris civil. b. t.

## TITULUS II.

### DE JURE NAT. GENT. ET CIVILI.

- §. 1. Leges proprie sic dictae a quibus latet §. 2. Ex-  
rum scriptio. §. 3. Communicatio cum senatu. §. 4.  
Promulgatio. §. 5. Recitatio per praconem, nec non  
suecia & dissensio. §. 6. Auspicia & sortitio. §. 7.  
Intercessio facta a tribunis, auguribus, coiff. §. 8.  
Rogatio. §. 9. Suffragia per tabellas latet. §. 10.  
Modus & ordo suffragandi in pontibus. §. 11. Saf-  
fragiorum dirematio. §. 12. Legum confirmatio. §. 13.  
Exundem cognomina. §. 14. Quo filio consignate?  
§. 15. Plebisita. §. 16. Eorum differentia a legi-  
bus propriis sic dictis. §. 17. Quis ex obligaverint.  
§. 18. Ius honorarium. §. 19. Praetoris origo. §. 20.  
Variae in pratura mutationes. §. 21. Praetoris ur-  
bani prerogativa. §. 22. Praetoris jurisdictio. §.  
23. Edicta praetoria. §. 24. Quibus cribus prae-

res jus immutaverint. §. §. 25. 26. *Ediles plebisci*  
*& curules*. §. 27. *Edictum Edilitium*. §. 28. Re-  
*sponsa prudentum*. §. 29. *Jureconsultorum origo*.  
 §. 30. Quale jus jureconsuli considerant? §. 31.  
*Actiones legis a jureconsultis invonta*. §. 32. *Idem*  
*leges interpretari sunt I. scribendo docendoque*.  
 §. 33. Ut & II. de jure respondendi. §. 34. *Respon-*  
*forum forma*. §. 35. Denique III. Disputatione for-  
*ti*. §. 36. *Jureconsulti jus suppleverant*. §. 37. *Ergo*  
*rum auctoritas initio minor*. §. 38. *Augustus qui-*  
*busdam privilegium dedit de jure respondendi*. §.  
 39. *Ratio hujus instituti*. §. 40. *Idem placuit im-*  
*peratoribus sequentibus*. §. 41. *Valentiniani III. &*  
*Theodosii constitutio de auctoritate jureconsultorum*.  
 §. 42. *Justinianoi institutum*. §. 43. *Facultas inter-*  
*pretandi jureconsultis adempta*. §. 44. *Principes*  
*initio vere ritu leges tulerunt*. §. 45. *Deinde nisi*  
*sunt Senatusconsultis*. §. 36. *Differentia SC. in li-*  
*bera rep. & sub Imperatoribus*. §. 48. *Relatio fa-*  
*lla a Consule, Dictatore, Praetore*. §. 49. *Rogare*  
*sententiae*. §. 50. *Eademque ordine dilete*. §. 51. *Pronunciatio sententiarum, factaque discussio*. §. 51.  
*Senatusconsultia quoquicunq; §. 53. Scripta Senatu-*  
*sconsul. §. 54. Confirmata a tribunis & illata adi*  
*Ciceronis*. §. 55. *Hoc ritu SCta etiam sub Imperato-*  
*ribus facta*. §. 56. *Rescripta principum*. §. 57. *Prin-*  
*cipus scriptissime videatur Vespasianus Imp.* §. 57. *Se-*  
*natusconsultia tamen etiam post Hadriani tempora fa-*  
*cta*. §. 59. *Transitio ad materiam de privilegiis &*  
*lege Regia*. §. 60. *Privilegia quid fuerint? cum o-*  
*diosa*. §. 61. *Tum favorabilia*. §. 62. *Lex Regia*,  
*qua potestas legislatoria translata in Principes*. §.  
 63. *Varie de hac lege sententia*. §. 64. Quid de  
*ea vere statendum? §. 65. *Lex Regia reperita, qua-*  
*ties Princeps notum auspicabatur imperium*. §. 66. *An hac lege dominatus Imperatorum stabilitus?* §.  
 67. *Fragmentum legis Regie*.*

**A**gitur hoc titulo de diversis speciebus iuriis. Quum vero jam superiore titulo, cur haec potissimum de jure naturae & gentium sibi idem formarent, abunde explicatum sit; jam ex antiquitate vana juris civilis genera sunt explicanda, doceandaque quid lex fuerit, quid PLERISCUTUM, quid PLERORES & MEDILES, quid item JURECONSTITI ad locupletandum jus Romanum contulerint; quid denique IMPERATORES in legibus Romanis, earumque ferendarum ratione immutariint.

**S. 1.** LEX Romanis, libera adhuc republika, vocabatur, quam populus Romanus, superiore magistratu rogante, constituebat (3). **S. 4.** Inst. b. t. Ejusmodi ingistratus superiores, quibus cum populo agendis esset, praeter Reges, Interreges, Dictatores, Consules, erant Tribuni militum cos. potestate, Centores, Praetores. His non ignotæ leges Regie; non ignota lex Aemilia de censura a Dictatore; lex Aelia Senzia; lex Cossia; lex Pinaria de ambitu a Tribuno mil. cos. pot.; lex Cecilia defullocaibus & censoribus (2) (Plin. Hist. Nat. 35. 17.); lex Aurelia judicaria a Praetore (Epit. Liv. 117.) lacet.

**S. 2.** Ab his ergo ministratibus, lex, si qua opes videretur, primo domi scribenda erat. Quod siebat adhibitis viris prudenter & necessariis, cum quibus expendere solebant, an lex esset e republica, majorumque moribus conveniret. Unde plerumque additæ formule. Si QUID JUS NON FUIT ROGARI, EJUS HAC LEGE Nihil ESSET ROGATUM: itemque; SI QUID CONTRA ALIAS LEGES EJUS LEGIS ERGO LATUM ESSET, UT EI, QUI EAM LEGEM ROGASSET, IMPUNE

Ex-

(3) Libera ergo republika ad legislationem omnes concurrebant, & hinc patet ratio, cur lex communis retulisse spongia vocetur Ulpiano l. 1. D. de Legib.

(2) Alioquin non negatur, sepe etiam leges censoria adpellari censorum edicti, quibus conditiones locationum publicarum proponebantur. Gell. 15. 11. Vid. Gundlia: giana Part. 16. Obs. 1. § 26. p. 61.

ESSET (a). Cicer. ad Attic. 3. 23. Conf. Brison. de Form. 2. p. 138.

S. 3. Scripta lex communicabatur cum senatu, sine cuius auctoritate cum populo agere nefas habebatur. Liv. I. 17. Plutarch. in Coriolan. p. 227. Quam vero Senatus nonnunquam diffi. ilior esset in permittendis comitiis, lege Menia cautum est, ut rogatore consistorum justo postulante, patres ante inita suffragia fierent auctores ejus rei, quam populus jussius esset, Cic. in Briso c. 14. In eadem sententiam legem tulit Q. Publilius Dicitor apud Liv. 8. 12. Et postea quum iste mos defuetudine obumbraretur, illum deo in usum revocavit L. Cornelius Sulla. Vid. Appian. de bello civil. I. p. 650.

S. 4. Hinc porro legis sequebatur promulgatio. Publice enim lex proponebatur, ut quilibet ex populo eam legere, expendere, &c, ferendane esset, an antiquanda, secum statuero posset. Spacium promulgationis erat trinundinum, ut lex nova etiam a rustica plebe, quæ singularis nundinis rure in urbem veniebat, legi ponderari posset. Cic. pro domo c. 16. Phil. 5. cap. 11. Manut. de Leg. pag. 839. Addebatur edictum, ut populus in proximum trinundinum in Martio (b) conveniret. Gell. Noct. Attic. 13. 14. Quum tamen ipsis nundinis cum populo agere haud licet, comitia plenumque in sequentem diem indicebantur. Macrob. Saturn. 1. 16. Et his demum omnibus observatis, unagistratus quis PORULUM JURE ROGASSE, PORULUS-  
QUE

(a) Non enim impune esse leges contra rem publicam ferre, suo malo experti sunt Gracchi fratres. Appian. de Bell. civ. Lib. 1. Flor. Lib. 3. cap. 14. & 15. item Apulejus & Livius Drusus, de quibus idem Flor. Lib. 3. cap. 16. & 17.

(b) At sepe alibi comitia habita etiam in foro, comitio, immo & Capitolio. Quin & in castris lex data est a Cn. Manlio A. U. C. concorditer de vicelima manumissionis. Liv. 7. 36.

QUE JURE SCIVISSE dicebatur. Cicer. Philipp. II. 10. (c).

§. 5. Lex ipsa ferebatur in *comitiis*, olim in *curiatis* postea, & *centuriatis*, & *tributis*, ad quæ ubi populos in *campum Martium*, vel in *comitium* ad nostra confluxisset, præco primum legem recitabat; deinde plerumque, qui rogatus erat, cādem sua debat, quod & alii faciebant nonnumquam. Nec deruant, qui dissuaderent, id quod cum tribuni plebis, cum etiam privati, si quibus a magistratu concio debatur, facere poterant. Liv. 21. Nonnumquam & ipsi, qui legem rogaturi erant, eam dissuadebant, si forte non ex sua, sed senatus sententia, legem ferrent. Exemplum Pitonis consulis refert. Cic. Epist. ad Att. I. 14. cui cum fructu addes, que nos nuper differuimus in comment. ad Leg. Jul. & Papiam Lib. I. c. 4. p. 54. (Tom. VIII. Injuste Edit.)

§. 6. Auditis orationibus, prætentibusque sacerdotibus & divinita exponentibus (Dionys. X. p. 681.), *stella* vel *urna* deferebatur, in quam conjiciebantur *centuriarum* nomina. Deinde sortibus æquatis fiebat *sortitus*, queque prima centuria, que secunda, que tertia de stella exiisset, ea eundem in suffragiis locum atque ordinem obtinebat (d). Que prima sorte exierat, prima ferebat suffragia, atque inde PROLOGATIVA, proxime sequentes PRIMO VOCATE vocabantur. Reliquæ JURE VOCATE dicebantur, Ascon. Pædian. in Cic. divinat. p. m. 1819. Liv. 12. 11.

27. 6.

(c) Neque tamen promulgatio sola faciebat legem, sed populi suffragium. Sola lex Didia Licinia tanto studio patrum lata est, ut SCto caveretur, ut eam promulgaret omnes fervarent. Macrob. 2. 23.

(d) Sequorum temporum est hæc *sortitus*. Sub Tullio anim Regi primæ ad suffragium vocabantur maximi censor centuriaz, in prima & secunda classe descripta, quæ quia reliquæ numero superabant, plerumque rem consciebant, ut adeo raro vocarentur reliquæ. Dionys. His. Antiq. Rom. 6. p. 224, seq. 7. p. 46. Liv. 1. 41.

27. 6. Exemplum est in lege Thoria apud Sigon. de  
ant. iur. Ital. 2. p. 638.

§. 7. Interim licet iis, quorum intererat, legi  
intercedere. Faciebant id *Tribuni plebis* solemnii illo  
VETO. Liv. 7. 17. 27. 6. 45. 21. Faciebant & Con-  
siliares, vel intercedendo (Dionys. Hal. 6. 557.) vel  
comitiales die eximendo, supplications decemendo,  
vel ferias Latinas indicendo. Cic. ad Quint. Fratr.  
2. Ep. 7. Faciebant idem & angures & magistratus,  
quorum erat, de cœlo servare. Qui si quidquam  
adversi visum auditumque obnunciarent (e), co-  
mitia impediabant, reque infecta discedebatur.

§. 8. Si nihil sinistri obnunciabatur, tpla jam sie-  
bat *rogatio*, solemnii formula: VELITIS JUDEATIS  
QUIRITES HOC ITA UTI DIXI VOS QUIRITES ROGO.  
Cic. pro domo 18. seq. (f). Tum addebat: Si vo-  
nis VIDETUR, DISCEDITE QUIRITES. Quo facto,  
in suam quisque centuriam tribunve discedebat, in  
qua

(e) E. g. si fulsisset de cœlo, si tonasset, si bubo vo-  
lasset a sinistra, si aves triste quid portendissent, si quis  
morbo comitiali repente correptus concidisset: de quo  
morbo Sammonicus Serenus c. 56.

*Et subeti species mortis, cui nomen ab illo est,*  
*Quod fieri nobis suffragia justa recusat,*  
*Sepe etenim, membris aci languore caducis.*  
*Concilium populi labes barrenanda dremis.*

Longa enim est fabula, de qua Paul. Manut. de Legib. p.  
848. Paul. Merula de comit. pag. 17. seq. Struv. Antiq.  
Rom. Synt. 6. pag. 269. Ceterum hæc omnia idco inven-  
ta, ut magistratus, vel collegarum, vel populi, consilia  
periculosa bonis rationibus turbare possent. Dio Cass. 23.  
p. 66. Cic. de Leg. 3. 12.

(f) Notanda hic quedam vocabula, que subinde confundi  
solent ab iis, qui sunt in Antiquitatibus Romanis hospites.  
**LEX ROGATOR**, dum fertur: **ABROGATOR**, dum tollitur;  
**DEROGATOR** eidem, dum quoddam ejus caput aboleatur;  
**SUBROGATOR**, dum aliquid adjicitur: **OEROGATOR** deni-  
que, quoties aliquid in ea mutatur. Ulpian. Fragm. 1. 3.

Hein. Antiq. Rom. T. I.

C

qua erat suffragium latus. Ascon. Pædian. in Cr. Orat. pro Corn. Balbo p. 1310.

§. 9. Facta discessione ferebantur *suffragia*, oīis quidem viva voce; post tabellariam vero legem *tabellis*, quacum alteri inscriptum V. R. nisi rogas; alii A, id est *antiqua probo*. Cic. Epist. ad Attic. 1. 14. Tuit eismodi legem tabellariam L. Caſſius (Longinus) Trib. pleb. C. Mario VI. & L. Valerio Flaccus. Coss. (A. U. C. DCXVI.) Cic. de Legib. lib. 3. cap. 16., sed de judiciis publicis. Unde & in numis familiae Caſſiae egregium tabellariae iſtius legis monumentum occurrit. Vid. Fulv. Ursin. de Famil. Rom. p. 67. edit. Patini. De comitiis jam antea simili exstabat lex Gabinia. Cic. in Latio cap. II. Agor. I. 2.

§. 10. Distribuebantur hæ tabulæ per diribitores, quibus nongenti *custodes* adstabant, daturi operam ne qua fraus in distribuendis tabellis admitteretur. Plin. Hist. Nat. 33. 11. Et exstructi quidem in campo Martio erant *pontes* centum nongenti tres, totidem scilicet, quo numerabantur centuriæ (g). Hi nihil aliud erant, quam angustæ quædam substructiones, operi subitanæ, e tabulatis solo editis, adornatae, per quas illos, qui suffragia ferrent, viritim esset transendum. His ergo in capite pontium ministrabantur binæ istæ tabellæ, quarum alterutram deinde in extremo ponte *cistula* immittebant. Plutarch. in Mario p. 407. Fiebat id ira, ut præco singulas centuriæ, eo ordine, quo sorte exiissent, ad suffragia vocaret. Quicumque vero ex ea centuria primus rogabatur, PRIMUS nuncupabatur. Cic. pro Plancio 14. Reversi e ponte intra cancellos conclude-

ban-

(g) Ex Plutarch. Mario p. 417. constat, auctorem potius fuisse C. Marium Trib. pl. eoque invento obviandum in magistratibus creandis criminis ambitus. Sepe enim suffragantibus adstabant candidati, & blandiebantur suffragia. Hinc idem ait: C. Marium hac lege de pontibus potentissim opes, tum in ferendis suffragitis, tum in creandis magistratibus immenisse. Manut. de Legib. p. 809.

bantur, quos *ovilia* vocat *Lucanus*, *Pharsal.* 2. v.  
197.

... & misera macula vicit ovilia Roma.

Conf. Nic. Gruch. *de comit. Rom.* 1. p. 688. Omnia  
hæc accurate depicta sunt egregius P. Licinii Nervæ  
numus, quem exhibent Fulv. Uslin. *Famil. Rom.* p.  
149. edit. Patin. & Ezech. Spanhem. *de usu & pra-  
stant. numism.* *Diss.* 6. p. 579.

§. 11. Latis hoc ordine suffragiis, *dixemtio* fiebat.  
Numerabantur enim tabellæ utriusque generis a singulis  
custodibus, numerusque earundem punctis (b)  
notabatur. Cic. *Philipp.* 2. 33. & *pro Planc.* 22. ut  
ea centuriarum sententia renunciaretur, in quam plu-  
rime suffragia convenissent, & reticeretur illa, quæ  
paribus esset distracta suffragiis. Si plures sententiae  
legem probassent, *scita*, vel *perlata*; si plures  
eandem rejecissent, *antiquata* dicebatur. *Manut. de  
Legib.* p. 482.

§. 12. *Perlata* legem primo jurejurando firmatam;  
deinde *ari incisam* (i) delaramque in ararium legi-  
mus. *Manut. de Legib.* p. 483. Unde patet, quanam  
sint illa apud Ovid. *Metam.* 1. 3:

... Verba are minacia fixa.

Exstant ejus ritus vestigia in l. 8. pr. D. ad l. Jul.  
pecul. Conf. Just. Rycqu. *de Capitol.* cap. 3. §. 374.  
seq.

§. 13. *Nomina* leges plerumque accepient ab utroque  
consule, e. g. *lex Aelia Sentia*, *Poppia Pop-  
paea*, *Fusia Caninia*. Nonnumquam unicum iis co-  
gnomen dabatur, si a dictatore, vel prætore, vel cen-  
sore latæ essent. Tales sunt *lex Aemilia*, *lex Atreolia* &  
aliae.

(b) Inde nata phrasis *omne punctum ferre*. Horat. *Art.*  
*poet.* v. 343.

*Omnis nullus punctum, qui miscerit utile datur.*  
De qua loquutione, ipsoque hoc ritu, censetur meritor  
Savaro ad Sidon. *Carm.* 2. 10. & *Epist.* 11.

(i) Antea & roboreis & churneis tabellas intebantur.  
Dionys. *Halicarn.* l. 3. p. 108. Schubart. *de factis jurispr.*  
*Rom. Exerc.* 2. §. 39.

aliz. Immo & Pompeii, qui coniūl sine collega fuit, & C. Julii Cæsaris, & Augusti leges unum nomen Pompejarum, & Julianum tulerunt. Addebatur interdum alia cognomina, a materia legis desunta, veluti lex *Cornelia sumtuaria*, lex *Gabinia tabellaria*, lex *Cassia agraria*. Aliquando & alia cognomina. Inter haec & legis *Saturæ*, quæ diversa capita complectebatur. Gronov. ad *Stat. Papin.* p. 64. itemque *Miscellæ*, l. 2. l. 3. c. de viduit. indit. (vid. *Commiss. nosfr. ad leg. Jul. & Pap.* 2. 16. 3. p. 303. Tom. 7. hujusce Edit.)

§. 14. Quo stilo scribi concipiique solitæ sint leges, ex multis antiquis monumentis adparet. Qualis sunt leges antiquæ apud Reines. *Inscript.* 473. ut & egregium fragmentum legis Serviliæ apud Car. *Sigonde Judic.* 2. 27. p. 422. nec non legis Thorizæ apud eundem de *Jure Ital.* 2. p. 638. Adde Barn. *Briskon de Form.* p. 141. seq.

§. 15. Hæc de legibus. Sequuntur **PLEBISCITA**, quæ & ipsa **LEGES** vulgo vocantur, ceu exemplo legum Iciliæ, Voconiaæ, Aquilliaæ, Cinciaæ aliarumque adparet, quamvis id more antiquo non fieret (k) teste Gellio 15. 27. 20. 30.

§. 16. Erant plebiscita, quæ plebs, pebejo magistratu interrogante, constituebat. §. 4. *Inst. de iure nat. gent. & civ.* Ea quum eodem fere ritu, quo ipsæ leges, conderentur; differentia tantum legum & plebiscitorum erunt notandæ. *Lex* ergo a superiori magistratu, *plebiscitum* a plebejo, id est, tribuno piebis, rogabatur, & eo quidem, cui illud e collegio forte, vel reliquorum collegatum consensu (l) ob-

(k) Primo, quum patelii plebiscitis teneri nollent, plebiscita vocabantur. Post leges Horatiam, Publiliam & Hortensiam leges dicebantur, vel *legis tribunicie*. Cic. *de leg. Ag.* 2.

(l) Ubi enim e collegis fas erat alterius rogationem intercessione sua turbare. Quamvis iepè manu magis quam auctoritate tribunicia res ageretur. Exemplum Co-Octavii a Tib. Gracco e rostris vi depulsi & mesu mortis exterriti, ut magistratu se abdicaret, habet Flor. 3. 14

obligisset. Liv. 3. 65. *Lex suffragante plebe condebatur*. Liv. 2. 56. Dionys. Hal. 9. p. 598. Tribuni enim nec advocare patricios, neque ad eos referre ulla de re poterant. Gell. Noth. Attic. 15. 27. *Leges in campo Martio cerebantur & in comitio; plebiscita, non in eo tantum, sed & nonnumquam in circu Flaminio, aut in Capitolio, maxime vero in comitio, ubi ex rostris tribuni ad plebem concionabantur (m)*. Docent id exempli apud Ciceronem Ep. ad Attic. 1. 1. ad Familiar. 7. 30. Plutarch. in Gracch. p. 832. Liv. 3. 54. 25. 3. 45. 36. *Leges in Comitiis centuriatis & tributis, plebiscita in solis tributis, condebantur, ubi non opus erat vel SCto, vel iuspiiciis*. Dionys. Halic. 9. p. 598. & 605. Solebant tamen nonnumquam & Tribuni plebis aves consulere, & de caelo servare, quando legem erant interrogaturi. Exempla sunt apud Plut. in Gracchis p. 832. & Cic. in Vat. 7. *Leges plerumque tribuni plebis, plebiscita patricii & postea magistratus dissuadebant, quamvis eam facultatem coi. adimere conaretur Volero, tribunus plebis*. Dionys. Hal. 9. p. 598. Sortitio etiam in plebiscitis duplex fiebat, quarum altera, in qua tribu Latini suffragium ferrent, explorabatur; altera inter ipsas tribus fiebat sortitio. Liv. 25. 3. Quidquid ergo tributum plebs ita jussisset, id ratum habebatur, & deinde tabulis inscriptum, adiibus plebeiis in aliqua aede custodiendum dabatur. L. 2. 9. 21. D. de orig. jur.

§. 17. Quamvis vero plebiscita non ab universo populo, sed a sola plebe, conderentur: tamen non plebem tantum, sed & patricios obligabant. Id quod post multas patriciorum tergiversationes eatum est lege primum Horatia, anno U. C. 306. Liv. Hist. 3. 55. Dionys. Hal. 11. pag. 725. deinde

Pit-

(m) *Rostra inter praecipua tribuniciae potestatis insignia sunt*. Hinc M. Lollius Pälikanus, quem tribuniciam potestatem a Sulla abrogatam restituisset, rostra in numis suis signari jussit. Vid. Fulv. Ursin. de famili. Ren. pag. 158. ed. Tatini.

Pubilia, anno 416, lata a Q. Pubilio dictatore, ac denique, quum plebs anno 466. in Janiculum secessisset, legē Hortensia, lata a Q. Hortensio, dictatore. Gell. Noct. Attic. 15. 27. §. 4. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* (non a rege, uti Accursius ad §. 6. *Inst. de jur. nat.* somniat, de quo iam in præf. diximus. Adde Rupert. ad Pompon. Enchirid. p. 90.)

§. 18. Præter leges & plebiscita, etiam EDITA prætorum atque ædilium (*n*) certam juris speciem, quam JUS HONORARIUM vocabant, constituere cœperunt. Quare & de prætoribus atque ædilibus, & utrorumque edictis nonnulla monenda sunt.

§. 19. Creati primum prætor cœpit anno U.C. 389, quum paullo ante plebs obtinuerit, ut alter consulum plebejus esset (*o*). Male hæc summe potestatis jactura habebat patricios: hinc dabant operam, ut penes consules eo minus esset potestatis. Fratibus itaque adotti plebeim, facile id consequebantur, ut redhostimenti loco e patriciis crearetur prætor, in quem dñe omnem, quæ penes consules adhuc fuerat, juris dicundi potestatem transferebat. Liv. Hist. 6. nls. 7. 1. Unde fallit Pomponius, vel principiam saltim rationem dissimulat, quando ideo creatum ait prætorem, quia consules avocarentur bellis finitimi, neque esset, qui in civitate jus reddere posset. L. n. §. 27. D. de orig. jur.

§. 20. Non diu tamen iste honor patriciorum maneat proprius. Non multo post enim, anno U.C. 416. primus e plebe prætor creatus est Q. Publius Philo.

Liv.

(*n*) Quia & Censores edicta de locandis vectigalibus & operibus publicis proposuisse, patet ex Gell. Noct. Attic. 15. 11. quæ vocabantur etiam *leges censoria*, sed impropriæ. Vid. Gundlingiana 16. Obs. 1. §. 16. p. 61. seqq. Cum his tamen non confundendæ rogatæ a Censoribus, de quibus supra §. 1.

(*o*) At ante ipsos consules prætores Romæ suisse contendit Justinianus Nov. 25. pref. Sed prætores vocabantur omnes magistratus, quasi prætores. Fest. voce *Prætoriana porta*. Plin. Hist. nat. 18. 3.

Liv.  
pora  
band  
Epit  
TEU  
Insc  
EEN  
temp  
den  
27.  
hin  
den  
Jus  
cui  
exp  
que  
lici  
7.  
cep  
mo  
lib  
de  
ri  
tia  
ct  
ve  
bi  
N  
fi  
v  
7.

Liv. Hist. 8. 15. Sub belli deinde e Punici primi tempora duo fieri coepérunt Prætores, quorum alter urbanus, alter peregrinam sortiebatur jurisdictionem. Flor. Epit. Liv. 29. Unde hic vocatur PRÆTOR, QUI INTER CIVES ET PEREGRINOS JUS DICIT apud Reines. Inscript. Class. 7. n. 10. & ΣΤΡΑΤΗΟΣ ENI ΤΩΝ ΣΕΝΩΝ apud Grut. Inscript. pag. 303. Insequentibus temporibus hic numerus non semel iuctus est, siquidem initio quartor (Liv. 23. 30.), tum sex (Liv. 32. 27.), postea octo, mox decim (Dio 42. p. 202.) ; hinc porro duodecim, immo & quatuordecim, ac denique sedecim, a Julio Cæsare creati, Prætores jux dixere, Dio lib. 43. p. 237. pag. 239. Quo factum, ut patrem imitatus etiam Augustus sexdecim exploreret numerum, mox ad 12. eundem reduceret, quem se non excessurum, Tiberius jurejurando pollicitus est. Dio Cass. lib. 56. p. 586. Tacit. Annal. 1. 14. quamvis ejus fibi gratiam fecisse videatur princeps parum religiosus, siquidem & illo imperante modo 15. modo 16. Prætores creatos novimus. Idem lib. 58. p. 634. Claudius porro jurisdictionem de fideicommissis, quotannis, & tantum in urbe delegati magistratibus solitam, in perpetuum, atque etiam in provinciis potestatibus demandavit. Sueton. Claud. 23. novosque creavit prætores fideicommissarios (p) duos l. 2. §. 32. D. de orig. jur. ex quibus tamen unum detraxit Titus d. l. Accedit sub Nerva prætor fiscalis, ibid. neconon prætor tutelaris sub Marco Antonino Philosopho, Jul. Capitolini. vis. Marci Anton. 10. lib. 6. §. 13. D. [de excus. tur.].

§. 21. Ex his prætoribus iisdem, quibus Consules,

au-

---

(p) In marmoribus etiam mentio fit Fr. DE FIDEI-COMMISS. apud Gruter. Inscript. p. 393. 6. Illud addendum ex Quintil. inst. orat. 8. fideicommissariam jurisdictionem ita divisam esse inter prætorem & consules, ut ille ad certam summam, hi de maiore cognoscerent. Unde lucem capit locus Ulplani in Progn. 25. 12. Videatur Cujac. Obs. 23. 34. Merill. Obs. 5. p. 112.

auspiciis creatis urbanus reliquos antebat. Hinc consulibus instar collegæ erat, Gell. Noſt. Att. 13. 14. Plin. paneg. 77. 4. iisque absentibus, summum potes prætorem erat in urbe imperium. ceu patet ex Cic. Epift. ad Fam. 10. 12. Liv. 24. 9. Dio Cass. 58. p. 622. Utebatur enim prætor, sicuti consules, prætexta, sella curuli, ministris, scribis & accensis. Cicero de lege agrar. advers. Rull. 2. 13. Lictores eum preibant duo cum fascibus. Quamvis enim de sex lictoribus subinde loquantur Plutarchus, Polybius, Appianus, qui ideo etiam præcurram ~~ex~~ vocare solent: intelligendum tamen hoc non est de prætura urbana, ceu suspicatur Petr. Fab. Semestr. 1. q. 159. sed de provinciali (q); uti observatum est a Car. Sigon. de antiquo iure Civ. Rom. 1. 20. p. 227. Non postremum vero præturae insigne erat hasta, quam decemviri litibus judicandis regere dicebatur. I. 3. §. 29. D. de orig. iur. Sueton. Aug. c. 36.

§. 22. Totum prætoris munus tribus hisce verbis continebatur, no, Dico, ADDICO, Ovid. Fast. 1. v. 47. seq. Varro de Ling. Lat. 5. 4. Dabat enim Prætor actionem & exceptionem, dabat bonorum possessionem: dabat judices, arbitros, recuperatores, dabat tutores ex lege Atilia, Dicebat viam in vindiciis: dicebat interdicendo, quoties de possessione agebatur; indiciebat, advocata concione, ferias, si quando terra in urbe tremuisset. Gell. Noſt. Attic. 10. 24. Sueton. Claud. 22. Addicebat denique, veluti facta in iure cessione, mancipatione, ceteris. Sed an & in criminis animadverit Prætor? Neganda videtur quæstio ob §. 10. II. Inst. & I. 1. pr. D. de susp. ruit. Nec obstat I. 1. §. ult. D. de aleator. quia ibi lau-

---

(q) In urbe itaque duo lictores, in provinciis sex anteibant prætores, illiē enim fascibus & securibus, hic cum fascibus tantum. Rem optimè exposuit Ex. Spanhem. de usu & præstant. n. Dissert. 10. cap. 3. §. 6. p. 116. Tom. 2. Adde & tribunal, de cuius forma Vitruvius scribit. 5. 1.

lautumque sunt carcer. Noodt. ad Pand. p. 259. Praetores tamen, qui questionibus & provinciis praefuerint, imperium merum habuisse, existimat Jo. Dan. Albeing. *Diss. de prætor Rom.* c. 2. §. 16. Sed non id habuerunt tamquam prætores, sed ex lege speciali (*l. i. pr. D. de offic. ejus, cui mand. jurisid.*)

§. 23. Mos autem erat, ut prætor, creatus centuriatis comitiis priusquam jus diceret, EDITO in albo (r) proposito denunciatet, quomodo co anno jus effet dicturus. At quis? Urbanus tantum, an peregrinus etiam? De provincialibus enim, nulla est dubitandi ratio. Prætori peregrino sane hoc jus negant Hotoman. & V. C. Jo. Ge. Schubart. *de Fas. Jurisp. Rom.* p. 399. At eidem id vindicat V. C. Henr. Bern. Reinold. *Var.* 37. p. 267. ob legem 9. §. 4. *D. de dol. mal.* ubi memorantur Labeonis libri *Prætoris peregrini*. Sed illis non tam videtur Labeo edictum *Prætoris peregrini* interpretatus, quam exposuisse officium *Prætoris peregrini* quemadmodum etiam de officio *prætoris urbani* egit in *libris Prætoris urbani*, quorum mentio fit in *l. 19. D. de V. S.* Sane libros ad edictum singulares scriptissimae Labeonem, & ab illis diversos, patet ex *l. 1. §. 5. D. de fugitiu.* & Gell. 4. 2. Certiora itaque sunt testimonia Boethii ad *Cic. Topic.* & Theophili §. 7. *Instit. de J. N. G.*

&amp;c.

(r) *Album* quid fuit, adhuc sub judice lis est. Theophilo §. 12. *inst. de action.* *album* est *edictum*; *αλόγονον και της γραμματικης γραμματος*. *Albis litteris scriptum*. Enimvero non ipsum *edictum* *album* vocabatur, sed *edictum* *albo* proponensatur. Accursii sententia, existimantis, fuisse parietem dealbatum, plerisque hodie vapular. Sed videtur tamen idem colligi posse ex Plaut. *Pers.* 1. 2. v. 24. modo codices MSS. addicent.

*Ne isti faxim nusquam adpareant.*

*Qui hic ALBO PARIENTE aliena oppugnant bona.*

Et Suidas voce *ἀλόγονον* *album* interpretatur *parietem*, *gypso obdactum*, *ad inscriptionem civilium rerum aptum*.  
Jac. Rayard. *Protr.* 6. p. 887.

C. qui & Prætores peregrinos edicta proposuisse, diserte scribunt, ejusque rei auctores procul dubio habent veteres & satis idoneos. Edicebant itaque omnes Prætores. Idque fiebat habita concione, dictoque in leges jurejurando (f), cœu adparet ex Cic. de Fin. 2. 22. Erant vero prætorum edicta vel *generalia*, vel *specialia*. Illa, quam juris dicundi rationem per annum sequiturus esset prætor, indicabant, unde & *leges annuae* dicuntur Cic. Verr. 1. 42. Hæc, obvenientibusque negotiis, vel, ut l. 7. pr. D. de jurifid. habet, prout res incideret, dabantur, ad similes causas non extendenda. Unde uberrimus natus est iniquarum sententiarum proventus, qui occasionem dedit editio: *QUOD QUISQUE JURIS IN ALTERUM STATUERIT*, ut ipse eodem jure utatur. Exemplum reperies apud Tacit. Annal. 2. 30. Quin vero generalia edicta subinde mutarentur, nec levis inde nasceretur juris confusio: obviam huic prætorum licentiae itum est lege Cornelia (g), lata A. U. C. 587. a C. Cornelio tribuno plebis, C. Pisone & Man. Glabrone coll. qua cautum est, ut prætores ex edictis perpetuis jus dicerent, neque per integrum annum quidquam in iis immutarent. Dio Cass. Hist. 36. p. 19. Ex eo tempore paulo certius esse ceperit jus prætorium

(f) Prætores edicta scripturos etiam tribunos plebis adhibuisse in consilium, patet ex Cic. de Offic. 3. 20. At non si scriberent edicta perpetua, sed si quid obveniret, quid ad communem prætoris & tribunorum officium pertinebat.

(g) Antea A. U. C. Id. 591. SC. ea de re factum, patet ex actis diuinis, quæ in bibliotheca H. Vossii fuerunt, in quibus & hæc existant.

HORA OCTAVA SENATUS COACTUS IN HOSTILIA.  
SC. FACTUS EST UTI PRÆTORES EX SUIS  
PERPETUIS EDICITIS JUS DICERENT.

Vid. Dodwell. ad Spart. Hadri. p. 333. & in Adpen. p. 665. Et. Spanhem. Orb. Rom. 2. 12. p. 97. Sed hoc SC. si genuinum est, mox procul dubio eludit prætorum potentia, ut centum annis post, nova opus esset lege Cornelia,

rium (n), adeo ut jam tempore Ciceronis plerique, non, ut olim, a 12. Tabulis, sed a praetoris edicto juris disciplinam auspicarentur, ceu ex Cic. de Legib. 1. 6. observat Jac. Perizon. *Diss. de Leg. Vacan.* p. 193. Quamvis vero post legem Corneli praetoriam haud liceret edictum suum per annum mutare: nihil impeditiebat tamen, quo minus successor antecessorum edicta, initio magistratu, vel augeret, vel immutaret. Unde, quæ retinebat successor, *edicti TRALATITII*; quæ addebat, vel immutabat, *edicti NOVI NOMINA* veniebant. Cic. *Verrin.* 1. 44. Non prius ergo edictum vere perpetuum prodiit, quam temporibus Hadriani, de quo diximus in *proœm.* §. 13. & seq.

§. 24. Quamvis vero prætores initio magistratus in leges jurarent: revera tamen leges edictis suis ceterabant sub specie æquitatis. Quod jam Dio Cass. Hist. p. 10. observans: ἀ γέροντες οὐ ταῦτα τὰ διγόματα, ἀ περι συμβολῶντα διπεπαρθέντα εἰσάπτεται τέττας εἰσίντε τὰ γραφίστα ἐπίγεια, ἀλλὰ πολλαχοῦ αὐτὸς μετέγραψεν, ἡ συχνὴ εἰς τάπετα πρέσχασσεν. Κατ' ἄλλα φράσιαν, ἀναπεδίδοτε, ἵνατο. Neque enim prætores id ius, quod ad contrahentes dirigendos possum erat, observabant, neque scripto iuri sickerant: sed sapientiæ ea variaverant, crebroque per gratiam & odium certorum hominum, veluti fieri adsolet, multa geregabantur. Ucebantur hanc in rem variis artibus, veluti *I. FICTIONIBUS*, quando, verbi gratia, fingeabant, rem usumcapiam, quæ usuepta haud esset, vel contra. §. 4. & 5. *Inst. de actionib.* immo, quod magis ridiculum videri posset, quando fingeabant, filiam patroni esse filium, cuius πατέρας ἀ ταξιδεύει παρεστηρίτες mentio fit in *Basilic.* Lib. 49. tit. 1. p. 594. Tom. 6. Addantur, quæ diximus in *Comment. ad L. Jul.* & *Pap.* Lib. 2. cap. 22. p. 35. (Huc pertinet etiam fictio negotii defunctorum gesti per

(n) Unde jam ante edictum perpetuum ad edictum commentari coperunt jureconsulti, veluti, Serv. Sulpicius, A. Ofilius alii.

per curationem funeris. l. 1. D. de relig. & sum. fun. Virg. Aeneid. 6. v. 325.). Ut erant II. novis NOMINIBUS, veluti quum bonorum possessionem darent iis, quibus leges hereditatem negabant. Ut erant III. EXCEPTIONIBUS, quibus actiones legibus date eliderentur. Ut erant 4. RESTITUTIONIBUS in integrum, quibus non modo leges, sed & res judicatas resciderunt praetores. Ut adeo vere summa penes Praetores esset non quidem leges ferendi, sed evertendi potestas, quamvis edicta adjuvandi, supplendi, corrugendique juris civilis gratia proponi, prae se ferrent: l. 7. §. 1. D. de just. & iur. Thoinas. Nev. Jurispr. Antejust. 1. 7. p. 31. Ge. Beyer. Post. Pam. dect. 1. 2. p. 14.

§. 25. Praetorium exemplo EDILES quoque edicta sua proponebant, quae & ipsa pertinebant ad ius honorarium. Erant ediles vel PLEBII, vel CURULES. Plutarch. in Mario p. 408. Illorum duo una cum tribunis plebis creari coepit anno U. C. 260. ut Tribunis essent ad manus, eorumque iussu caussas leviores litesque privatas disiudicandas susciperent, aedium sacrarum, locorumque publicorum, & annonae, curam gerent, matronarum denique civiumque mores obserbarent. Dionys. Halic. Antiq. Rom. 6. p. 411. Curules vero, de quibus hic agimus, e patriciis initio legebantur. Quin enim discordia de consale plebejo creando inter plebem & patricios exorta, sedata videretur, iudique ob eam rem decernerentur dies patris, detrectantibus hanc curam ad libus plebii, obtulerunt se bini juvenes patricii, polliciti, se hoc munus suscepuros. Collaudavit populus hoc de republica bene merendi studium, &, denuo de Ius patriciorum artibus, hos patricios Juvenes adiles creavit, sellamque curalem honoris causa concessit, unde & EDILES CURULES dici consueverunt. Liv. Hist. 6. 42.

§. 26. Penes hos ergo erat annonae (x) viarumque pu-

(x) Hanc annonae procurationem postea Julius Caesar demandavit duobus aliis ad libus, qui CEREALES vocabantur.

publicarum curatio, tutela urbis, ludorum institutio, de rebus venialibus, promercalibusque cognitio, & præcipue sacrarum ædium cura, a qua & EDILITUM nomen sunt consequuti. l. 2. §. 21. D. de orig. jur. Varr. de Ling. Lat. 4. p. 20. Cicero Verrin. 7. 15. Idem quoque demandata erat *statim* in fornices, lupanaria, cauponæ, ipsasque mulieres, quæ quemcum corpore faciebant, quæ nomina solebant apud ædiles præsteri, ut suo loco decebimus.

§. 27. De rebus hisce ad jurisdictionem suam pertinentibus ipsi quoque, ut jam diximus, edicta proponebant, ad quæ adludit suo more Plautus c. 4. 2. v. 43.

Eugepe **EDITIONES EDILITIAS** hic habet quidem. Et ex hoc quidem ædilitio edicto descendunt actiones contra venditores rerum vitiosarum, & eos, quæ bestias feroce habent, ubi iter fit, veluti redhibitoria, quanti minoris & aliæ, quarum fragmenta tria etiamnum existant in Pandectis. Primum scilicet l. 27. §. 28. D. ad leg. Aquil. alterum l. 1. §. 1. & l. 38. pr. D. de ædil. edit. tertium l. 40. §. 1. & l. 41. 41. D. cod. Fr. Pollet. For. Rom. 3. 2. Barn. Brisson. de Formul. 3. p. 289. Ceterum, de quibus edicebant ædiles, de iisdem plerunque & prætores cognoscere consueverant, & illis defientibus, caussæ ad hos transferebatur. De qua concurrente prætorum ædiliumque jurisdictione (y), dissertit Jac. Cujac. Obs. 8. 38.

§. 28.

---

bantur. Dio Cass. Hist. 43. p. 271. l. 2. p. 32. D. de orig. jur. pro quibus perpetram *Prætores Cereales* sibi fingunt Rosinus, Alex. ab Alexandro, & Jan. Vinc. Gravina, quibus satisfecit V. C. Henr. Bern. Reinold. Var. c. 3. p. 27.

(y) Ob hanc concurrentem jurisdictionem factum videatur, ut & ædiles haud raro PRÆTORES dicantur. Sic Paullus Recip. Sent. 1. 15. 2. ædilitum edictum diserte tribuit Prætori. Quin & generale fuit hoc magistratum nomen. Nam & consules, procos. præsides, legati Cæsaris, dicti nonnumquam a præundo PRÆTORES. In notis quoque Valerii Probi existat PR. VIGILUM, id est, uti interpretantur, *prætor Vigilum*, qui & *prætor plebis* vocatur.

S. 28. Pergimus ad RESPONSA PRUDENTUM , quæ & ipsa partem juris constituebant. Dicebantur ea speciatiū JUS CIVILE , Cicer. pro A. Cæcina 23. l. 2. S. 5. D. de orig. iur. non vero JURISPRUDENTIA MEDIUM ; S. 3. Inst. de legit. agnat. success. qua potius totius jurisprudentiæ Romanæ periodus lege 12. tabularum junior, Imperiali autem dispositione antieō intelligitur. Addi tamen potest V. C. Jac. Perizon. ad L. Vocon. p. 198. Multa juris capita post 12. Tab. per interpretationem invexerunt JCeti , ob eam rem JURIS AUCTORES , lib. 3. D. si pars hered. pet. lib. 39. D. de alt. emt. lib. 17. D. de jure paer. ut & JURIS CONDITORES adpellati . L. 23. C. de procurat.

S. 29. Jureconsultis Romæ originam dedit institutum a Romulo JUS PATRONATUS . Patriciorum enim erat, parentum munere fungi erga plebejos unde & patroni dicebantur , quasi patres , quemadmodum matronæ quasi matres sunt . Optio ergo cuivis erat e plebe , quem vellet , sibi patronum legendi e patriciis. Hunc vero oportebat clientibus respondere de jure , cuius illi rudes erant , absentium æque ac præsentium negotia curare , lites pro iis suscipere , in jus vocatos descendere . & quietem eis pro virili parare a publicis privatisque negotiis . Vicissim plebejum erat , patronos in elocandis filiis juvare : captivos vel ipsos , vel eorum filios , redimere , litiū estimationes & mulctas pro iis solvere , in magistratibus muneribusque eos argento sublevare , & quæ sunt alia hujus generis officia . Unde & censes dicti , quasi clementes , vel misericordes Dionys. Halic. Ant. Rom. 2. p. 34. Plutarch. vñ. Romuli p. 24. Tom. 1. op. Polyb. Hist. 1. pag. 459. Ea porro mutua obligatio tanta necessitudine ac fide adstringebatur , ut proximum patrono locum secundum parentes concedat Cato apud Gell. Nott. Att. 5. 13. (quin

---

tur Justiniano Nov. 13. Quamvis nulla sit ratio , cur apud Valerium Probum non potius legere malimus prefetus VIGILIUM . Conf. Ger. Noodt. prob. 1. 6. p. 16. 17.

(quini Romulus teste Servio ad Virg. *Aen.* 6. n. 622. cum patronum *sacrum esse* jussit, qui quid in clientis fraudem egerit. *Sacrum vero esse* quid sit, pluribus ostendit Dionys. *Halic.* 2. p. 84. *Rævard.* ad 12. *Tab.* c. 4. p. 22.). Nec privati tantum sed & colonie, urbes sociæ, gentes amicae & devictæ, suos Romanos patronos eligebant ex patriciis, & postea senatoriis familiis, quibus si penumero senatus controversias illarum decidendas commisit. Dionys. *Hal.* 2. p. 85. Cicero de *Offic.* I. II. Immo nullum temere etat negotiatorum corpus, nullum artificium collegium, quod non patronum sibi Romanam quandam familiam adoptasset. Sic in marmore Surretno apud Reines. *Inscr. Classe* 6. n. 39. p. 412.

## FLAVIO FURIO FAUSTO V. C. TRIBUNO.

AB ORIGINE PATRONO

UNIVERSUS ORDO ET POPULUS SURRETNORUM

STATUAM NOBILITATI EJUS.

FACIENDAM CURAVIMUS.

Ita & municipies Civilitani L. *ARCADIUM PROCULUM* V. C. LIBEROS POSTEROSQUE EJUS SIBI POSTERISQUE SUIS PATRONOS COOPTAYERUNT. Gruter. *Inscript.* p. 362. 1. Sic & alibi laudantur PATRONOS CAPVANORUM LONGE A MAJORIBUS ORIGINALIS. Idem p. 359. 1. SVESSIANORUM COMMUNIS AB ORIGINE PATRONUS. p. 1027. 3. PATRONI COLLEGIORUM CENTONARIORUM, Reines. *Classe*. I. 302. DENDROPHORORUM. Idem II. 17. LENUNCULORUM OSTIENSIVM, Idem 1. 33. NEGOTIATORUM OLEARIORUM EX BAETICA. Idem 6. 123. PAGI TOLENTINES. Id *Adpend.* n. 8. Horum patronorum in ea consistebat officium, ut coloniarum, urbium, collegiorum, pagorum, negotia in senatu & urbe se se curaturos, reciperent. Quo officiorum genere ita plerunque ære emungebant clientes, ut legibus novis opus esset ad hanc patronorum rapacitatem coercendam. *Tit. C. Theod.* "de patroc. vicor. lib. 11. tit. 24. & *Cod. Just.* L. 11. tit. 53. Liban. *Orat.* περὶ τῶν ἀποστόλων, p. 14. seq. edit. J. Gotthofr. Alias veteri iure gratuita erant inter patronos & clientes officia, & ut illi gratis plebejorum

rum curabant negotia, ita & hi pecunias sine scione credebant. Dionys. Halicatn. 2. p. 49. (Add. Tac. Annal. 6. 16.). Quin ergo initio e patriciis suis quisque clientibus de jure responderet: postea omnibus consulentibus promiscue dare coepit, & quidem mercede conducti: & inde obsolevit antiquum illud jus patronatus, natique sunt jureconsulti, qui iam respondebant de jure, caussaque egerunt, atque adeo omnia, quae olim patronorum fuerant, in se transferebant officia. Vid. præter Fr. Brummerum V. C. ad Legem Cinciam, Ge. Schubart. de Fatis Jurispr. Rom. 1. 15. p. 29. Unde facile reddi poterit ratio, cur plerique Jureconsulti veteres ordinis fuerint patricii? Cur patroni dicti, qui causas agebant? Cur jureconsulti atque advocati eos, a quibus adhibebantur in consilium, *clientes* vocarint? Cur jure veteri & per legem Cinciam gratuitum esse oporteret advocatorum officium? Brummer. l. c. cap. 3. usqne ad 11.

§. 30. Tria vero sunt summa capita, quibus jurisprudentiam locupletarunt jureconsulti. I. ACTIONES LEGIS, II. INTERPRETATIO legum, & III. NOVUM IUS, quod interpretando invexerunt, petitum plerumque ex mediis philosophiae moralis principiis, & iuri XII. Tabularum veluti adpendicis locum adjectum, ut loquitur Jac. Rævard. de Authorit. prudens. 1. p. 952. Tomo 1. op.

§. 31. ACTIONES LEGIS quid fuerint, jam supra est a nobis explicatum. Eas vero a jureconsultis maximam partem esse inventas, adparet ex l. 2. §. 6. D. de orig. jur. Cicer. pro Murana 11. 12. Et hinc ex ad singulare veluti jureconsultorum (z) pertine-

(z) Evidem penes Pontificum collegium suisse legis actiones docet Pompon. L. 1. §. 6. de orig. jur. sed cave cum vulgo existimes, ad omnes legis actiones universam ut interpretandi rationem hunc Pomponii locum pertinet. Aliud docet Cicero de Legib. II. 19. Sepe ex parte undivis pontificis neminem bonum esse, nisi qui ius civile cognos-

tinebant, quod servabant tanto diligentius, quanto magis hac arte plebem habebant sibi obnoxiam. Cicero l. c. &c. de Orat. I. 41. §. 32.

§. 32. INTERPRETARI poterò jurisconsulti solebant leges, partim libris scriptis, partim editis responsis, partim disputatione fori. Et inicio quidem a docendo non modo, sed & scribendo seū abstinēbant, ne mysteria sua cum plebe communicarent. Postea, ubi Cn. Flavius & Sex. Ælius horribile illud actionum secretum evulgarunt multi se ad scribendum commentandumque certatim contulerunt, quorum interpretationes sensim auctoritatem juris usu fori sunt consequæ. l. 2. §. 38. seq. D. de orat. jur. Uade illud jus sine scripto venire, ait Pomponius l. 2. §. 5. C. eod. siquidem libri jureconsultorum non eo sine, eoque instituo fuerant conscripti, ut instar legum promulgarentur; sed tantam auctoritatem eorum sententiae tacito populi consensu erant consequæ. At postquam Theodosius (l. un. c. Th. de respons. prud.) quibusdam jureconsultorum libris legum accommodavit auctoritatem, & Justinianus eorum loca in Pandectas relata ita promulgavit, ut quidquid ibi scriptum est, hoc Justiniani adpareret, & ex ejus voluntate compositionem existimatetur; l. 2. §. 10. c. de vet. jur.

---

cognosset. ( Totumne? ) Quid ita? Quid enim ad pontificem de jure paritetum, aut aquarum, aut ulli simillimum? Ergo quod cum religione coniunctum est. Id autem quantumcum est? De sacris, credo, de votis, de fertis, de sepulchris, & si quid ejusmodi est. Conferatur &c. 21. Quocumque ergo cum religione coniuncta erant, ea demum erant cognitionis pontificis. Hinc eorum erat, dies signare, & litigantibus indicare, quibus diebus lege agere vel fas, vel nefas esset; Liv. I. 19. Cicero pro Murena 11. respondere de iuribus domus, nam & domi sacra privata erant, in quibus quum constitutæ quoque essent uxores & liberi, etiam nuptiæ, adrogationes, adoptiones auctoribus sicutant pontificibus. Denique de omnibus rebus sacris & religiosis iura interpretabantur Pontifices. Georg. Schubart. de Far. Jurispr. Rom. 2. 59. sep. p. 296.

*jur. encl. cooperunt ex jureconsultorum decisiones  
iuri scripto accenseri. Et hoc referenda §. 3. Inſ.  
h. t. Ger Noodt. de pali. & transal. 19. p. 715.*

§. 33. **RESPONSA** jureconsulti vel partibus dabant  
consulentibus, vel iudicibus, vel utrisque; & tunc  
quidem vel scripto, vel verbis, quid sibi videretur,  
exponebant. Solebant enim jureconsulti frequenter me-  
dio foro inambulare, veluti obvii & communes in,  
qui haberent incerti, & remedium sibi consulenti  
ignorarent. Cicero *Tonic.* 17. *Privata judicia mai-  
marum quidem rerum in jureconsultorum mihi videtur  
esse prudentia. Nam & adhuc multum (in me-  
dio puta foro) adhibentur in consilium (a magistri-  
tibus) & paronis diligentibus ad eorum prudentiam  
confugientibus (domi) hastas ministrans. Unde fa-  
cile patet, cur & ADVOCATI dicti sint. Deinde &  
domini sue sibi constituere solebant solium, ex quo  
confluentibus ad se clientibus, tamquam ex tripo-  
de, responderent. Cicero de Leg. I. 3. Et ad hoc  
solium respicere arbitror euindem Ciceronem, qua-  
ndo per jocum scribit: *C. Aquilium jureconsultum  
jurasse morbum, & illud suum REGNUM JUDICIALE  
oppoñisse. Ep. ad Attic. I. I.* Mane ergo quotidie  
ad xedes eorum ventitabant clientes, & vestibula eo-  
rum maxima semper frequentia civium celebrantur,  
ut non immerito jureconsulti domus totius oraculum  
civitatis videretur Ciceroni de Or. I. 45. Quo perti-  
nent illa *Oratii Ser. I. I. v. 9. 10.**

*Agricultam laudat juris legumque peritus.*

*Sub galli cantum consultor ubi OSTIA PULSAT.*

Et aliibi Epist. 2. I. v. 103.

*Rome dulce diu fuit, & sollempne, reclusa*

*Mane domo vigilare, clienti promere iura.*

Immo & Tibullus I. 4. quasi amatorii juris scientiam  
sibi adrogans, seque ad priscam jureconsultorum ini-  
tiationem componens:

— Me, inquit, qui spernenstur, amantes

*Consultent: cunctis janua nostra paset.*

*Tempus erit, quon me Veneris praetexta ferentem  
Deducat juvenum sedula turba domum.*

Ge. Schubart de fat. jurisp. Rom. 2. 52. p. 265.

Ce-

Ceterum & hoc siebat formulis quibusdam & verbis  
solemnioribus. Venia enim prius perebatur his ver-  
bis: LICET CONSULERE? Adnuente jureconsulto, &  
respondente: CONSULE, plerumque brevissime refere-  
batur negotium, addita questione; QUERO, AN EXI-  
STIMES, vel: ID JUS EST, NECNE? Respondebat Ju-  
reconsultus: SECUNDUM EA, QUE PROPONUNTUR, E-  
XISTIMO, PLACET, PUTO, id semper dans operam,  
ut quam modestissime loqueretur. Horat. Serm. 2. 5.  
v. 192, seq. Turneb. Advers. 7. 10. Brisson. de Form.  
3. p. 331. Franc. Duaron. Disp. Annex. 2. 11. p.  
1064. Ger. Noodt. de dolo mali 12. p. 507. & de  
paet. & translat. p. 733. Consulebantur etiam non-  
numquam jureconsulti a judicibus, quibus vel absen-  
tes scriberbant, quid esset juris, l. 2. §. 47. D. de  
orig. jur. vel coram jura explicabant. Plerumque e-  
nimir judices in consilium adhibebant aliquot jurecon-  
sultos, ut patet ex Gellii Nest. Attic. 12. 13. Car.  
Sigan. de antiquo jure civ. Rom. 2. 18. de antiquo  
jure provinc. 2. 5. p. 198.

§. 34. Erant responsa illa brevissima, & nullis mu-  
nita rationibus. Seneca Epist. 94. Quid? quod etiam  
sine probationibus momentis auctoritas proficit, sic, quo-  
modo jureconsultorum valent responsa, etiam si RATIO  
NON REDDITUR. Nonnumquam tamen & rationes qual-  
dam addebant, vel ex legum verbis, vel ex aliorum  
prudentum auctoritate, vel ex usu fori, vel ex de-  
cretis denique severitatis philosophiae deponitas. Hor-  
tel. Diff. de vero sensu l. 20. D. Legib. num. 46. D.  
Okel. Diff. de jureconsulto rationali 3. & 7. p. 154.  
(Id in primis siebat in responsis scriptis & epistolis.  
Solebant enim jureconsulti se invicem consulere, qui  
rationes sibi reddi volabant, l. 29. D. de statu lib. De  
differentia questionum, & responsorum. Vid. V. A.  
Ev. Otton in Papinian. cap. 12. §. 1. 2.

§. 35. Pertinet etiam ad interpretationem DISPUTA-  
TIO FORI. Nonnumquam enim de gravibus perple-  
xisque questionibus dissidentes jureconsulti, rationibus  
subductis, decisionem communis suffragio invenie-  
bant, adeoque prius in commune consulebant, ea-  
que dicebantur DISPUTATIO FORI, cuius meminit Pom-  
ponius

ponius l. 2. §. 5. de orig. iur. In dubium quidem id vocat Ge. Schubartus de fas. jurisprud. Roman. Exod. 2. 57. pag. 292. sed sexcenta adsum rei testimonia. Augustin ob questionem de codicillis, convocasse prudentes viros, interque eos Trebatum quoque, cuius tunc maxima erat auctoritas, notum est ex pr. Inst. de codicill. Pari ratione divi fratres, quin questio esset de exclusione nepotis a bonis aviti liberti, cum Mariano, aliisque amicis suis jurisprudentibus adhibitis, rem plenius tractarunt, teste Ulpiano l. 17. D. de jure patron. Sed & Paullus ait, quam di quodam quereretur, an relle exheredatus videretur, Scævolam respondisse, non videri, & in DISPUTANDO responsi sui rationem, eundem Scævolam adserisse, l. 19. D. de lib. & postum. Nec alio videretur respxisse Asconius Pedianus in Cicer. Verrin. 3. p. 1849. quanto ait. Maleficia sponte, & non DISPUTATIONE JURISCONSULTORUM, sed naturali interpretatione, fugienda sunt. Denique eodem referenda illa veteris Scholastæ, qui explicatur illa Juvenalis Sat. l. v. 128.

----- *Jurisque peritus Apollo,*  
 ad lit p. m. 26. Quis iuxta Apollinis templum jurisconsulti sedebant, & TRACTABANT. Ubi tractare idem ac disputare est. Plura dabit Jac. Reward. (de auctior. prud. 14. p. 1031.) Reputa vero ejusmodi disputatione, definitio, quamvis non haberet vim juris, nisi simul usi recepta, magne tamen auctoritatis habebatur, &c, si vel usus fori, vel nova auctoritas accederet, etiam ad similes extenderetur casus. Ger. Noodt. ad Leg. Aquil. 15. p. 106. de Post. & Transf. 19. p. 718. Et tunc demum vocari solebat RECEPTA SENTENTIA, RECEPTEM JUS, RECEPTE MOS, POST MULTAS VARIATIONES RECEPTEM (4).  
 L. 115.

(4) Frequentissima in jure nostro loquutio: Post magnas varietates obtinuit. L. ult. D. pro Legat. l. 32. D. de oblig. ult. l. 35. §. 1. D. de legat. 2.

L. 115. §. 2. D. de verb. obl. l. 3. c. in quib. cass. in integr. restit. necess. non est, l. 41. D. de reb. credit. RECEIPTUM enim, inquit Festus, dicitur, quidquid a plerisque prudentibus adprobatum est. Conf. Barn. Brisson. de verb. signif. voce Receptum. & Guill. Budaeus in Comment. ad l. 11. §. 1. D. de verb. signif. Quin & REGULÆ JURIS, quarum toties jus nostrum meminit, nihil aliud sunt, quam breves quædam positiones, qua rem fori disputatione definitam, & jureconsultorum consensu receptam concise enarrant. Rævard. de Autorit. Prudent. 15. p. 1036. seq. & Comment. ad l. 1. de reg. jur. p. 125.

§. 36. Tertium, quod jureconsultis jus Romanum debet, caput veluti adpendicem quamdam 12. Tabularum & reliquarum legum complectitur. Ubi enim deficere videbantur leges, & prætorum ædiliumque edicta, ibi jureconsultorum erat, jus ex æquitate supplere. Hinc permulta nata sunt in jureconsultorum scholis ac disputationibus decreta, quæ ex nulla scripta lege, nulloque edicto descenderunt. Sic adquisitio, verbi gratia, per adrogationem inventa fuerat a jureconsultis. princ. Inst. de adquisit. per adrogat. Eandem originem fuisse novimus codicillorum, exhereditationis postumorum, differentiae inter exhereditationem filiorum, filiarum, & neporum, stipulationis Aquillianæ, regulæ Catonianæ (b), actionis rei uxoria, querelæ inofficii testamenti, aliorumque hujus generis capitum juris. Luculentum hanc in rem existat testimonium Ciceronis in orat. pro Murana 12. Quam permulta præclare legibus essent constituta, ea jureconsultorum ingenii pleraque corrupta ac depravata sunt. Mulieres omnes propter infirmitatem con-

filii

(b) Addideramus in prioribus editionibus substitutionis pupillaris, donationis inter virum & uxorem prohibite, sed de his jam aliter sentimus. Nam substitutio pupillaris vere est ex 12. Tabulis, i.e. Patersam uti legasset &c. Donationum inter viros & uxores prohibitio ex natura in manum conventionis fluit.

sili majores in tutorum potestate esse vulnerant: si invenerunt genera tutorum, quae potestate mulierum continerentur. Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio senes ad coemtiones facientes interimendornas sacrorum causa reperti sunt. In omni denique iuri civili aequitatem reliquerunt: verba ipsa tenuerunt. Sic multa invenire jureconsulti, multa disputationibus suis ac responsis invexerunt in forum, que nec lege ulla, nec praetoris edicto constituta fuerant. Et haec decreta ob auctorum duntaxat celebritatem vim quandam legum obtinuere, & postea rerum judiciorum constantia firnius haberunt. Vid. Vinc. Gravm de ortu & progr. jur. civ. §. 43.

§. 37. Quantacunque vero esset veterum JCoorum auctoritas: judices tanten non obligabant eorum responsa. Hinc Cicero pro Mur. 13. Jureconsultorum responsa & decreta sape ab oratoribus dicendo everti, testatur. Et in orat. pro A. Cæcina 24. exemplum adducit Crassi, qui in iudicio centumvirali obtinuerit, ut Scævola responsum minime valeret. Quare tunc ne signabant quidem responsa. L. 2. §. 47. D. de orig. jur. (certe id non videbatur necessarium) & plerumque utebantur verbis *VIDEBO*. L. 3. §. 1. D. de misnrib. *vig. quinque ann. VIDETUR*, *PUTO*, *SENTIO*. &c. Duaren. Disp. ann. II. II. p. 1064. ut ne iudicii præscribere sententiam viderentur. Immo ob cunctem causam omnibus, quibus esset studiorum fiducia, de jure respondere licebat. L. 2. §. 47. D. de orig. juris (c).

§. 38. Sed ista mutavit Augustus, qui primus respondendi de jure facultatem certis tantum hominibus be-

(c) Errat ergo Theophilus §. 8, de jure nat. gent. & cœv. ubi jureconsultos vocat γοῦδες οὐ τὸ ιματεῖον ἐνποτὶ σύγχρονος: ἀ βασιλεὺς ἵττητης, sapientes, quibus iura condere aut populus, aut senatus, aut princeps concessit. Numquam enim in libera republica vel populi vel Senatus concessionem, opus fuisse responsuris de jure inter omnes constat.

beneficii loco indulxit, adstrinxitque judices, ut ne ab eorum responsis discederent. §. 8. *Infl. h. 2. l. 2. §. ult. D. de orig. jur.* Quamvis enim in dubium id vocet *Jac. Gothofredus in Com. ad C. Theod. lib. 1. tit. 4. p. 32. 35.* ubi hanc jureconsultis auctoritatem partim jam ante Augustum salvam fuisse, partim denique a Valentiniano III. Imp. stabilitam esse putat: satisfecit tamen ejus argumentis Thomas. *de na-*  
*vis juris. antejust. II. 2. p. 67.*

§. 39. Causa hujus sanctionis non ea erat, quam prodit Pomponius *l. 2. §. 47. D. de orig. jur.* ut ma-  
jor esset *juris auctoritas*, nec solum, ut nova respon-  
sa vetus edictum, & judiciale praetoris regnum ever-  
terent, cœu acute conjectit V. A. Ulr. Huber. *Auspic.*  
*domest. V. p. 178.* nec, ut plebs, otii delineta dulce-  
dine, atrocem reip. memoriam exueret, quæ ejus-  
dem est Huberi sententia: sed partim, ne plebs inau-  
meris implicita litibus, de executiendo jugo consilia  
conferret (*Thomas. l. c. 2. p. 70.*); partim ut eo  
ipso Augustus legislatoriam potestatem callide sibi vin-  
dicaret, legesque pristino reip. statui adcommodatas,  
per jureconsultos paulatim corrigeret, & ad presen-  
tem reipublicæ faciem detorqueret (*d*). Unde & eam  
po-

(d) Principia Augusti cura sunt, *legum munia in se*  
*trahere.* Tacit. *Ann. 1. 3.* Qum ergo novis omnino le-  
gibus opus esset, novo hoc statu reip. plures quidem ini-  
tio rogationes tulit ad populum, servato veteri reip.  
more, & inde tot *leges Julie*, quarum pleraque Augusto  
debentur, itemque *Falcidia*, *Ælia Sentia*, *Fusia Caetnia*,  
*Tapia Tropaea*, *Julia & Titia*, & aliae: sed non integrum  
tamen erat Augusto, omnes antiquas leges eadem facilitate  
evertere, qua illes, sub triumviratu latas, uno editio,  
aboleverat. Tacit. *Ann. 3. 18.* Qum ergo refigi non pos-  
sunt leges antiquæ, exque tamen non convenire viderentur  
novo nisi statui reipublicæ, illud unum supererat, ut per  
interpretationem ex ad presentem reip. formam sensim de-  
flecerentur. Jam magistratibus hoc permittere, non vi-  
debatur tutum: sibi soli id vindicare, & incivile, & in-  
vidia plenum erat, & molestissimum. Reliqui ergo erant  
jus-

potestatem primo Atejo Capitoni, aliisque suorum  
partium JCtis, concessisse videtur.

S. 40.

jureconsulti, tanto ad hoc negotium aptiores, quanto magis jam in veteres rep. potestas quædam interpretandi personæ istos fuerat. Quemadmodum vero hoc maximum est Augusti arcanum politicum, quod, priscis vocabulis intentis, res novas invehceret, eadem magistratum retinque vocabula; nibil usquam prisci atque integri moris reliqueret; Tacit. *Annal.* 1. 3. ita & jureconsultis, specie antiqui moris, instrumentis novæ dominationis usus est; ita scilicet leges interpretaturis, quemadmodum id suo expediret imperio. His præstruclis, totius novæ constitutionis reddi poterit ratio. Promiscuam istam responderet licentiam sustulit eamque concescit paucis. Cur vero? nisi ut eos feligere posset, quos sciret sibi fore obnoxios? Jussit eos non privatim, sed publica auctoritate, respondere. Quāmobrem? ut legum interpretatio ita penes esset. Judicibus eam legem dixit, ne ab ipsis responsis escederent. Quām ob causam? ne, observata legum antiquarum ruina, intercedere, & Augusti consilium turbare conarentur. Signo opus erat, non rationibus. Cur vero? ut ne per rationum infirmitatem palam fieret, id agi, ut leges antiquæ everterentur. Ceterum vera esse hæc omnia vel ex iis patet, quæ inter eum, Antistitiumque Labeonem acta sunt. Eminentissimi ea ætatis JCti erant Antistius Labo, & Atejus Capito, adeo ut non immerito deo patis deorsum eos adpellet Tacitus *Annal.* 3. 75. Quare operam dabant Augustus, ut hos potissimum sibi conciliaret. Labeoni ergo consulatum offerebat, hoc videlicet auctoramento calamus ejus redditurus obnoxium. Sed quum incorrupta libertate gauderet, ab ambitione bonorum vacans, Tac. *Annal.* 1. c. quumque nibil ratum pensum habeberet, nisi quod iustum, sanctumque esse, in Romani antiquitatis legis: Gell. *Noct. Attic.* 13. 12. honorum istum plane respuit. Aninadvertisens vero Augustus, Labeonis sibi operam parum utilem futuram, Atejum Capitonem adortus, hunc modis omnibus ornare coepit, consulemque creavit. Tacit. *Ann.* 3. 75. Erat enim hic eo ingenio, ut ejus obsequium non posset non dominans.

§. 40. Sequentes imperatores, si a Caligula discesseris, qui totum jureconsultorum ordinem abolitum se minabatur, & mehercle effecturum, ne quis (ita enim recte legit Jos. Scaliger) respondere possit, praeceps enim, teste Suetonio *Calig.* 34. hoc Augusti institutum diligenter servabant, saltet usque ad Hadrianum. De Tiberio id patet ex *I. 2. §. 47. D. de orig. jur.* ex quo loco etiam adparet, Hadrianum iterum more majorum unicuique dedisse facultatem respondendi, qui sui haberet fiduciam. Rogatus enim a viris praetoriis, ut sibi liceret respondere, rescriptus, *hoc non peti*, sed *præstari solere*. Itaque ab Hadriano ad Alex. Severum libera denuo esse coepit respondendi facultas. Dodw. *Prel. Canibdon.* 9. 11. p. 355. Postea denuo reductum Augusti institutum, ceu patet exemplo Innocentii, jureconsulti, quem respondendi facultatem Imperatoribus, accepisse, tradidit Eunapius in vita *Chrysanthii* p. 286.

§. 41. Non potest non hinc Augusti privilegium  
sc-

magis probari, judice Tacito *Aes.* 3. 25. Egregia sane adulatio eius specimini eum dedisse, observant Tac. 3. 70. Sueton. de *illaſte. Gram.* 22. Ergo maximo hunc studio sibi assignebat Augustus, ut ejus opera in novo dominatu uteretur. Hæc historia egregie conjecturam nostram firmat. Intelligimus tamen inde, I. Augustum de jureconsultis primariis sibi conciliandis magnopere laborasse. Quod sane non fecisset tantus princeps, nisi eorum operam perutiliem sibi in novo principato constituendo, legibusque ad presentem statum flecentis, futuram, animadvertisset. II. Talibus jureconsultis amicis eum uti voluisse, quorum sibi obsequium probaretur, id est Capitonis similibus, qui non antiquo iuri mordicus inhererent, sed collide inservirent temporibus. Ex quo denique colligimus III. non alia de causa eum respondendi facultatem quibusdam tantum jureconsultis dedisse, quam ut eorum calamis uteretur, ad leges veteres & in libera republica receptas everendas, & novæ imperii sui formæ tanto facilius accommodandas. Plura de Augusti prudentia superstitio diximus in *Pref. Comit. ad L. Jul. & Papian.* quam evolvisse non possebit.

Hein. Ant. Rom. T. I.

D

Ant. Rom. Iust.

74  
sectas, summanque juris incertitudinem invehere. Hinc de remedio cogitarunt Valentinianus III. & Theodosius junior Imperatores, qui Papiniani tantum, Pauli, Caii, Ulpiani, & Modestini scripta jussierunt valere in judiciis, & plura eorum pravaletate paucioribus, ex paribus vero ea, inter quae Papiniani essent ieiunioria: si sententiae denique sine Papiniano parcs essent, judicis arbitrio locum esse. *L. un. c. Theod. Respons. prud.* & ibi Gothofredus. Addatur Thomas. de *Nau. jurispr. antejustin.* 2. 7. pag. 112. seq.

§. 42. Denique & id incommodum visum Justiniano, qui Jureconsultorum sententias hinc inde decerpas in Pandectas recepit, corpusque constitutum curavit, aliquando non optime celerens, quippe e membris sibi dissimilimis compositum, *L. 1. S. 5. 6. de jure encl.*

§. 43. Quin & omni interpretandi facultate interdixit jureconsultis, eosque ad conscribendas metaplaes, & paratilia confienda, condemnavit. §. 2. *Confl. de concept. Digest. Paratilia* quid sint, explicat *Aeg. Menag. Amanit. jur. cir. c. 15.*

§. 44. Restat, ut quas symbolas PRINCIPES, mutata reip. forma, ad jus Romanum contulerint, paucis dicamus. Initio Imperatores veterem leges ferendi morem aliquandiu retinuerunt. Hoc enim ritu sub Augusto, centuriatis comitiis ad populum latæ sunt leges *Julia, Alia Sentia, Papia Poppaea*, sub Tiberio *Junia Norbana*. Claudius quoque veteri ritu rogavit legem, ut Domitius in familiam Claudiam & nomen Neronis transiret. Tacit. *Annal. 12. 26. (e).* Quin ne sub Galba quidem plane exolevisse veterem leges curiatas, saltim de adrogatione, ferendi ritum, patet ex Tacit. *Hist. 1. 15.*

§. 45. Quemadmodum vero habita illa sub Imperatoribus comitia nonisi quedam pristinæ libertatis simu-

(e) At proprie hæc non erant leges, sed adrogandi ritus. Adrogationes enim olim fiebant per legem curiastam. Gell. *Noct. Attic. 4. 5. c. 19.*

simulacra erant: ita Tiberius princeps astutus, tyran-  
nicisq; e artibus magis, quam quisquam alius instru-  
ctus, novum commentus est leges serendi morem.  
Ut enim populo ejus omne eriperet (*f*), comitia,  
magistratum cauſa habenda e campo  
transluit in curiam, id est, & honorum conferendo-  
rum arbitrium non amplius populi suffragiis, sed se-  
natorum sibi obnoxiorum sententiis subiectit. Tacit.  
*Annal.* l. 3. Sueton. *Tiber.* 30. Restituit populo co-  
mitia Caius Caligula. Dio Cass. 59. p. 647. sed illa  
paucis post ipse iterum illi expulit. Idem pagi-  
na 655. Ex eo tempore rarius magistratus crea-  
ti, vel leges latè populi suffragiis: ast eo fre-  
quentius prodicunt SENATUS CONSULTEA, quibus  
plerumque præmittebatur oratio principis, non qui-  
dem semper ab ipso principe, sed saepius (*g*) a  
qua-

(*f*) Falluntur ergo, qui cum Pomponio l. 2. §. 9. D.  
de offic. jur. Triboniano §. 5. Inst. b. 1. existimant, ideo  
in curiam e campo translata esse comitia, quia difficile  
erat, tantum populi multitudinem in unum convenire. Quia  
difficilius id fuisset sub Tiberio, quam libera republica,  
quando tota Italia ad comitia consuebat. Clio. Or. ad  
Quirit. post reditum.

(*g*) In marmoribus saepe legitimus QUESTOR CANDIDA-  
TUS, Reini. Inst. 26. 6. 4. TAMIAZ KANΔIATOZ,  
Grater. Inst. p. 425. 2. Vocabantur ita, quia libris,  
epistolis & orationibus principum in Senatu prælegendis  
præterant. l. 1. D. de offic. Quest. Dio Cass. 54 p. 617.  
Tac. *Annal.* 16. 27. Suet. in *Tito* 61 eosque jam ab Au-  
gusto adhibitos, constat ex Dione Cass. 54 pag. 539. &  
Suet. *Aug.* 65. Ideo vero dicti videntur candidati, quia  
post questuram statim praetores sibant, & inde regebant  
provincias. Lamprid. *Vit. Alex.* 43. Unde haec dignitas  
ingressus erat & quasi primordium gerendorum honorum,  
& sententie in senatu dicende. Immo recentiore ayo saepe  
cum aliis dignitatibus coniungebatur haec questura. Scit  
Anicius Auchenius Bassus in marmore Romano præter hanc  
questuram etiam alios gestissim honores dicitur. Inst. 6. 4.

*opae stiribus*, qui *candidati* vocabantur, recitata.  
Bisson. *Antiq. Rom.* 1. 17. Unde oratione *Principis cauens* dicitur quod erat *Senatusconsul* constitutum  
*l. pen. D. ad SC. Tertull.* lib. 8. pr. *D. de translat.*  
*l. 52. §. 10. D. pro soe.* l. 60. pr. *D. de riu nupt.*  
*l. 32. pr. §. 1. seq. D. de don. int. vir. & ux. l. 1.*  
*l. 7. Cod. de prod. min. non al.*

§. 46. Evidem & libera repubica fiebant SCra :  
sed ea vim legum non habebant. Quamvis enim  
initio, pulsis regibus, aristocratiam meditarentur pa-  
tres, & hinc apud Dionys. Halicarn. 6. p. 329. legem  
esse dicerent, jam inde ab urbe condita, quæ omnia  
in senatus potestate ponat, præter magistratum crea-  
tionem, legum rationem, & bellum inferendū deponen-  
dique arbitriū : id tamen non persuaserunt plebi,  
libertatis popularis adpetentissimæ. Unde non erat pe-  
nes Senatum potestas legislatoria: sed quædam tantum  
erat negotia, quæ senatus populi jussu ad curam  
suam revocaverat, ut puta, aerarium & pecunia pu-  
blica, quæ Senatus arbitrio dispensabatur : concro-  
versie in Italia suscitatae, publicaque objurgatione  
vel

ANICIO. AUCHENIO. BASSO. V. C. QUÆ-  
STORI CANDIDATO.

UNO EODEMQUE TEMPORE PRÆTORI TU-  
TELARI PROCONSULI.

CAMPANIE. PRÆFECTO. URBI. TRINI. MA-  
GISTRATUS.

INSIGNI. FACUNDIE. ET. NATALIUM.  
SPECIOSA. LUCE. VIRTUTIS. ORNATO.

Talis est inscriptio, posita

M. NUMMIO. ALBINO. V. C.

QUÆSTORI. CANDIDATO.

PRÆTORI. URBANO. COMITI.

DOMESTICO. ORDINIS. PRIMI, ET CONSULL.  
ORDINARIO. ITERUM.

Reines. *Inst. 7. 132.* Legendus de hac dignitate idem  
Reines. *Var. 3. 16. p. 600.*

vel graviora decreta componenda: legationes ad indicendum bellum, aut alia graviora negotia obeunda decernenda, aut exterorum excipiendæ: prorogationes imperii & provinciarum: convocatio populi: ac deinde indictio feriarum & supplicationum (b). Hæc enim omnia Senatus solius curationi suberant, nisi tribunicis intercessionibus res devolveretur ad populum: ceu præclare suo more docet Polyb. Hist. 6. 12. seq. & ex eo Zamose. de Senatu Rom. II. p. 174. & seq. De his ergo solis in libera republica SCta condebantur, ut recte observatum a Bachovio in apud ton. p. 38. seq. Sed maxime senatus potestas excellebat in trepidis rebus ac turbatis, quibus triste illud fieri solebat senatusconsultum: DARENT OPERAM CONSULES, NE QUID RESPUBLICA DETRIMENTI CAPERET. Quod decretum summum ac latissimum in consules transferebat imperium, ut suo jure possent exercitum parare, bellum gerere: coercere, etiam iniusta populi, unde extremum & ultimum hoc senatusconsultum vocatur. Liv. 3. 4. Sallust. de bello Catil. 29. Cic. Catilin. 1. 2. & pro Milon. 26. Cesar de Bello Civili 2. 1. Barn. Brisson. de Form. 2. pag. 212.

S. 47. Fiebant SCta nonnisi in sacro, auspiciisque dedicato loco (i). Romulus in templo Vulcani extra urbem coegit. Plutarch. Quest. Rom. 47. pag. 276. Tullus Hostilius in curia Hostilia. Libera republica ædes Apollinis, Martis, Bellonæ, Quirini. Castoris, Concordiæ, Virtutis, Fidei, ut & curiae

(b) Immo & cura religionis. Hinc quum Bacchi sacra defensanda invehementur in rem publicam, SCto gravissimo Marciiano ea coercet Senatus. Liv. 39. 8. seq.

(i) Immo & nonnisi peractis factis, captisque auguriis, fiebant. Appian. de bello civ. II. p. 216. Exempla existant apud Liv. 22. 15. 24. 11. Non addicentibus avibus, negotium in aliud dicem differentur. Cic. Epist. 18. 12. Augustus hac molestia liberatus senatorum, instituit, prius quam consideret quiesque, thure & mero supplicaret apud aram ejus Dei, in cuius templo coiretur. Suet. Aug. 15.

rix Hostilia, Pompeja, Julia, senatus habendo inserviebant. Gell. Noſt. Attic. 14. 7. Nam & in cunctis templo erant per augures dedicata. Gell. Noſt. Attic. 6. 7. Ordinaria tamen ſenacula erant aedes Concordiae, aedes Bellone, & locus ad portam Capitam. Fest. voce Senaculum p. 431. Conveniebat Senatus ſtaris temporibus, hoc eſt, singulis Kalendis, Nonis, & Idibus, exētis tamen diebus comitiialibus (quibus conuenire nefas habebatur per legem Papiam. Cicero ad Fam. I. 4.), nec non diebus trepidis habere licet. Dio Caſſ. 45. pag. 278. Et hi ordinarii conuentus Senatus LEGITIMUS dicebantur. Si vero vel legatis, vel aliis ob quancumque cauſam Senatus extra ordinem dabatur, ille vocati ſolebat INDICTUS. Fr. Hotom. de Senatu P. Et tunc quidem convocabantur plerumque ſenatores per edictum, quo olim frequentes adesse jubebantur QUI PATRES, QUIQUE CONSCRIPTI: Liv. II. 1. poſtea vero edici coepit: QUI SENATORES, QUIBUSQUE IN SENATU SENTENTIAM DICERE LICET. Fest. voce conscripti & Senatores, ibique Dacer. p. 496. Gell. Noſt. Attic. 14. 13. Briffon. de Form. 2. p. v64.

§. 48. Frequens ſi aderat ſenatus, tum Consul, quem penes fasces eo mense erant, aut eo abſente Praetor, aut Dictator, ſi quis erat, aut Interrex aut Praefectus urbi, ad ſenatum referebat. Gell. XIV. 7. Si quando id recuſaret consul, eas in le partes ſuſcipiebat aliquis tribunus plebis, cui etiam jus era, addere relationi consulis, quod e re videbatur, aut novam de integro ordiri. Paull. Manut. de Senatu P. p. 859. Relationibus plerumque prefari ſolebant ſolem illa formula: QUOD BONUM, FAUSTUM, FELIX, FORTUNATUM SIT. Stetton. Calig. 15. deinde addebant: REFERIMUS AD VOS, PATRES CONSCRIPTI, Briff. de Form. 2. p. 165.

§. 49. Finita relatione, ſententiam rogarunt ſenatores (k), non verbis precativis, qualibus in comitiis

---

(k) Qui rogarabant, CONSULERE, necnon PERROGARE SENTENTIAS dicebantur. Liv. AXII. 60. XXIX. 19. Suet. Aug. 35.

tiis, atebantur rogatores, sed imperatiis: DIC, S.<sup>o</sup>.  
POSTUMI, QUID CENSES? Liv. IX. 8. vel: QUID  
FIERI PLACET? QUID VOBIS VIDETUR? Briss. de  
Form. 2. p. 163. Qua in re non idem semper, ac  
plerumque is observabatur ordo, ut ante comitia prin-  
cipes i. statu, post comitia vero consules designati  
primo loco dicere juberentur sententias. Sequebantur  
eos viri consulares, hos praetorii, cum adiliti, qua-  
stori, ac denique tribunitii (<sup>1</sup>), inter quos tamen  
reliquos anteibat, quem consul priorem rogasset, mo-  
do gradus magistrorum non turbarentur. Cic. Phil.  
5. 13. Solebant vero consules, quem ordinem initio  
magistratus instituerant, cundem per totum annum  
tenere, donec eum morem antiquum C. Julius Ce-  
sar migraret. Sueton. Jul. 21. In anno Augustus o-  
mneum ordinem plane sustulit, promiscue petrogans  
sententias, ut magis quisque attenderet. Sueton. Aug.  
33.

S. 50. Seerentiam singuli dicebant statim, formu-  
la usi; QUOD C. PANSA VERBA FECIT DE EA NE ITA  
CENSEO. Briss. de Form. p. 163. Integre ejusmodi  
senatorum sententiae existant apud Cic. Philip. III. 15.  
V. 4. VII. 11. IX. 7. & apud Livium passim. Nec  
licebat consulibus interpellare dicentes, quamvis aliena  
immiscerent, quod data opera nonnunquam facie-  
bant, qui senatus consultum fieri nollent (<sup>m</sup>). Quum  
enim ante & post occasum solis illud fieri non posset;  
Gell. 14. 7. solebant diem dicendi eximere, vel no-  
nunquam

(<sup>1</sup>) Tribuni plebis non erant olim iuratores, nec jus  
iis erat dicenda in senatu sententiae. Ante curiam itaque  
sedebant in subsellis, donec SCs ad se ferrentur, quo  
ipsi vel adprobabant deinde, vel rejiciebant. Val. Max. 17.  
2. 7. At etiam senatoria dignitas, jusque dicendi senten-  
tiam iis data sunt lege Atinia. Gell. Noct. Att. 14. ult.

(<sup>m</sup>) Erant & alias artes, quibus SCs impediabant Sena-  
tores. Postulare enim poterant, ut consulerentur singuli,  
vel, si tot non adessent senatores, quos praeſentibus licet  
perscribi SC. clamabant: Numera Senatum. Fclius hat  
vicer p. 338. Cælius Cic. Ep. 8. 11. SC. enim a festo

Eiem postulare, ut ita re infecta discedendum esset Sententiis. Cicero Epist. ad Quint. Fratr. II. I. Epist. ad Att. 4. 2. Gell. 4. 10. Qui plura capita una oratione complectebatur, is jubebatur DIVIDERE SENTENTIAM. Cic. ad Famil. I. 2. pro Milon. 6., Senec. 21. Qui alterius sententiam sequebantur: ADSENTIRI se, unico verbo ajebant. Et hoc erat verbo adsentiri; quod opponitur alteri modo adsentui, quo quis pedibus ibat in alscerius sententiam. Utramque loquitionem jungit Liv. 27. 34. L. Veturius & Licinius censores exaudiri & squallorem deponere, & in senatum venire, frangique aliis publicis munieribus, coegerunt, sed tum quoque aut verbo adsentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat. Nonnumquam non omnino adsentiebatur quis sententiis antea dictis, sed aliquid praeterea addendum censebat, & tunc utebatur formula: SERVILIO ADSENTIOR, ET HOC AMPLIUS CENSEO. Cicero Phil. 13. 21. (n).

S. 51. Dictis denique sententiis, consulis erat, vel pronunciare aliquam, vel eas supprimere. Licebat ei in tanta varietate sententiarum, earum auctores & principes edere, simulque jubere, ut quisque ex pronunciatione sententiis unam amplecteretur. Et id fibi vult solemnis illa loquutio: PRONUNCIARE SENTENTIAM, apud Ciceron. ad Famil. 10. 12. lib. 2. Formula, qua utebatur consul, huc erat: QUI HEC SENTITIS, IN HANC PARTEM, QUI ALIA OMNIA IN ILLAM ITA, QUA SENTITIS. Quae verba, legi prescripta, explicat Plin. Epist. 8. 14. His dictis se-

---

paucioribus factum per INFREQUENTIAM FACTUM dicebatur, & irriter erat. Liv. XXVII. 11. 44. tempore Ciceronis ducenti senatores frequentem senatum constituerent videbantur. Cic. ad Q. Fratr. ep. 2. 1. postea CCC. quad sublatum ab Augusto. Dio Cass. l. 54. 545. qui tamen sequente libro p. 550. eundem Augustum senatorum numerum secundum singulas SCI formas definitissime sit.

(n) Aliquando etiam in altercationem exhibant senatorum sententias. Cujus rei exempla collegit Brisson. de Forum. 2. p. 184 seq.

senatores mutabant locum, & singuli eo discedebant, ubi recitata fuerat, quam probarent, sententia. In quacumque vero parteum frequentior concesserat Senatus, de ea dicebat consul: HÆC PARS MAJOR VIDE-TUR, & in eam sententiam deinde conficiebatur Senatusconsultum. Brisson. *de Form. II.* p. 184.

§. 52. Varro equidem apud Gellium Noſl. *Auct. 3.* 18. Senatusconsulta vel per DISCESSIONEM, vel per exquisitas singulorum SENTENTIAS facta scribit, quum contra Atejus Capito & Tubero nullum sine discessione SC. fieri potuisse, censerent. Sed salva res est. Ad omne SC. fieri discessio: sed non semper singuli rogabantur sententias, & hinc illa demum SC., per discessionem facta dicebantur, ad que non singulorum fuerant exquisitæ sententiae. Huber. *Digress. I.* pag. 87.

§. 13. Denique SC. solemniter scribebatur, ita ut primo dies, deinde locus, ubi Senatus habitus, tum porro, qui scribendo adfuerint (o), postea, quis ad senatum retulerit, & denique, quid placuerit senatu, referretur. Integra SC. verbis suis legitimis perscripta extant in l. 20. §. 6. D. de hered. persir. (ubi tamen plura mendose scripta esse, animadvertisimus) & apud Cic. *ad Fam.* 8. 7. Frontin. *de Aquaduct. 2.* Brisson *de Form.* 2. p. 198. Omnia vero integerrimum est SC. Marcianum de Bacchanilibus (primum a Gronovio cum Cicerone editum Lugd. Batt. 1692. deinde a Fabrotto *Inscr. ant.* v. 6. p. 427.) egregie illustratum a viro amplissimo Corn. van Bynkersh. de relig. peregr. *Diss. 2.* 259. Opusc.

§. 54. Verum ne sic quidem ratum erat SC. nisi Tribunis etiam placuisse, qui, eo perfecto & probe expenso, litteram T, si e republica videretur, addebant. Valer. Maxim. II. 2. 7. Sin minus pla-ce-

(o) Scribendo enim aderant aliquot Senatores. Nonnumquam si scribis publicis hoc committere nollent, ipsi viri amplissimi hanc in se operam suscipiebant, idque SC. TACITUM vocabatur. Jul. Capitol. Gorodian. 12.

S. 55. Eodem ritu & sub Imperatoribus condita sunt SCta, nisi quod princeps orationem præmitteret, & senatores plerumque pedibus irent in principis sententiam. Quin eo prolapſa erat patrum adulatione, ut orationes principum nonnisi adclamacionibus exciperent. Plin. Epist. 4. 9. &c., ne periret ejus adulationis memoria, in acta referebantur. Idem Paragyr. 75. Plura exempla occurunt in scriptoribus historiæ Augustæ, que collegit Brisson. de Form. 2. p. 187.

S. 56. *Enimvero, haec senatus consulta non nisi ideo invenerunt Imperatores, ut viderentur veterem senatus auctoritatem, libertatemque reipublicae tueri. Itaque ea fictione tantisper opus fuit, dum servitui paulatim adsuiebissent Romani. Hinc coepit ut sensum Imperatores rescribere, editisque constitutionibus leges veteres abrogare, novas inducere, itrogare privilegia, omniaque, ut paucis dicam, pro libitu decernere. Rescriptis illis principum vel ad libellos sive magistratum, sive universitatum, sive privatorum,*  
ref-

(p) At aliquando tamen temporibus in sequentibus auctoritas diebat ipsum senatus consultum. Exempla dedit Jac. Gothofred. ad l. 9. D. de leg. Rhad. de jact. quavis eam auctoritatem genuinam non esse ostendat V. A. Corne van Bynkersh. ad leg. Rhad. c. 8.

respondebatur, & tunc illa EPISPOLÆ, seu LITTERÆ, l. 3. §. 1. D. de test. l. 31. D. de re iud. illa SANCTIONES PRAGMATICÆ, l. 7. §. 1. C. de div. rescr. ( Græcis enim *μητρικαὶ* dicuntur rescripta, uti Latinis *falsa*; Jul. Capitolin. in *Mucrin.* c. 13. ) hæc denique ADNOTATIONES, vel SUBNOTATIONES dicebantur. l. 6. seq. C. de div. rescr. l. 1. C. de præc. Imp. offer. Libellorum integra exempla existant tum l. 9. D. de lege Rhodie, tum in marmore Romano apud Briffon. de *Form.* 3. p. 292. ( & Gruter. *inscr.* p. 608. ). Aliquando a principiis vel de pleno decinebatur, vel sententia plena causæ cognitione ferrebarur. Ille dicebantur INTERLOQUITIONES, qualis l. 13. D. quod mes. caus. hæc DECRETA, quale exstat l. 13. D. de his, que in testam. del. Denique aliquando novum jus constituebatur, & tunc dicti solebant EDICTA (q) CONSTITUTIONES. De quo discrimine plura differunt jureconsulti.

§. 57. Primus ita rescriptis videatur Vespasianus, cujus edictum exstat in l. 4. §. 6. D. de leg. At hic & successores rarius id ausi videntur: multo frequenter vero Hadrianus. Nam preterquam quod sub eo principe nova quedam forma juri publico æque ac privato accessit, in tantum, ut Latin. Pacatus *Panegyr.* ad *Theos.* c. 11. cum legibus imbuisse rem publicam dicat: nullus sine Principiis antiquioris in Codice existane constitutiones, quam Hadriani, a cuius temporibus etiam Gregorium codicem suum orfum esse, iam supra ostendimus. Plures etiam Hadriani Epistolæ & sententiae Græce etiamnum existant, collectæ a Dositheo Grammatico, ex quibus satis constat, quam rationem in rescribendo respondendoque

(q) Id hic observari juvabit, artificiose admodum Principes sibi potestatem leges per edicta ferent sensim vindicasse. Initio enim ea, que SCIS finxerat Sthenæus, edictis promulgabant, postea firmata fatis auctoritate, etiam inconsulto Senatu quid fieri placeret, edicta perperant. V. C. Burmann. de *Wettig.* pag. 6. pag. 113.



que tenuerit Imperator. Ejus deinde exemplum sequuntur sunt Antonini, et terique Imperatores omnes, quorum rescripta quamplurima in codice Justinianeo, Theodosiano, ut & Gregoriani & Hernogeniani fragmentis existant.

§. 58. Neque tamen ob rescripta illa statim desierunt SCa fieri, quamvis illa ex eo tempore rariora esse coepérint. Sane sub ipso Hadriano, ut alia exempla pratermittamus, prodire SCa. Juveniana l. 20. §. 6. D. de hered. pet. l. ult. c. de serv. reipub. Apronianum, Ulp. Fragm. 24. 8. l. 26. ad SC. Trebel. Tertullianum, §. 2. Inst. de SC. Tertull. sub M. Antonino Orfitianum. Memoratur etiam Oratio M. Antonini & Commodi, l. 16. D. de rit. nup. l. 9. §. 3. D. de jure dos. Orationes Severi & Ansonini Caracalla, l. 32. pr. & §. 19. D. de don. int. vir. & ux. Antonini Caracalla solius oratio l. 3. D. de donat. int. vir. & ux. Orationes vero principum pro SC. accipi, supra §. 45. monuimus. Recentius, quod de jure privato agat, SC. mihi non succurrit (r). Ei sane, qui ex eo tempore deinceps plane desississe Sexatusconsulea, quibus nova iura constituebantur, exiliabant, eis non invita nostram adjungemus sententiam.

§. 59. Et haec sunt leges proprie sic dictæ, quæ Romæ, cum libera adhuc republika, tum sub Imperatoribus, viguerunt. Jam & de aliis quibusdam rebus, quarum obiter hoc titulo meaninunt Imperator, quæque ex antiquitatibus lucem aliquam desiderant, paucis agendum. Eodem enim §. 6. h. s. quo de Principum differit constitutionibus, etiam PRIVILEGIORUM, ut & LEGIS REGIE, qua populus imperium omne in Principem transtulerit, facit mentionem. De utrisque nonnulla monere operæ fuerit pretium.

§. 60.

(r) Alioquin enim multa SCa memorant scriptores historiæ Augusta, sed ad rem publicam pertinentia. Exemplum valebat apud Vopiscum in prob. c. Non tamen valebat hujusmodi SC. nisi Iege Augusta, id est, rescripto translatum. Symmach. ep. 10. 21.

§. 60. Nonnunquam Imperatores quædam statuerant, quæ ad personam singulariem pertinabant, neque trahenda erant ad exemplum, quæ sive poenam duriorem irrogarent, sive quid alieui indulgerent ob meritum, **PRIVILEGIA**, adpellabantur, quasi *privileges*, ut tradit Gell. Noſt. Att. 10. 20. Isidor. Orig. 5. 18. Et olim quidem privilegiī vocabulum sese semper in deteriorem partem acceptum videtur pro poena extraordinaria, quæ certæ personæ tantum extra ordinem & exempli cauſa infligebatur. Lex sane sacrata & que ac decemviralis dum **PRIVILEGIA IRROGARI** veruit, poenas ejusmodi diores quibusdam hominibus extra ordinem infligi prohibuit, ceu vel ex verbo **IRROGARI** colligas, quod ad poenas pertinere nemo ignorat. Vid. Ger. Noodt. ad Pandell. tit. de legibus scnatissc. & long. conf. p. 18. Enenckel. de Privil. jur. civ. l. 1. 2. & 3. qui etiam observat, Ciceronem vocem privilegii plerunque in deteriorem; rarius in meliorem partem accipere. At jam libera republi- ea, siue hanc lege in migrabant tribuni plebis, & quicunque e civibus ad majorem potentiam adspira- varant. In Milonis odium Pompejus, in Ciceronis Clodius multa statuerat, quæ a legibus abhorrebant, quæque ipse Cicero *privilegia* vocat, in oratione *pro domo* 17. Postea ſepe eo jure utebantur etiam Imperatores, eoque pertinet exemplum Hadriani, qui he- ræ cuiusdam ſævitiam pena facis rigida relegationis in insulam vindicavit. l. 2. in fine D. de his, qui- fui, vel al. jur. Id vero non mirum in herili impe- mandi ratione. Theodosius tamen jussérat, ut si Imperator odiosum ejusmodi privilegium irrogaret, poena triginta dies disserretur. l. 20. C. de pœn. Quam legem auctore Ambrosio, occasione tumulus, in iudicis Circensibus Theſſalonicae excitati, latam, illu- strat Ad. Rechenb. *Dissert. Hist. polit. Tom. 2. Diss. 10.*

§. 61. At solebant tamē & beneficia vel certo sta- tui, vel hominum generi conceſſa, **PRIVILEGIA** vocan- ti. Unde ſepe in jure nostro occurruunt *privilegia* *creditorum*, *pupillorum*, *militum*, *fisci*, *reliqua*: quamvis ea a privilegiis diſcernenda, & beneficia po- tuus legum, vel iuxta singularia dicenda existimant, quæ.

paullo accuratius rem expendunt. Cujae. Obs. 15. & Quin & singularibus hominibus concessa contra ius commune beneficia privilegia audiunt, tum apud autores, tum in jure nostro, in quo etiam adpellantur privata privilegia l. 4. C. Theod. de issuer. mun. & personalia scripta l. 5. vob. Talia privilegia fuerunt leges de Menandro l. 5. §. ult. D. de captiv. de Hostilio Mancino l. 17. D. de legationibus. Conf. Jz. Gothofr. ad 12. Tab. tab. 9. p. 228. ( nec non lex Manilia, quam Cicero singulari oratione suscit.)

S. 62. Vere ergo extremis temporibus summa potestas legislatoria penes principes fuit, quibus eam delatam esse per LEGEM REGIAM, consentiens est iureconsultorum opinio. Ulpianus l. 1. pr. D. de constitut. princ. Quod principi placuit, legis habet vi- gorem: uspote quum LEGE REGIA, que de imperio ejus lata est, populus ei, & in eum, omne suum imperium & potestatem conferat. Quae totidem verbis repetit Imperator S. 7. Inst. h. 1. Meminit quoque ejusdem legis Alexander Imperator l. 3. C. de testam. ubi ait: Licet enim LEX IMPERII solemnibus iuris imperatorem solverit: nihil tamquam proprium imperii est, quam legibus vivere. Legem enim Imperii hic eamdem esse ac legem regiam, jamdudum observarunt erudit. Sed & l. un. §. 14. C. de cedue, tollend. AUGUSTUM PRIVILEGIUM adpellatur a Justiniano.

S. 63. Alii ea de lege dici non potest, quoniam causa sunt inter eruditos controversiae. Eum Hotomannus eamdem esse putat cum ea, quae de regno Romuli lat. fuerit, quam REGIAM etiam vocat Liv. 36. 6. Alii eamdem in Tribonianii cerebro suisse natam suspicabatur Mart. Schookius in distrib. de lege regia Tribonianis, quan repetitis curis auctiorem edidit sub titulo de quadruplici lege regia. Francf. 1668. 12. Quoniam enim Regium nomen perosi sunt Romani, neque ut quoniam Augustus titulo tam invidioso se passus sit ornari, nec verosimile fiat, populum Romanum, qui Cesare imperfecto, fessus civilibus discordiis, tolerabat magis monarchiam, quam perpetuam optabat, tam inimica libertati lege in servitatem se ipsum addixisse: non abs re suspicari sibi videbatur Schookius, quid-

quidquid de lege regia in jure nostro legitur, ex Triboniani natum esse ingenio. Nec multo aliter sentiunt Comannus *Comment.* I. 16. 3. Vuleej. ad §. 6. *Inst. h. 1.* Sed Hotomanno jam Scipio Gentilis singulari de lege regia oratione; Schottio abunde satisfecit doctiss. Haberius *Digress.* I. 16. seq.

§. 64. Res ita se haber. Quum Augustus omnia intestinali fessi dissidiis nomine principis in potestatem suam recepisset: Senatus & que ac populus ei sensim plures honores decrevit, & modo hanc, modo illam & xpi partem detulit. Sic anno U. C. 724. ei concessa tribunitia potestis per omnem vitam; caturisque, ut ad Augustum provocare jus esset, utque ipse in omnibus judiciis suffragium Minervæ ferret. Dio Cal. *Inst. 51. p. 513.* Mox anno U. C. 727. consulatu septimo, solutus est Augustus legibus, id que denio repetitum anno U. C. 730. Dio 53. p. 582. & 54. p. 591. Quod tamen non de omnibus omnino legibus, sed de lege Cincia intelligendum esse, recte monet Ger. Noodt *de jure summi Imp. & leg. reg.* p. 777. Porro anno U. C. 731. eidem, undecimum consuli, permisum est a senatu, ut proconsul semper esset, licetque ei, quotiescumque vellet, ad senatum referre, denique in provinciis major esset ejus, quam proconsulium, auctoritas. Dio 54. p. 594. Quin anno 735. facultatem ei dederunt, emendandi omnia suo arbitrio, ac leges, quas vellet, ferendi. Dio 54. p. 604. Ut alia prætermittam hujus generis, que ab aliis ac potissimum Jo. Fried. Gronovio in *Orat. de leg. regia* collecta sunt diligentius.

§. 65. Hac itaque, aliaque SC. in gratiam Augusti subinde facta, postea repeti consueverunt quotiescumque novi Imperatores inchoabant imperium. Sic de Vespasiano. Tacit. *Hist. 4. & Tum Senatus omnia, principibus solita, Vespasiano decrevit.* Que de lege regia recte interpretatur Pichet. Unde adparet, quecumque sensim Augusto detulerat senatus, ea postea Tiberto, aliisque principibus fuisse decreta. Omnia ergo illa SC., non uno eodemque tempore facta, saepiusque deinde repetita, simul summa, LEX IMPERII vocari consueverunt a jureconsultis, ut & LEX RE-

GLA, exemplo, ut opinor, veterum Romanorum, qui urbe vix nata, Romulo supremam potestateem concilferant LEGE REGIA, cuius meminit Liv. 36. 6. Quanvis Huberus Digr. l. c. posterius nomen Antoninorum demum temporibus, alii adhuc serius, invaluisse existiment. Conf. Jo. Frid. Gronov. *Orat. de leg. regia.* Jan. Vinc. Gravina de orig. iur. civ. 116. p. 139. seqq.

§. 66. Cave vero existimes, hac ipsa lege regia servitutem se addixisse Romanos, seque omni omni abdicasse imperio. Minime gentium. Quamvis enim id vulgo colligant ex Dione 53. p. 582. l. 1. D. & consl. princ. & l. 31. D. de leg. falsissimum canem si esse, universa docet historia. Sane post omnia illa 90. in gratiam Augusti facta, Caligule Senatus vacancem legis Papiae Poppae caducariæ dedit, teste Dionne 59. 747. Quid vero opus erat hac indulgentia, si jam lege regia Imperatores legibus omnibus fuerint soluti? Ergo iis legibus soluti erant principes, quibus eos nominatim solverat S. P. Q. R. ut paullo post ex fragmentis tribulæ Capitolinae adparebit Conf. Gennod Differ. 3. de jure summi Imp. & lege reg. 778. & Obs. 1. 3. p. 411. seqq. Jan. Vinc. Gravina de orig. iur. civ. l. c.

§. 67. Ceterum regiae illius legis, sub auspicio Imperii Vespasiani repetitæ fragmémentum hanc longum ac egregium exstat in tabula ænea Capitolina, quam in Lateranensi basilica primus initio saeculi 16. descripta, & lib. 2. de mirand. ver. Rom. Edidit Franc. de Albertinis, ex eo vero postea recusam dedit Gruter. Inscr. p. 242. cuius veritas in dubium a nonnullis vocatam Hotomannus, pluresque viri doctissimi, & nuper etiam clarissima Romana antiquitatis lumina Blanchinus, Fabretus, nec non postea Justus Escalus, qui ipse hoc monumentum descriptus, & luculenta explicatione illustravit, agnoverunt. Illorum epistola hanc in rem scriptaræ existant apud Jan. Vincent. Gravini. l. c. p. 231. seqq. Ipsum vero illud legis fragmentum ita se habet:

**F**OEDUSVE. CUM. QUIBUS. VOLET. FACE-  
RE. LICEAT. ITA. UTI. LICUIT. DIVO.  
AUG. TI. JULIO. CÆSARI. AUG. TIBERIOQUE.  
CLAUDIO. CÆSARI. AUG. GERMANICO.

**U**TIQUE. EI. SENATUM. HABERE. RELATIO-  
NEM. FACERE. REMITTERE SENATUS  
CONSULTA. PER RELATIONEM DISCESSIO-  
NEMQUE. FACERE. LICEAT. ITA. UTI. LI-  
CUIT. DIVO. AUG. TI. JULIO CÆSARI. AUG.  
TI. CLAUDIO CÆSARI. AUG. GERMANICO.

**U**TIQUE. CUM. EX. VOLUNTATE. AUCTO-  
RITATEVE. JUSSU MANDATUVE. EJUS.  
PRÆSENTEVE. EO. SENATUS. HABEBITUR.  
OMNIUM. RERUM. JUS. PERINDE. HABEA-  
TUR. SERVETUR. AC. SI. E. LEGE. SENATUS.  
EDICTUS. ESSET. HABERETURQUE.

**U**TIQUE. QUOS. MAGISTRATUM. POTE-  
STATEM. IMPERIUM. CURATIONEMVE.  
CUJUS. REI. PETENTES. SENATUL. POPULO-  
QUE. ROMANO. COMMENDAVERIT. QUIBUS-  
QUE. SUFFRAGATIONEM. SUAM. DEDERIT.  
PROMISERIT. EORUM. COMITIS. QUIBUS-  
QUE. EXTRA. ORDINEM. RATIO. HABEATUR.

**U**TIQUE. EI. FINES. POMERII. PROFER-  
RE. PROMOVERE. CUM. EX. REPUBLI-  
CA. CENSEBIT. ESSE. LICEAT. ITA. UTI LI-  
CUIT. TI. CLAUDIO. CÆSARI. AUG. GER-  
MANICO.

**U**TIQUE. QUÆCUMQUE. EX. USU. REIP-  
MÄESTATE. DIVINARUM. HUMANA-  
RUM. PUBLICARUM. PRIVATARUMQUE. RE-  
RUM. ESSA. CENSEBIT. EI. AGERE. FACERE.  
JUS. POTESTASQUE. SIT. ITA. UTI. DIVO.  
AUG. TIBERIOQUE. JULIO. CÆSARI. AUG.  
TIBERIOQUE. CLAUDIO. CÆSARI. AUG. GER-  
MANICO. FUIT.



**U**TIQUE. QUIBUS. LEGIBUS. PLEBIS. VE  
SCITIS. SCRIPTUM. FUIT. NE. DIVUS  
AUG. TIBERIUSQUE. JULIUS. CÆSAR. AUG.  
TIBERIUSQUE. CLAUDIUS. CÆSAR. AUG. GER-  
MANICUS. TENERENTUR. IIS. LEGIBUS. PLE-  
BISQUE. SCITIS. IMP. CÆSAR. VESPASIANUS  
SOLUTUS. SIT. QUÆQUE. EX. QUAQUE. LI-  
GE. ROGATIONE. DIVUM. AUG. TIBERIUM.  
VE. JULIUM. CÆSAREM. AUG. TIBERIUM.  
CLAUDIUM. CÆSAREM. AUG. GERMANICUM  
FACERE. OPORTUIT. EA. OMNIA. IMP. CE-  
SARI. VESPASIANO. AUG. FACERE. LICEAT.

**U**TIQUE. QUÆCUNQUE. ANTE. HANC  
LEGEM. ROGATA. ACTA. GESTA. DECRE-  
TA. IMPERATA. AB. IMPERATORE. CÆSARE.  
VESPASIANO. AUG. JUSSU. MANDATUVE  
EJUS. A. QUOQUE. SUNT. EA. PERIND. JU-  
STA. RATAQUE. SINT. AC. SI. POPULI. PLE-  
BISVE. JUSSU. ACTA. ESSENT.

### S A N C T I O .

SI. QUIS. HUJUSCE. LEGIS. ERGO. ADVER-  
SUS. LEGES. ROGATIONES. PLEBISVESITA.  
SENATUSVECONSULTA. FECIT. FECERIT. SI-  
VE. QUO. A. EUM. EX. LEGE. ROGATIONEVE  
PLEBISVESITO. S. VE. C. FACERE. OPO-  
REBIT. NON. FECERIT. HUJUS. LEGIS. ER-  
GO. ID. EI. NE. FRAUDI. ESTO. NEVE. QUID-  
OB. EAM. REM. POPULO. DARE. DEBETO.  
NEVE. CUI. DE. EA. RE. ACTIO. NEVE. JU-  
DICATIO. ESTO. NEVE. QUIS. DE. EA. RE.  
APUD. SE. AGI. SINITO.

Hoc est monumenti illius quantivis pretii fragmen-  
tum, ex quo satis adparet, quod supra ostendimus:  
legem regiam ex multis SC. in honorem Augusti,  
Tiberii, Claudi et aliorumque Imperatorum factam  
fuisse constat.

TI-

## T I T U L U S III.

## D E J U R E P E R S O N A R U M .

S. 1. Servi fiebant captivitate. §. 2. Et quis non pro personis, sed pro rebus habebantur. §. 3. Etiam nascebantur ex ancillis. §. 4. Et erant in commercio. §. 5. Sape & in paenam fiebant servi. §. 6. Libertas non erat in commercio. §. 7. Servi tamen fiebant, qui se pretiis participanda causa venundari posse erant. §. 8. Varix servorum ministeria.

Prima apud Romanos hominum divisio erat in LIBEROS, & SERVOS. Illi iterum vel INGENUI erant, vel LIBERTINI. Hoc titulo de libertate & servitute, sicut etiam de ingenuis & libertini agitur. Tametsi vero servitus sit juris gentium: Romanorum tamen servi in plurisque differebant a reliquarum gentium municipiis, seu Germanorum Romanorumque compensatione ostendit Tacit. *de moribus Germ.* 25.

§. 1. Observandum ergo initio, Romanos captos bello hostes redigisse in servitutem (f). Quemadmodum enim, qui, positis armis, ultra se se dedebant, sub jugum mittebantur, salvaque retinebant ingenuitatis jura (quem ritum accuratissime, ut solet, describit Dionys. Halic. *Ant. Rom.* 3, p. 159.); ita capti in acie, urbium expugnatione, sub corona venabant. Gell. Noct. Attic. 8. 4. Illi DEDITIONII, hi SERVI vocabantur, quod esset in bello servati, itemque mancipia, quasi manu capti. §. 3. Inst. h. r.

§. 2. Redacti in hanc conditionem non pro personis, sed pro rebus, immo pro nullis habebantur. Hinc non

(f) Ita agebatur cum hostibus. Excipiebantur ergo bella civilia, in quibus capti non in servitutem redigebantur. I. 21. §. 1. *D. de capt.* & post. sed proscriptebantur a victoribus. Quam proscriptionem, ita dictam a tabula, qua nomina proscriptorum proponebantur, primus inventit L. Sulla. Vellej. Patere. *Hist.* 2. 28.

non solum in jure rebus mancipi accesserantur: Ulpian. *Frags.* 19. 1. sed & Juven. *Sat.* 6. v. 221. ad Iudens ad mores Rominorum scribere non dubitat: *O demens, ita servus homo est?* *Inst. de servis*, uti solet, nec tamen sine ratione. Quamvis enim servi essent homines, quamvis ratione status naturalis etiam personæ dici possent: *I. 22. pr. D. de reg. jur.* non tamen erant personæ civiles, & hinc dicunt *inst. de servis*, Theophilo *pr. Inst. de slav. serv. personam legibus non habentes*, Cassiod. *Var. 6. 8.* denique sine capite, à *scriptis natus ex ea exposito*. Theoph. *S. 4. Inst. de cop. demin.* Nihil ergo sibi adquirebant: non matrimonio contrahebant, sed in contubernio vivebant cum mulillis: nec gaudebant jure testamentifactionis & contractuum, nec ulla in personam servilem cadebat obligatio, *I. 22. pr. D. de reg. jur.* Unde secundum genitum hominum vocantur a Floro *Hist. 3. 20.*

**S. 3.** Ex quo sequebatur, ut nec liberi servarum melioris, quam mater, conditionis haberentur (*I. 19. l. 4. D. de stat. hom.*). Fructus enim tamquam rerum accessiones, non fecerat ipsæ res, ad dominos pertinere videbantur. Et ejusmodi quidem servi, domini nati, verne adpellabantur.

**S. 4.** Porro & hoc inde fluebat, servos æque ac alias res posse legari, donari, immo & vendi: unde perpetua Romæ erat fervorum nundinatio, quotidiana comparatio. *I. 44. princ. D. de usurp. & usurp. Quis servos vendebant, promittere tenebantur eorum familitatem.* *I. 43. S. 1. D. de contr. emt.* *I. 15. S. 2. & L. 31. D. de evill.* (Add. Jo. Frid. Gronov. *in Diav. ad stat. Papin. c. 25. p. 85.*). Nonnumquam tamen mancipii sanitatem explorabant accensi gagatis lanidi odore, maxime si servum morbo caduco laborare suspicarentur. Apulej. *Apol. p. 303.* Sed & nudos virginum exponebant servi, ne quod vitium corporis latitaret. Seneca filius *Epist. 81.* & pater *Conscr. 1. 2.* Immò de animi vitiis caveri solebat in ejusmodi venditionibus servorum. Horat. *Serm. 2. 3. v. 285 seq.* veluti, nec furem esse, nec fugitivum, nec lenonem, noxis solutum esse, & quæ sunt hujus generis alta. Singulorum enim servorum titulos scribi *Julie* *1302*

tant adi  
telligeret  
Turneb.

palam pr  
terum ser  
leati ven  
bello cap  
mare adv  
Nat. 35.

Alia qua  
explicavit

**S. 5.** :  
lancut fa  
faber fug  
virgis ce  
*p. 221.* C

vel bestia  
penae fin  
pos. solv  
berti inge  
lostur. S  
amore sci  
tanen, e  
*c. de SCC*  
præstataq  
scitissent.

**S. 6.** C  
rius, nih  
vor, ut i  
ideo lice

(*t*) I  
in vind.

talia, qu

Bon Port

77. sequ.

(*n*) PI

tit. S. 3.

rante adiles, ut quid cuique morbi vitiique esset, intelligeretur. Gell. Noſt. Att. 4. 2. Seneca Epift. 74. Turneb. Advers. 23. 2. quamvis poſta ea omnia eſſent palam pronuncianda. I. 1. §. 1. D. de adil. edift. Ceterum ſervi, quorum nomine nihil promittebatur, piliari veniebant. Gell. Noſt. Att. 7. 4. quemadmodum bello capte ſub corona. Varro de re rufi. 2. 10. trans mare adveſti, cretatis vel gypſatis pedibus, Plin. hift. Nat. 35. 17. & 18. Tibull. III. 3. Juven. 1. v. 3. Alia que in ſervorum venditionibus obſervata ſunt, explicavit Briffon. de Form. 6. p. 492. seq.

§. 5. Sepe & paenę loco in ſervitutem detrucebantur facinorosi, veluti I. Qui censum vel militiam ſubterfugērāt, quippe qui bonis in ararium redactis, virgis caesi trans Tiberim venibant. Dionys. Halic. 4. p. 221. Cic. pro Cæcina. 24. II. Damnati ad metalla vel bestias, aliaque extrema supplicia. Hi enim ſervi paenę fingeabantur. §. 3. Inſt. quibus modis juſ pat. pat. ſolv. (t) Vid. infra lib. I. tit. 16. §. 5. III. Liberti ingrati, quippe qui etiam in ſervitutem revocabantur. Succ. Claud. 25. (n). IV. Mulieres liberæ, amore ſervorum alienorū bacchantes, quām paenam tamen, earum commodo, fuitulit Justinianus. L. unic. 2. de SC. Claud. tollendo. V. Qui ab alio adſerti, preſtitaque cautione edictis citati, per annum ſe haud fitiſſent. L. I. §. 2. C. de adſers. toll.

§. 6. Quemadmodum vero nihil erat ſervitute diuſius, nihil miserabilius: ita tantus erat libertatis favor, ut illa non crederetur eſſe in commercio, neque adeo liceret ingenuis, ſe ipſos addicere in ſervitutem

(t) Paena autem hic non ſunt furiz, uti Cortio vind. Fraterris Rom. viſum eſt, ſed ſupplicia capitalia: quibus ſubefſe non poterant cives Romani ob legem Portiam. Liv. 10. 9. Gronov. Obſeru. I. 8. pag. 77. ſequ.

(n) Plurā de hujus juſis historia notabimus inſta I. 3. tit. 2. §. 9.

tem (x). Multo minus rata habebatur venditio, si quis extraneus (y) hominem liberum venum dedisset; Sigan. de antiquo iure civ. Rsm. I. 6.

S. 7. Ast hinc mirae fraudes. Solebant enim adolescentes male feriati se ipsos aliis vendendos dare, pretii participandi causa, ac deinde proclamare ad libertatem. Exemplum hujusmodi fraudis in senan prodixit Plaut. in Pers. I. 3. v. 55. 3. I. 4. 3. v. 9. quare SCco deum cautum est (z), ut, qui esset maiores 20. annis, sequi pretii participandi causamnum dari sivissent, in servitute manerent. L. I. 4. 3. D. quibus ad libert. proclam. non licet.

S. 8. Quamvis vero in servorum conditione nulla sit differencia: S. 5. Inst. b. 1. revera tamen si eos, tanquam familiæ partem consideres, discriminem haud unum occurrit. Ratione numerum alii erant artienses, alii dispensatores, alii medici, topiarii, pistores, caparii vel i. μανεφύλαξις, scoparii, lepticarii, struthores, scissores, seu carptores, insularii (a), & que

alia

---

(x) Quod licet Ebreis, ut docet Selden. de jure nat. Gent. 6. 7. ut & Germanis, teste Tac. de mor. Germ. 24. non item fas erat Romanis. Unde errat Ravard. Conject. 2. 8. singens Tuscum vicum, ubi homines se ipsi vendiderint. Plantus equidem Cazzal. 4. 1. v. 19.

Sob veteribus, ibi sunt, qui dant, quippe accipiunt: fons  
Pone adem Castorius, ibi sunt, quibus credas male:

In Tuscico uico, ubi sunt komines, qui ipsi se venditantes  
Et Horat. Serm. 2. 3. v. 228.

— — Ac Tusci turba impia viet.

Sed ibi de improbris meretricibus & lenonibus sermones  
esse, jam pridem observarunt eruditii. Vid. Taubmann. ad  
Plantii Cazzal. l. 17.

(y) Patribus equidem licet filios, quos habebant in  
potestate, ter venumdare: sed salvo tamen ingenuitate  
jure. Manumissi enim ex ea servitute non libertini erant  
sed ingenui. Vid. infra lib. 1. nro. q. n. 1.

(z) SC. Claudiano hoc jus esse invectum noscio quod  
anciore tradit Dionys. Gothofr. ad S. 44 Inst. b. 1.

(a) Et horum profecto divertissima erat in domo con-  
ditio.

alia erant servorum ministeria, de quibus accurate ac-  
cūm a Lare. Pignorio in libro de servis, eorumque  
apud veteres ministeriis, & Tho Popma in Tractatu  
de operis servorum conjunctim editis Amstelod. 1672.  
12. Ratione dominorum privati alii erant, alii publi-  
ci (b). Illi privatis serviebant, hi ad publica adhi-  
bebantur ministeria, & potissimum magistratibus ad-  
parebant. Publici vel in poenam serviebant; vel tam-  
quam captivi redigebantur in servitum. Prior mos  
non caret exemplis, quamvis minus probaretur a re-  
cti exempli viris. Vid. Plin. Epist. 10. 40. 41. Po-  
steriore consuetudine nihil est frequentius. Et hi ca-  
ptivi, redatti in servitum, nomina plerunque acci-  
piebant vel a provinciis, Britaniis, Cypris, vel a vi-  
goribus, a quibus in acie capti, veluti Galliani,  
Clodiani. Lip. Elef. 1. 12. & Adnot. ad Tacit. Annal. 2. p. 95. Eorum alii erant tubellones, alii acto-  
res, alii notarii populi Romani. Et longe tolerabilior  
erat eorum, quam privatorum servorum, conditionis  
siquidem & ante manumissionem jure gaudebant, pro  
parte dimidia testamentum faciendo. Ulpian. Fragm.  
20. 16. P. Pithaeus Schol. ad Collat. Leg. Mos. &  
Rom. 5. 2. p. 752. edit. Ant. Schulting. Denique alii  
erant servi proprii ita dicti, alii statulibet, qui de-  
linquunt in tempus vel conditionem habebant libera-  
tatem.

---

(a) Nam servorum quidam iactius habebantur in fami-  
lia: alii contra nervis ac compedibus vinciti serviebant.  
Tales erant janitores & officarii, quos in catena fuisse,  
docet Sueton. de clav. Rer. 3. Sic & ruri quidam vincti  
faciebant opus. Columella de re rust. 1. 11. Plin. Hisp.  
Nat. 18. 3. Seneca de Benef. 7. 16. Huc comparata erant  
ergastula domesitica subterranea, quae diligenter exploranda  
esse a circumspectis patribus familias, monet Columella  
de re rust. 1. 3. Conf. Rer. Brili. Antiqu. Rom. 2. 3.  
Upl. Elef. 2. 15.

(b) Erant & servi vicarii, qui servis serviebant, Senec.  
de tranquill. cap. 8. l. 25. D. commen. divid. t. 42. D. de  
infr. vel infraim. l. 5. immo & vicariorum vicarii. l. 25.  
D. de penult. legac.

tem. L. 1. D. de statuliberis. Sane & hi servi disser-  
te dicuntur. L. 9. pr. & l. 29. pr. D. de statulib. l.  
12. §. ult. D. famili. exercit. Sic & servi rustici & ur-  
bani distinguuntur in l. 99. D. de legat. 3. Ubi vi-  
dendus Merill. Obs. 3. 5. p. 143. Alii denique adscripti-  
priti, vel glebe adscripti. Quamvis enim & in qui-  
busdam ingenui videantur, ob l. un. C. de colon. Thrac.  
eo quod jure connubii gauderent, & aliquid possent  
habere proprii: Thomas. de usu prall. distinct. inter  
liber. & sero. l. 16. seq. erant tamen in commercio.  
d. l. un. C. cod. l. 21. C. de agr. & cens. Unde sipe  
servi vocantur in jure nostro, nec a servis differre,  
hinc inde dicuntur. L. 21. fin. C. de agric. & censu.  
Novell. 162. c. 3.

## TITULUS IV. ET V.

## De ingenuis &amp; libertinis.

S. 1. *Ingenui qui?* §. 2. Et quinam libertini? §. 3.  
Ritus manumissionis per censum. §. 4. *Manumisso-*  
*nis per vindictam origo.* §. 5. *Eiusdem ritus.* §. 6.  
*Manumisso per testamentum.* §. 7. Et in sacro au-  
titis ecclesie. §. 8. Nec non per epistolam inter am-  
icos, & per convivium. §. 9. Servi nonnumquam  
ipso jure libertatem sunt conservati. §. 10. Liber-  
tinorum unum initio genuit. §. 11. Quod mutatum  
lege *Ælia Sentia.* §. 12. Et postea lege Junia Nor-  
bana. §. 13. Hinc libertini, alii cives, alii Latini  
Juniani, alii dediticii. §. 14. *Quinan Latini*  
*Juliani?* §. 15. *Ouales dediticii?* §. 16. An ea dif-  
ferentia sublata ab Antonino Caracalla? §. 17. Ja-  
stinianus eam primus sustulit. §. 18. *Insignia li-*  
*bertinorum.*

**L**iberi homines subdividuntur in **INGENUOS** & **LI-  
BERTINOS**. Ut rorunque conditio denio ex anti-  
quitatibus Romanis eruenda est.

S. 1. **INGENUI** erant Romanis, qui numquam ju-  
stam servicerant servitutem. Injuste enim in servitu-  
tem detrahi, impetrata libertate, non ad libertino-  
rum, sed ad ingenuorum statum redibant. §. 1.  
*Instit. h. 5.* Idem observandum de filiis, quos pa-

tres in servitatem vendiderant, quod ter facere poterant ex instituto Romuli. Dionys. Hal. 2. 28. Nam & hi manumissi non libertini erant, sed ingenui. Paull. Recept. Sent. 1. 1. Et ita interpretanda l. 2. pr. Cod. Thess. de liberali causa: ubi Constantinus M. negat, libertatem, id est, ingenuitatem, filiis eripi posse a parentibus (c). Ingenuos enim  $\pi\alpha\tau' \iota\zeta\chi\lambda\omega$  dictos esse liberos, ex l. 4. D. de iust. & jure patet. Itinero ne civitatis quidem jura penitus perimebantur hac venumdatione, Cic. pro Cæsin. 95. nec iis jure postlimii opus erat, si manumitterentur. Idem de Orat. 1. 181. Bynkersh. de jure occid. liberos cap. 1. p. 149. sequi. Denique & illi, qui ob æs alienum addicebantur creditoribus, itemque filii familias noxæ dediti, serviebant quidem, sed manumissi ingenuitatis jura recuperabant. Quintilian. Inst. Orat. 8. 3. & Declam. 311. Jac. Cujac. Observat. 13. 9. (d).

S. 3.  
nissim  
S. 6.  
os san  
austr  
quanc  
liber  
adum  
Nor  
Lat  
Latini  
a dif  
7. Ja  
ia b  
  
& II  
< anti  
  
m ja  
ervitu  
eremo  
S. 1  
os pa  
tres

§. 2. Si qui vero e justa servitute erant manumissi, eos vocabant LIBERATINOS. Quamvis enim libertini vestigatoribus auctoribus sint libertorum liberi: Suet. Claud. 14. sequiore tamen ævo id maxime apud jureconsultos invaluit, ut & manumissi dicerentur libertini, Casaub. ad Suet. Aug. 25. Observatur tamen differentia, ut ratione patronorum dicantur liberi, ratione status libertini. Oiscl. ad Cais. Instit. 1. 1. p. 7.

§. 3. Manumissiones antiquitus sibi facientes solemniter I. CENSU, quando servus iussu domini nomen suum in censum lustralem conferebat. Ulpian. Fragm. 1. 8. p. 564. Non sine causa vero Ulpianus meminit census lustralis. Non statim enim, atque eum censi-  
jus-

(c) Quamvis enim justæ in servitute essent, quippe permittente lege venditi, non tamen erant in servitute justæ. Nec enim venumdatio liberi hominis erat justus titulus, quo quis verum dominium consequi posset, praeterquam si liber homo major 20. annis pretijs participandi causa fese venundari passus esset.

(d) Signum ingenuitatis apud pueros & Puellas erat bulla aurea, collo adpensa, postea toga prætexta. Theodor. Marcill. ad Pers. Sat. 5. v. 35. p. 111.

jusserat dominus, plenam libertatem consequebatur, sed exspectandum erat, dum lustrum conderetur: interim enim domino poenitere licebat, ceu ex Cic. de Orat. 1. c. 40. ostendit Lud. Charond. adnot. ad Ulpian. l.c.p. 564. edit. Schulting. Adde Adpend. Lib. I. §. 48.

§. 4. Deinde quin Vindex, vel Vindicius, Vitelliorum servus, conjurationem Brutorum, aliquorumque juvenum ad senatum detulisset, præmium ei decercebantur libertas & civitas. Unde & II. solemini illi manumissioni, quæ coram magistratu siebat, **VINDICTÆ** nomen indicium. Liv. 2.5. l.2. §. 24. D. de orig. jur.

§. 5. Siebat hæc manumissio coram Consule (e), Praetore, Procosl. adhibito lictore, qui servo percuso, addebat verba: **HUNC HOMINEM LIBERUM ESSE VOLO**. Quo facto in girum actus servus, inficta clava liber dimittebatur (f). Hinc Pers. Sat. 5. v. 75. de Dama servo, in girum acto:

*-- Heu steriles veri, quibus una Quirites  
Vertigo facit: hic Dama est, non tressis agaso,  
Vappa & lippus, & in tensi farragine mendax.*

Ver-

(e) Ec consules quidem etiam sequioris ævi, statim ut consulatum inierant, manumissiones solebant explicare ad renovandam manumissionis illius & Bruto factæ memoriā. Id quod ex Cassiodori Var. 6. 1. p. 227. Ammisal Marcell. Hist. 22. 9. aliisque locis egregie demonstrat P. Faber. Semesfr. 1. ult. p. 194. Tertinent hoc illa Sidonii Carm. 2. ad Anthum. v. 545.

*Nam modo nos jam festa vocant, & ad Ulpia poscent  
Te fira, donabis quae libertate Quirites!*

*Quorum gaudentes repeatant verbera male.*

Ut & illa Claudiani Consul. 4. Honor. v. 613.

*Adspice, mox letum sonuit clamore tribunal;*

*Te fastos inuenire quater, solemnia iudicis*

*Omnia libertas, deductum Vindice morem*

*Lex celebrat, famulusque, jugo lacatus berili;*

*Ducitur, & grato remeat securior istu.*

Ubi conferri merentur Casp. Barthii Adnot. p. 706.

(f) Substenuunt alli formulam: AJO TE LIBERUM MO<sup>RE</sup> QUIRITIUM. Oisel. ad Caii Inst. 1. 1. p. 11. edit. Schul-

*Perterit hunc dominus, momento turbinis exit  
Marcus Damas.*

Virga, qua servus percutiebatur ( quamvis *softucum* vocat Plaut. *Mil. gloriós.* 4. I. 15. ), *vindicta* vocata est, ab eodem, ut putatur, *Vindicio*. Et de ea idem Persius *Satyr.* 5. v. 88.

*Vindicta postquam mens a Fratre recessit.*

Conf. Claud. *Paneg.* de 4. Conf. *Honorii* v. 612. De aliis in manumissionē inflictis legi meretur Casp. Barth. ad Briton. *Philipp.* p. 406. De formula manumittendi Fest. voce *manumissti*, & Britton. de *Ferm.* 8. p. 724. Singulare est, quod notavit Appianus, de *bello crv.* lib. 4 p. 669. Labeonem moriturum servum quendam, quem sibi fidissimum putabat, in tabernaculo dextra adprehensum circumegisse, moxque ei præbuuisse jugulum. Ea sane manumissio non fuit hæc solennis per vindictam peracta, quippe quam in jure fieri oportebat; sed alia privata, & mortis causa facta, quæ tantum libertatem Latinam tribuebat: uti rem recte explicat Merilius *Obs.* 7. 14. p. 25.

§. 6. Accessit porro 3. ex legibus 12. Tabularum manumissio PER TESTAMENTUM, qua, si quibus libertas daretur verbis directis: DAVUS SERVUS MEUS LIBER ESTO: liberti ejusmodi vocabantur *Orcini*, seu *Charonitæ*, quasi, qui nullum patronum, nisi in orto, haberent, Jac. Cujac. *Obs.* 3. 23. Sin verbis precativis usus esset testator: ROGO HEREDEM MEUM, UT DAVUM MANUMITTAT; heres fiduciarius retinebat iura patronatus. Sin denique in certum diem vel sub conditione cuidam daretur libertas: is statuliber audiebat, nec plenam libertatem, nisi veniente die, vel existente conditione, consequebatur, l. I. pr. D. de *statulib.* Fest. voce *statuliber*.

§. 7. Et hi quidem sunt antiquissimi manumittendi modi. Loco manumissionis per censem imperatores Chri-

Schulting. Initio ipse dominus hæc verba pronunciabat; postea, tacente domino, dicer; vel ea ( licet non dicantur) ut dicta accipiellantur. l. 23. D. manum. *vindicta*.

Christiani (g) introduxerunt aliud manumissionis genus, quod siebat IN SS. ECCLESIS, ut recitatis iussu domini tabulis, a clero signatis, servus libertatem consequeretur. Ita ritum exponunt Augustin. Serm. 5. a Sirmondo edit. Papinian. in *Respons.* 3. p. 829.

§. 8. Paullo ante ea tempora invaluerant manumissiones variæ minus solemnes, quales 1. PER EPISTOLAM, & 2. INTER AMICOS. Illa initio sine omni solemnitate expediebatur, donec Justinianus quinque testium exigeret subscriptionem, l. un. §. 1. C. de Lat. libert. toll. Hæc ita siebat, ut dominus servum, presentibus quinque amicis, liberum esse juberet. Sufficiebat etiam ad libertatem, si servum dominus 3. CONVIVIO adhiberet. Glossæ nomicæ Labbæi, πέπισθεία, οὐτε σλαβεῖαι μη καθοικητοὶ δέοντες περ. Per mensam libertas est, si necum epulari servum jussero. Indecorum scilicet olim habebatur, cum servis vilibusque hominibus adeumbere, iisque non leti, sed subfelliæ, erant parata. Hinc parasitus apud Plaut. in *Sticho* 3. 4 v. 32.

*Haud postulo eisdem, me in lecto accumbere:*

*Scis tu, me esse inī subfelliī virum.*

Et in eadem Comœdia servi duo: V. 4. v. 21.

— — — Potius in subfelliō

*Cynice accipiemur, quam in lectis.*

Quod si ergo servus juberetur adeumbere, signum hoc erat dæc libertatis. Plin. Epist. 7. 16. Quo & locus Luc. 12. 37. a nonnullis refertur. Sed & hic Justinianus quinque amicorum, tamquam testium, exigit presentiam, l. un. §. 2. C. de Lat. lib. toll. Sunt & alii modi innumerabiles Latinae libertatis, uti ait Justinianus l. unic. C. de Lat. liberte. toll. Sic, imposita puero bulla

(g) Et quidem Constantinus M. ceu patet ex l. 1. & 2. C. de his, qui in eccl. manum. Conf. Sozom. Hist. vol. 1. 9. Videtur tamen quibusdam Constantinus exemplum gentilium sequutus, qui & ipsi subinde vel in templis, ad aras Deorum, vel in publicis populi cœtibus, manumittebant, observat Ja. Gothofred. ad l. 11. C. Thed. de manum. in SS. Ecclesiis.

bulla & praetexta, ille manumissus credebatur, Sueton. de clar. Rhetor. cap. 1. Manumissus censebatur servus, quem dominus actis intervenientibus filium vocaverat, quamvis id non sufficeret ad adoptionem. §. 12. Inst. de adopt. Item, si ancilla a domino matronali habitu donata fuisset, vel servus, domino volente, signasset tabulas. Quinctilian. decl. 34. Immo & mortis caussa datam esse ejusmodi libertatem, ex l. 15. D. de manumiss. probat Merill. Obs. 57. c. 14.

§. 9. Denique & ipso jure, nolente licet domino servis nonnunquam libertatem competuisse, novimus. Caussas a Justiniano fere inventas accurate recenset Thomas. Diff. de ius pralt. distinct. hom. in ingen. & libert. l. 12.

§. 10. Ceterum antiquissimis temporibus una erat eadem omnium manumissorum libertas: siquidem manumissione non solum libertatem, sed & civitatis jura consequebantur, idque instituerat Servius Tullius, qui & ipse libertine fuerat conditionis, Dionys. Halic. 4. p. 126. Quam in rei Cicero pro Corn. Balbo Cap. 9. Servos denique, quorum vis, fortuna & conditio infima est, bene de republica meritos, persape libertate, id est, CIVITATE, publice donari, videbamus. Civitatem ergo una cum libertate consequebantur servi, sed ita, ut in quatuor urbanas tribus, tanquam ignobiliores, describerentur. Flor. Epit. Liv. 20.

§. 11. Enimvero quum civitas deinde tota scelestissimorum hominum colluvie impleretur, nequissimique homunciones, a dominis manumissi, civium jura invaderent ( Dionys. Hal. l. c. p. 228. ): Primum sub Augusto, lege Aelia Sentia cautum est, ne servi scelestis caussa publice exisi, vincti, aut torti, aut flagitate usci ( b ) impetrata a dominis libertate, melioris essent conditionis, quam dedititii. Sueton. Aug. 60. Dio Cass. 55. p. 556. Ulp. Frag. l. 11. Cajus Inst. l. 1. 3. pag. 15.

§. 12.

(b) Solebant enim servi ob levia crimina flagellis exodi, dominisque redi, &c. prine. D. de panit. l. ult. D. de injur. Paul. Sent. Recept. 5. 4. 22. Nonnunquam etiam

§. 12. Postea A. U. C. 771. M. Junio Silanio & L. Junio Norbano Coss. lata est lex Junia Norbana, qua cautum, ut manumisisti per epistolam, aut inter amicos, aliisque modis minus solemnibus, de quibus supra §. 8. non civium, sed Latinorum tantum jura consequerentur. Ulpian. *Fragm.* 1. 10. Caj. *Inſtit.* 1. 1. 2. & ibi veri docti (i). Hinc non defunt exempla manumissionum per epistolam, aut inter amicos, per vindictam deinde ideo confirmatarum, ut liberti jura civitatis consequerentur. Plin. *Epiſt.* 7. 16. Non numquam & ab Imperatoribus Latini Juniani jura Quiricium impetrabant. Plin. *Epiſt.* 10. 4. introducti lubinde & alii modi, quibus jura Quiricium consequerentur Latini Juniani, veluti, si quis uxorem duxerat, tentatione interposita, quod liberorum quærendorum cauſa id fecerit, ex eoque matrimonio natus erat filius: si quis Romæ triennium intet vigiles militaverat: si nave 10. M. modiorum frumentum Romanum deportaverat. Suet. *Clauſ.* 19. si aedificium Romæ construxerat. Vid. Ulpian. *Fragm.* 3. 2. seq.

§. 13. Ex eo ergo tempore trium generum erant lib-

---

ea lege reddebantur dominis, ut aliquandiu in vinculis haberentur. Paul. 1. c. & v. 18. 3. Fugitivis vero servis epigramma in facie scriebatur & talibus quidem plerumque litteris: F. H. E. L. T. *Fugitivus hic est L. Titus.* Quibus de notis multa concessere Oiscl. ad Call. *Inſtit.* 1. 3. pag. 16. seq. Lips. *Eleſt.* 2. 15. Rader. ad Martiſl. *Epiſt.* 2. 25. & 3. 70. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* 6. 26. Tit. Popma, *de operis serv. Joan. Rhed. ad Scribon. Largum cap.* 231. Jo. Nicol. *de Sigil. ver.* 25. Stigmatis ejusmodi vultibus imprimi vetus Constantinus 1. 17. C. de pœn. ex eoque tempore servis fugitivis circumdata collaria ferrea, vel lamine collis adpensæ, quibus epigramma inscripta. Delineatas ejusmodi lamellas dedit Jsc. Spon. *Miscell. Drud. Antiq.* p. 300. 301.

(i) Immo & omnes, quos lex Elia Sentia in libertate morari patiebatur, veluti, qui minores 30. annis testamento manumisssi. Ulpian. *Fragm.* 1. 12. in fraudem Imperatorum manumisssi. *Fragm.* uit. *Varissens.* §. 16.

bertini. Alii enim siebant CIVES ROMANI, alii sola consequebantur jura Latinorum, dicti hinc LATINI JUNIANI. Alii denique utriusque juris expertes ad DEDITIONUM tantum conditionem adspirabant. Jac. Cujac. Obs. 4. 5.

§. 14. Jura civitatis quænam fuerint, inter omnes constat, & infra ostendetur accuratius. LATINI JUNIANI ejusdem erant conditionis cum Latinis, in colonias deductis. Ulpian. 19. 4. *Fragn. Regul. ex vet. Jure cons. 8. p. m. 803.* quales coloniae passim in orbe Romano existabant, etiam aero Imperatorum. Ez. Spanh. *Orb. Rem. Exerc. 1. 9.* Libertate igitur gaudebant, participes erant commerciorum, & mancipationum cum civibus, Ulp. 19. 4. & familiae emtores, & testes, & libripendes fieri (*Ulp. 20. 8.*) quin & fideicommissum capere poterant (*Ulp. 25. 6.*). Sed tamen nec testari iis licebat (*k.*) nec ex testamento quidquam capere, nisi intra centum dies creationis jura Quiritium consequerentur. Ulp. 17. 1. Hinc vulgo dicitur, vixisse Latinos Junianos ut liberos, decepsisse ut servos. *I. un. c. de Lat. lib. coll.*

§. 15. DEDITIONIS vero vix umbram liberzatis consequebantur. Nam & juris commerciorum, mancipationumque erant expertes, & testamenti factione, cum activa tum passiva, plane caretabant, & que miserrima erat eorum condicio, nulla ipsis spes supererat, ullo modo ad civium Romanorum, vel Latinorum fatigim, conditionem adspirandi. Suet. *Aug. 40.* Caius *Infl. 1. 1. 4.* adcoque ejusdem erant conditionis cum populis deditiis. (*l.*)

## §. 16.

---

(*k.*) Videntur tamen & Latini Juniani testari potuisse, volentibus concedentibusque patronis. Nam & domini permettere poterant ipsis servis testamenti factionem, ceu adparet ex Plin. *Epiſt. 8. 16.*

(*l.*) Qui se, divinaque & humana omnia debebant, mittebant sub jugum, de quo ritu videndus Dionys. *Halic. Ann. Rom. 3. p. 159.* Quæ formula deinde facta fuerat deditio, ex Liv. 1. 38. ostendit Barn. Brisson. *de Form. 4. p. 354.* Pet. Fab. *Semistr. 1. 7. p. 36.* Effectus vero

§. 16. Et hæc differentia libertinorum fuit etiam sub Imperatoribus in sequentibus observata. Quamvis enim Antoninus Caracalla in nota illa lege *in orbe Romano* 17. *D. de statu hom. civitatis jura cum omnibus*, qui in orbe Romano viverent, communicari: id tamen beneficium non ad libertinos, sed ad ingenuos tantum pertinuit, ut recte observarunt Ez. Spanh. *Orb. Rom. 2. 5. Ant. Schulting. ad Caii Inst. 1. 1. 2. p. 13.*

§. 17. Primum. Justinianus discrimen istud sustulit, *I. un. C. de dedit. lib. toll. I. un. D. de Lat. lib. toll.* quibus constitutionibus omnibus libertinis jura civitatis indulxit. Quiniusmo, quæ erat Imperatoris liberalitas, denique omne discrimen inter ingenuos & libertinos sustulit, salvo tamen jurepatronatus, omnibusque liberis jus aureorum annulorum & natalium restitutionem (*m*) dedit. *Nov. 78. Quam parum prudenter id consilii ceperit Imperator, alii ostenderunt. Vid. Wissensb. ad Tit. C. de jure aur. p. 360. Thomas. de usu pract. disf. hom. in ingen. & libertin. 1. 31. seq. p. 18.*

§. 18. Certum inter insignia libertinorum erat, quod veste alba & annulo donarentur a patronis. *Tertull. de resurr. cap. 57.* & deinde pileati & capite raso incederent. Et capillos quidem radere solebant in templo Feroniæ (*n*). De quo ritu videndi Taubm. *ad Plant. Amphitr. 1. 1. extr. Alex. ab Alex. Genial. dier. 4. 20. Dalechamp. ad Plin. 2. 55.* Adsuebabant etiam praenomen, nomenque patroni suo addebat. Vid. infra *Lib. 3. Tit. 8. §. 1.* Quo alludens Persius *Sat. 5. v. 77.*

Ver.

erat, ut populi ejusmodi ingennitatis quidem jura retinerent, at nullo modo ad civitatis commoda adspirarent. *Conf. Car. Sigan. de antiqu. jur. Ital. 1. 1. p. 47.*

(*m*) *De jure aureorum annulorum & restitutione natalium a principe impetrari solitis vid. Lips. Elect. 2. 8. Jo. Kirchmann. de annulis 15. 16. Thomas. de usu pract. disf. in ingen. & libert. 1. 26. 27. p. 14. seq.*

(*n*) Qui nos ponendi capillos utrum ad exemplum naufragorum introductus sit, an ab Atheniensibus Romanam manavit, disputat Brisson. *Ant. Form. 1. 12. p. 13.*

*Verterit hunc dominus; momento turbinis exit  
MARCUS Dama.*

Add. Artian. Diff. Epiller. 2. 1. Ceterum, quia, jam libertatem consequuti, non amplius pro rebus, sed pro personis habebantur; hinc in iure nostro qui statum mutarunt, & vel ex servis liberi, vel ex liberis servi facti, non iidem censentur, sed vocantur *novi homines* l. 27. §. 1. D. de adim. vob transfer. leg. Itemque *alii homines*. l. 98. §. 8. D. de solution.

## TITULUS VI.

*Qui, & ex quibus causis manumittere non possunt.*

§. 1. Lex Aelia Sentia quando lata. §. 2. Ratio hujus legis. §. 3. Plura hujus legis capita. §. 4. De deditiis. §. 5. De astate dominorum manumittentium & seriorum manumittendorum. §. 6. De manumissione in fraudem creditorum facta. §. 7. Contra dominos libertos inopes aere recusantes. §. 8. Contra dominos mercedem sibi a libertes stipulantes. §. 9. Contra liberos ingratis. §. 10. Contra dominos libertos prohibentes uxores ducere. §. 11. Cur licuerit dominis obserates servum unum havedem necessarium instituere. §. 12. Lex Aelia Sentia ordini & integritati sue restituta. §. 13. An caput 2. legit Aelia Sentiae prudenter sustulerit Justinianus?

Licentia manumittendi restricta primum est per legem AELIAM SENTIAM, cuius adeo historia, occasio, & materia ex antiquitate erunt explicande.

§. 1. Lata ea lex, imperante Augusto, Sex. Aelio Cato (o), (ita enim cognomen ex vetustis monumentis primus restituit Henr. Noris. Canot. Pif. Diff. 3. cap. 9.) & C. Sentio Saturnino Coll. anno ab U. C. 753. Dio Cass. 55. p. 557. Unde fallitur Myfingeras Com-

ment.

---

(o) Vulgo vocant *Catulum*. Sed numquam hoc fuit Aeliorum cognomen. Potius CAT dicti sunt, quod cognomen primus ob insignem prudeatiam consequutus est Sex. Aelius, juris Aeliani auctor, quem & Eanius teste Cicero egregie cordatum hominem vocavit.

ment. ad *Instit. h. t.* dum mentionem hujus legis fieri putat a Cicero in *Topic. 2.* Illa enim lex *Aelia Sencia*, cuius Cicero meninuit, si genuina esset vulgaris lectio, a nostra foret diversissima. Sed conjicit Norius, ab indocti scribæ manu esse alterum *Sentia*, legem vero *Aeliam* in loco Ciceronis non aliam esse, quam *jus Aelianum*, vel *Aelli tripartita*, de quibus supra in *proam. §. 8.*

§. 2. Occasionem legi dedit nimia manumittendi facilitas, qua fiebat, ut urbs pessinorum vilissimorumque civium colluvie adflueret. Quod quanto cum decoro publico fuerit conjunctum, præclare ostendit Dionys. Halic. *Antiq. Rom. 5. p. 228.* Talis est nostro tempore confusio, & sic ad fordes atque ignominiam degeneravit Romanorum probitas, ut nonnulli a Latrociniis, parvorum perfissionibus, prostitutionibus, omnibusque aliis sceleribus, pecunia collecta, libertatem redimant, statimque se Romanos faciant: alii conscientis dominis, & sociis beneficiorum, homicidiorum, facinorumque, sum contra Deos, ium contra rem publicam suscepторum, eam ab illis gratiam recipiant: quidam ideo manumittantur, ut acceptum e publico frumentum mensuram, & si qua alia liberalitatis in egenos cives conferuntur a Principiis, dent his, a quibus sine facti liberi. Accedebant aliae causæ manumittendi parum honestæ. Sæpe domini servos omnes manumittebant in fraudem creditorum. Tacit. *Ann. 15. 55.* Sæpe servi a minoribus, quorum amores adjuverant, libertatem sibi loco mercedis stipulabantur. Cujus rei exempla multa in scenam producunt Terentius, & Plautus.

§. 3. Eam licentiam, quum indigna videretur Augusti saeculo, lata hac lege coercendam putabat princeps prudentissimus. Qua de re Sueton. *Aug. 40.* Manumittendi modum terminavisse. Et paucis interjecis: Quum & de numero, & de conditione, ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiose cavisset: hoc quoque adiecis, ne vinclis unquam tortusque quis ullus libertatis genere civitatem adipisceretur. Prius Augustus lege Fusia Caninia, posterius *Aelia Sencia* præstitit. Quin tam necessariam, tamque dignam saeculo suo

suo hanc legem existimabat Augustus, ut inter mandata extrema, quæ Tiberio senatuque & populo Romano dederat, hujus quoque legis commendaret eulogiam. Quia de re Dio Cass. Hist. 56. pag. 591.  
 Kai τὸ τίτανος ἔποδες καὶ ἀποκενθεῖ τῷ πατῷ: οὐλας τε, καὶ ἄστε μὲν τὸ ἀποβούσσος πολλὰς, τινὲς μὲν τοσοῦτας ἤχει πλέον πληρώσασι, μέτ' αὐτοῖς τὸ πεντετελεῖον συγκαθεῖσαι τὰ πολλὰ τὸ διωφόρον αὐτοῖς πρᾶτον ἐπέκουσι. Quarto mandata Tiberio, & reipublice data, interque alia, ne multos manumitterent, ne promissa turba urbis impleveretur, neve multos jure civitatis donarent, quo magnum inter ipsos & subjectos discrimen remaneres. Constatbat vero ea lex capitibus plurimis, qua non nisi sparsim ex auctoribus colligi possunt.

§. 4. Primo enim servos flagitosos, stigmate ustos, tortos, & ad ferrum datos, vetuit fieri cives Romanos, voluitque eos ad deditiorum tantum conditionem redigi. Ulp. Fragm. 1. 11. p. 566. Caius Inst. 1. 3. de quo capite actum ad titulos antecedentes.

§. 5. Deinde & impedimentum ea lex excitavit ex ætate tum servorum, tum dominorum. Num neque servus triginta annis minor, vindicta manumissus, civis Romanus siebat, nec dominus 20. annis minor manumittere poterat; nisi allegata probataque causa apud consilium. Suet. Aug. 49. Dio Cass. 55. p. 557. Ulpian. Fragm. 1. 12. 13. Inter has causas §. 5. Inst. h. etiam refertur manumissio propter matrimonium. Sed haec non ex lege Ælia Sentia est (tunc enim nondum civibus licebat ducere libertinas), sed ex SC. quodam 1. 13. fin. D. de manum. vnd. quod hanc manumissionem ex rationibus legis Juliae & Papiae admissit. Apud Gruterum Inscr. p. 621. nominatur PERSICVS. SERVVS. MANYMISSVS. AD. CONSILIVM. Consilium vero erat Romæ confessus decem virorum litibus judicandis, id est, quinque Senatorum totidemque Romanorum equitum: in provinciis 25. recuperatorum, civium Romanorum. Ulp. 1. c. Jac. Rævard. Prostibun. 18. & 19. Ger. Noodr. de jurisd. & imp. 1. 12. Et tale est lato superbum, cuius mentio sit Actor. 25. 12.

§. 6. Porro hac lege vetabantur manumissiones, quæ ficerent in fraudem creditorum, i.e. quæ obligatos servos creditoribus dolo malo eximerent, parteque detraherent pignorum, aut portionem solutionis creditori aut hereditatis patrono immisuerent. Ulp. l. c. §. 14. Caj. *Inst.* l. 1. 5. Intelligendum hoc caput esse de manumissionibus non minus inter vivos, quam ultima voluntate factis, egrégie probat Schulting. ad *Caii Inst.* l. 2. 21. Ubi tamen fraudulentus animus non concurrebat, valebat manumissio inter vivos facta. Et huc pertinet exemplum apud Tacit. *Ann.* 15. 55. ubi Scevinus libertatum & pecuniarum in servos collatarum rationem hanc reddit, *quia tenué jam re familiari, & instantibus creditoribus, testamento diffaderet.*

§. 7. Porro eadem lege adempsa sunt dominis Jura patronatus, qui libertos inopes aere negligerent. L. 33. *D. de bon. libert.* L. 6. *D. de lib. agnosc.*

§. 8. Eadem lege juribus patronatus excidebant, qui libertos ad mercedem operarum promittendam induxerant. l. ult. §. 1. *D. qui, & a quib. mansum. liberi non sunt.*

§. 9. Prodita etiam hac lege est actio adversus libertos ingratos, non quidem, ut in servitutem revocarentur (quod postea denum Claudius Imp. invexit (p) Sveton. *Claud.* 15.), sed ut in laetumias darentur

ad

---

(p) Non videtur Claudius expressa quædam constitutio ne vel SCto definvisse, in servitutem libertos ob ingratitudinem a paeronis revocari posse, sed extra ordinem quoddam ingratos libertos ita multasse. Sane temporibus Neronis, quem ad Senatum referretur, ut liberti ingrati revocarentur in servitutem, id plerisque displicuit, additumque nihil aliud Ieso patrono concedi, quam ut vicecum ultra lapidem in cram Campanie libertum possit relegare. Tacit. *Annal.* XIII. 26. Eoque jure usi videatur Romani, donec Commodus Imperator, quod extra ordinem fecerat Claudius, edita constitutione induceret. L. 6. *D. de agnosc. lib. Conf.* Jac. Ruyard. *Conjectan.* 1. 11. p. 23. seq.

ad perpetuas operas. Vid. Dolith. Sent. & Epist. D. Hadriani III. 3. p. m. 862. seq. Jac. Cujac. Obs. X. 33. Vinc. Gravina de Leg. & SCts p. 528. seq.

§. 10. Accedit & aliud caput, quo jure patronatus exuntur, qui hac lege manumisere, ut ne liberti uxores ducerent, aut liberos tollerent. l. 6. D. de iur. patr.

§. 11. Ecce quidem sunt potiora legis Aeliae Sentie capita, quorum auctores & jura nostra meminere (q). Sed ad caput tertium §. VI. a nobis recentum attinet, illi adjecta erat exceptio. Licebat enim domino obsecrato servum suum cum libertate heredem instituere, ea lege, ut ei heres esset solus & necessarius. Eo ipso enim nihil admodum amitterebant creditores. Sed dominus tantum id lucrabatur, ut ne bona suo nomine possiderentur a creditoribus, quippe quod veteribus ignominiosum videbatur. Cic. pro P. Quintil. 15. Confer infra l. 2. tit. 18. 19. n. 11.

§. 12. Scripsiteramus haec olim. At postea majora aucti, ipsius legis fragmenta non modo diligenter conquisivimus, verum etiam ea suo ordini, suæque integritati restituere conati sumus, ductu præcipue Ulpiani, & Julii Paulli, quorum ille quatuor, hic tribus libris hanc legem celeberrimam illustravit. Hujus diligentia nostræ ut fructum capiat lector, totam legem una cum probationibus hic exhibemus:

SEX. AELIUS . . . CATUS. ET. C. SENATUS. C. F. C.  
N. SATURNINUS. COS. POPULUM. IVRE ROGARUNT PO-  
PULUSQUE IXRE. SCIVIT. IN FORO. PRO. ROSTRIS . . .  
TRIBUS . . . PRINCIPIUM. FUIT. PROTRIEV. . . . PRI-  
MUS. SCIVIT.

## CAP.

(q) Aliud hujus legis caput comminorat Justin. Nov. 112. 1. edit. Haloandr. de donatione facta inter virum & mulierem. Sed textum in mendo cubare, & pro lege Centia legendum Cicias, jam monuit Gothfredus.

## C A P. I. (r)

*De iis, quos manumissi deditiis sunt.*

Qui servus, queve ancilla, pæna causa (*s*) domino (*t*) VINCTUS VINCTAVE (*u*) aut in custodianatur, datave (*x*), quibusve vestigia scripta (*y*), itemque, qui queve propter noxam tortus tortave, nocens juventus juventave (*z*), item qui queve, aut ferro, aut cum bestiis depugnaret (*a*), damnatus, damnatave, eliove supplicio adflectus adflectave (*b*) fuit: is eare, quoquo modo (*c*) manumissus manumissave, justam libertatem non consequitur (*d*), sed deditiiorum numero esto (*e*).

## P R O B A T I O N E S.

(*r*) Caput hoc primum fuit procul dubio, partim quia præcipuum, partim, quod ULPIANUS *I. 1. com. ad L. El. Sent. de eo egit. l. 216. D. de verb. signif.*

(*s*) Non ergo ob aliam caussam vincitus vinctave, veluti ob furorem. PAULL. *Rea. Sent. 4. 12. 7.*

(*t*) Vel ejus jussu a Procuratore. PAULL. *ib. §. 8.* non si solutum servum dominus approbet, antequam vinculum sciret. PAULL. *ib.* nec si communi servo unus, altero non adprobante, injecisset vincula: Idem *ib. §. 5.* nec si servum oppignoratum vinciverit creditor: *Id. §. n.r. D. de sign. art.* nec si servo, quem manumittere jussus erat, vincula iacecerat hæres. PAULL. *ib. §. 4.*

(*u*) Legitimum hoc fuisse vocabulum discimus ex UPIAN. *I. 1. l. 216. de verb. signif.* ubi id non intelligendum esse monet de eo, qui careeri mancipatus, sed qui ibi vinculis constrictus fuit, quamvis alias, ubi de favore vincili queritur. & in carcere conjectus; pro vincito habetur. *I. 9. D. ex qntb. caus. maj. XXV. an. in int. refl.*

(*x*) Ita Ulpianus *Fragm. tit. 1. 11.* Sed annon sibi ipse contrarius, quum paullo ante negare cum viderimus in custodiā datum pro vincito haberi? Negamus, quia in *I. 216. D. de verb. signif.* de privatō careerre, qui no-

nocebat fine vinculis: hic autem de carcere, publico loquitur. Vid. Jac. Cujac. ad Ulp. l. c.

(b) Ulp. ib. t. 11. Cap. Inst. l. 1. 3. nec opus videatur emendatione in textu Ulpiani, ubi pro *viffigia* quidam scripsi *jubent stigma*.

(c) Ulp. ib. non ergo si tortus de nulla culpa fuerat confessus. Pauli. Rec. Sent. ib. §. 3.

(d) Ferro depugnare gladiatores, cum bestiis arenae. Cujac. ad Ulp. Fragm. tit. 1. 11. De utrisque plura nos in comm. ad L. Jul. & Fam. l. 2. c. 1. & 2.

(e) Immo & virginis celi publice. Cap. Inst. l. 1. 3.

(f) Ulp. ib. Apud Suetonium Aug. cap. 40. est, ne allo libertatis genere civitatem adipiscerentur; id est, nec censu, nec vindicta, nec testamento.

(g) Suet. Aug. c. 40. Ulp. ib.

(h) Ulp. Fragm. 1. 11.

## C A P. II. (a)

*De aetate manumittendorum per vindictam.*

Minor 30. annorum servus ancillave, censu (b) vindictave manumissus manumissive, civitatis Romanae juris nisi causa apud consilium probata, ne consequatur.

## PROBATIONES.

(a) Caput hoc secundum fuit, quia & aetas pertinet ad qualitatem manumittendorum, de qua curiose cavisse Augustum tradit. Suet. l. c. Meminit huius cap. Dio 55. p. 557. eisque sententiam servavit Ulpian. Fragm. tit. 1. 12.

(b) Censu non meminit Ulpianus l. c. quia ejus aetate ab usu pridem recesserat. Ast. Fragm. Reg. ver. 7. Cris. Paristori LL. Mos. & Rom. subjunctionem §. 17. Et qui in censum manumissitur, si XXX. annos habeat, civitate Romana positur.

## C A P. III. (a)

*De aetate & condicione manumittendorum per testamentum.*

Minor XXX. annorum (b), testamento manumissus  
mit-

112 *Ant. Rom. Ad Inst.*  
manumissave, quanvis in libertate moretur, liber ta-  
men & civis Romanus ne esto (c).

## PROBATIONES.

(a) Hoc caput a priore sejungi non potuit. Hinc con-  
junxit etiam utrumque Ulpian. *Fragm.* 1. 12.

(b) Nisi libertas in hoc tempus data. Hinc frequens  
in testamentis formula: LIBER ESTO, SI ANNORUM 20.  
ERIT, l. 39. §. 2. fam. evo. l. 46. de manum. test. l. ult. D.  
de reb. dub. l. 13. §. 5. de statu lib., item, QUUM PER LE-  
GES LICEBIT, LIBER ESTO, l. 38. de man. test.

(c) Servi itaque erant, quamvis in libertate moretar-  
tur, nec servire eos pateretur Praetor. Post legem Ju-  
niam Norbanam omnes justam libertatem per manumis-  
sionem haud consequuti, praeter deditios, Latini erant,  
adeoque & hi ejusdem conditionis ceaserabantur. Ulp. b.  
& ad k. l. V. C. Ant. Schultingius.

## C A P. IV. (a)

### *De conditione ex hujusmodi parentibus natorum.*

*Ex his, qui quae oportent justam libertatem non consequun-  
tur, nati natuere, cives Romanis & in parentum po-  
testate ne sunt. Sin civis Romanus hujusmodi mulierem,  
quasi civem, per errorem duxerit, sive civis Ro-  
manus per errorem ei, qui deditiorum numero erit,  
nuptia fuerit: causa apud consilium probata, civitas  
ram liberis, quam parentibus (b), praeter eos, qui  
deditiorum numero erunt, redditos illique in patria  
potestate sunt.*

## PROBATIONES.

(a) Hoc quoque caput a superioribus sejungi non po-  
tuit. Expressimus illud ex Ulpiani *Fragm.* 6. 44. Idem  
caput in mentem habuit Celsus apud Parlat. LL. Mos. &  
Rom. Tit. 16. dum scripsit: Idem juris est de his, quorum  
nomine ex L. Elia Sentia vel ex SC. post mortem patris,  
causa probata, in potestate eius futuri essent.

(b)

(b) Probanda ergo crux erat vivis parentibus. At postea ex SCto etiam post mortem patris fieri poterat probatio. Caius ib. Unde miror, de sententia hujus SCci, & an ab eo diversum quid a Lege illa Sentia cautum sit, disputare ad Caui locum viros doctos.

## C A P. V. (a)

*Minori XX. annis (b) non aliiter, quam per vindictam (c), causaque apud consilium probata (d), manumittere jus esto (e).*

## P R O B A T I O N E S.

(a) Egere de hoc capite ULPIANUS l. 2. l. 16. D. de man. vnde. PAULLUS l. 1. lib. 15. de man. vind. Unde id a superioribus proximum locum tenuisse patet. Ut enim prima legis parte de conditione manumittendorum, ita secunda de manumittentibus actum. Sententiam capituli habemus apud Caj. Inst. l. 1. 7. Ulp. Fragm. 1. 13. & in §. 5. Inst. qui ex quib. causf. man. non poss.

(b) Coepit tamen annum XX. pro completo habitum colligo ex l. 74. §. 1. D. de SC. Treb.

(c) Attamen, qui vindicta possunt apud consilium manumittere, possunt etiam heredem sibi necessarium testamento scribere. PAUL. l. 1. l. 27. D. de man. iust.

(d) Modo causa ex affectu, non ex luxuria, descendat, Ulp. lib. 2. l. 116. pr. de man. vind. Qualis est ianguinis conjunctio. Ulpian. lib. 1. l. 12. eod. item conditionis implementum. Paull. l. 1. l. 15. D. eod. Aliæ causæ recensentur in l. 9. 11. 12. seq. D. eod. & §. 5. Inst. b. 2. Sunt tamen quædam non ex hac lege, sed ex SCis, de quibus l. 13. fin. lib. 4. C. qui man. non poss. Add. Cujac. 15. 13.

(e) Quid si minor XX. annis servum alii dederit, ne manumitteretur? Vid. l. 20. §. ult. de man. l. 16. §. 1. D. de man. l. 16. §. 1. D. de man. vind.

## C A P. VI. (a)

## De femina manumittente.

Ne feminæ, nisi auctoribus tutoribus suis (b) liberarem servis dare ius esto (c).

## P R O B A T I O N E S.

(a) De hoc quodque capite egit PAULLUS L. 1. M. 16. de anc. tut. Sententiam ejus servavit Fragm. Vet. Jcti post Pariae. LL. Mos. & Rom. §. 15.

(b) Etiam si cœci sint tutores. Paull. L. 1. l. 16. de anc. tut. Si femina per epistolam manumittebat, disputabatur, utrum, dum scriberet illam epistolam, ait tunc, quando tam servus accepit, interponenda sit auctoritas. Vid. laud. Fragm. §. 15.

(c) Nisi jure liberorum per legem Papiam Poppeam tutela liberaretur. Fragm. Vet. Jcti §. 15. Ulp. Fragm. 2. §. ult. Addatur Comm. nostrar. ad Leg. Jul. & Pap. lib. 2. c. 11. p. 233. seq.

## C A P. VII. (a)

## De manumissione in fraudem creditorem.

Qui in fraudem (b) creditorum manumisit, nihil egisse censor (c), & manumissus manumisste servus ancillave manento.

## P R O B A T I O N E S.

(a) De hoc quoque capite PAULLUS adhuc l. 1. Comm. sui egit. Sententia existat apud Caj. Inst. 1. 1. 5. Ulp. Fragm. 1. 14. in pr. Inst. b. 1. l. 15. §. 2. D. qd & quib. man. lib. 1. C. qui man. non pass.

(b) Quid vero est in fraudem manumittere? l. 10. D. qui & a quib. man. lib. non fiunt. L. 79. D. de reg. iuri. Hac lege nec miles solutus. l. 29. §. 1. D. de trib. mil. l. 8. §. 1. D. qd & ex quib. causf. manum. Non tamen

legem violat, qui minor XX. annis hæredem rogavit s  
ut servum proprium manumitteret. lib. 4. §. 1. D. de  
fideic. libert.

(c) Si id urgeant creditores. Antea enim manumissus  
in eorum fraudem veluti statu liber erat. l. 1. pr. de  
statulib. Inde est, quod libertas hujusmodi per Legem  
Æliam Sentiam dicitur RESCINDI, lib. 5. §. 2. D. quid  
& a quib. manum. RETRAHI. l. 1. c. qui manum. non  
poss.

## C A P. VIII. (2)

## De Servo necessario hærede instituto.

Attamen ei, qui solvendo non est (b), unum ser-  
vum, quem velit (c), per testamentum manumittere,  
& hæredem instituere (d) jus esto: & nunc manu-  
missus liber heresque necessarius esto.

## P R O B A T I O N E S.

(a) Caput hoc a superiori proximum fuisse; cum res  
ipsa, tum Paulli fragmenta ad caput sequens adserenda  
vident.

(b) Etiam minori XX. annis l. 27. de man. test. Quid  
si, qui solvendo est, necessarium hæredem instituat, &  
si abstineat, an libertates debentur? l. 32. D. de manum.  
test.

(c) Licet minorem XX. annis: Ulpian. Fragm. 1. 14.  
etiam si in ea caussa sit, ut deditius fieri deberet. Ulp.  
ib. Hæres enim esse non posset, nisi justam consequuntur  
libertatem. Aliud dicendum, si impedimentum non ex  
lege Ælia Sentia sit, sed ex alia lego, scito vel consti-  
tutione Principis, l. 83. pr. de her. inst.

(d) Quid si obœratus servum hæredem necessarium in-  
stituerit, eique substituerit tamen liberum hominem l. 37.  
D. de her. Inst.

## C A P. IX. (a)

*Quid si in fraudem creditorum plures manumisisti?*

SI. DVO. PLURESVE. EX. EADEM. CAUSSA.  
HÆREDES. SCRIPTI. ERVNT. VTI. QVISQUE.  
PRIMVS. SCRIPTVS ERIT. LIBER. ET. HÆ.  
RES. ESTO (b).

## P R O B A T I O N E S.

(a) Legitima hæc suisse hujus capitis verba adparere ex  
l. 60. D. de ber. inst. SCti vero ad hanc legem facti  
meminisse. l. 83. §. 1. eod. tit.

(b) Quid si duo Apollonii instituti? l. 42. D. eod. Pauli.  
Lib. 1. i. 43. eod. Quid si primo loco servum cum libertate  
instituerit, & cum substituerit, cui libertas debebatur ex  
fideicommissio? Pauli. Lib. 1. l. 55. D. eod. tit.

## C A P. X. (a)

*De servo in fraudem fæneratorum manumisso.*

*In fraudem fæneratorum manumissus, tametsi in li-  
bertate moretur, libertatem tamen justam ne conseqüi-  
tor (b).*

## P R O B A T I O N E S.

(a) Hujus capitis solus meminist Auctor Frag. Vet. Icri  
§. 16. Obstat enim libertati Lex Elia Sentia, quæ vera  
servum, fæneratorum casssa manumissum cives Rom. finit,  
sed Latinum. Nisi itaque dicere malimus, auctorem hujus  
fragmenti jus omnibus notum plane ignorasse: dicendum  
sane erit, legem Eliam Sentiam distinxisse, in credito  
fraudem quis manumissus sit, an in fraudem fæneratorum,  
in quorum odium lex passa est servum, in eorum fra-  
dem manumissum, in libertate morari.

(b) Atqui Latinum factum esse, ait Auctor fragmenti.  
Factus omnino, sed deum ex L. Junia Norbana, quæ  
omnes Latinos fecit, quos justam libertatem conseqüi non  
paticebatur L. Elia Sentia. Videantur, quæ notavimus ad  
Cap. III.

## C A P. XI. (a)

*De mercede manumissionis.*

*Si quis eum eamve, quem quanve manumissionis  
rit, ad mercedem manumissionis praesidiane obligaver-  
it (b), juribus patronatus privator.*

## P R O B A T I O N E S.

(a) Hactenus de manumittendis & manumissionibus : Jam de prohibitis manumittendi conditionibus, de qui-  
bus PAULLUM Lib. Comment. 2. egisse, patet ex I. 6. D.  
de jur. patr. Ceterum sententiam capitilis servat I. ult. De-  
pit & a quib. manum.

(b) Non ergo prohibet Lex mercedem a liberto cape-  
re, sed cum obligare. I. ult. §. 1. qnt & a quib. manum.  
Nec haec prohibitio pertinet ad speciem si patronus sibi  
operis centum aut in singulas qui nos aureos stipulatus  
sit. PAULL. Lib. 2. I. 6. §. 1. D. de jur. patr.

## C A P. XII. (a)

*De jurejurando libertorum de liberis non tollendis.*

*Quo liberum, ut ne uxorem ducar (b), vel liber-  
um, ne nubat, liberosve collas (c), jurejurando adi-  
git (d), is quoque juribus patronatus privator (e).*

## P R O B A T I O N E S.

(a) De hoc quoque capite egit PAULL. Lib. 2. I. 6. D.  
de jur. patr. Ejus autem sententiam habes in I. 15. D. eod.

(b) Nec tamen incidit in legem patronus, qui castra-  
tam jurare coegerit uxorem non ducaturum. PAULL. Lib.  
2. I. 6. §. 2. eod. Incidit autem, qui adegit, ne intra-  
certum tempus liberos tollat, neve aliam uxorem ducat,  
quam de qua patronus senserit, vel non nisi collibertam,  
aut patrono cognatam. I. 3. §. 5. D. de fatis & legit. hered.

(c) Quid si patronus libertam adegerit, ut sibi nube-  
ret?

Pet? PAULL. Lib. 2. l. 6. §. ult. de jure patr. vel ne illis cite nuberet? l. 3. §. 5. de fatis & leg. ber. vel ut ea liberis impuweribus nuberet? l. 31. qui & aquit manu Nullo horum castuum patronus jure suo excidit. At excedit ille omnino, qui ipse non ducturus adegit tamen libertam, ne allii quam sibi nuberet. PAULL. Lib. 2. l. 6. §. 2. de jure patr.

(d) Item qui iurisjurandum non prohibet. Exemplum vide apud PAULL. Lib. 2. l. 6. §. 2. eod.

(e) Immo & liberi eius l. 15. eod. Unde nec ad legitimam hereditatem admittuntur. l. 3. §. 5. de sui & leg. ber. Interim tamen salva per hanc legem manet iurandi religio. Verum jurisjurandi etiam hujusmodi gratiam libertis libertabusque fecit Lex Julia & Papia Poppea. PAULL. Lib. 2. l. 6. §. 4. de jure patr. Diximus et de re plenius in Comment. ad L. Jul. & Pap. l. 2. c. 16.

### C A P. XIII. (a)

#### *De eo quod in fraudem Patroni factum.*

*Si quid dolo male liberti factum erit (b), quanto  
minus, quam pars debita bonorum, ad patronum ejus  
liberos perveniat, id, quod in fraudem legis factum erit;  
nullum esto: quod in fraudem patroni revocator (c).*

### PROBATIONES.

(a) Egit de hoc capite PAULL. Lib. 3. l. 11. si quis  
in fraud. patr. Sequitur itaque ultima pars legis de patre  
norum libertorumque officiis.

(b) Non est dolus, si patronus consentit. PAULL. Lib.  
3. l. 11. eod. nec si libertus dotem dat filiis. l. 1. §. 10  
ead. nec, si vivus amicis bene merentibus donavit. l. 4  
ead. Aliat nihil interest, quounque modo fraus legis  
est. l. 3. pr. l. 1. §. 1. 3. 13. 18. seq. eodem.

(c) Quid si, quod in fraudem patroni alienatum, non  
exstet? l. ult. eod. Quid vero intersit inter alienare in fra-  
dem legis, & patroni, fuit PAULL. explicasse videtur  
Lib. 3. eoque refero l. 17. qui & aquit manu l. 66. a  
verb. oblig.

## C A P. XIV. (a)

*De libertis ingratis.*

*Quem libertum libertaneve patronus (b) ingratum  
esse convincet, in laudemias deserit (c).*

## P R O B A T I O N E S.

(a) Egit de hoc capite ULPIAN. Lib. 4. l. 30. qui &  
a quib. man. Sententiam ejus debemus Dosith. Sentent.  
Hadri. cap. 3. §. 3. p. 862. Conf. Cujac. Obser. 10. 33.

(b) Quis accusare possit vel non possit libergum ingrati-  
tum, fuit docet Ulp. Lip. 4. l. 30. D. qui & a quib.  
man. l. 70. D. de verb. signific.

(c) Dosith. ibid. qui tamen falli videtur, dum cogni-  
tionem hanc dat ἐπάγκειον γνώσουσα: quam fuisse pe-  
naces Praefectum urbi patet ex l. 1. §. 10. D. de off. Pref. urb.

## C A P. XV. (a)

*De patroni officio ergo libertum.*

*Si qui patronus, si qua patrona, libereum libertam  
ve inopem non alet, is rave iuriorum patronatus priva-  
tor (b).*

## P R O B A T I O N E S.

(a) De capite hoc habes testimonium Modelstini. l. 6.  
pr. de agn. & al. lib. l. 33. de boni libert.

(d) d. l. 6. & 33.

§. 13. Denique observandum, caput legis. Aliae  
Sententiae de manumissore minore XX. annis (§. V.) in-  
caute sustulisse Justinianum, argumento usum sanc-  
perquam ridiculo, *quod libertas sit res inestimabilis.*  
§. 7. Inst. b. t. Inestimabilis enim non est ratione domi-  
ni, sed servi, qui ad illam adspirat. Conf. Thomas.  
Diff. de usu præb. doctr. de impend. manumiss. l. §.  
39. seq.

## TITULUS VII.

*De lege Fusia Caninia collenda.*

- §. 1. Lex *Fusia Caninia* quando & a quibus latet?  
 §. 2. Ratio hujus legis. §. 3. Legis materia. §. 4.  
 An ea ad manumissiones inter vivos pertinuerit?  
 §. 5. Quid fallum, si plures manumissi quam lex per-  
 mitteret. §. 6. An prudenter eam sustulerit *Justi-*  
*nianus.*

**A**D coercendam manumittendi licentiam compa-  
 rata etiam erat lex *FUSINIA CANINIA*, de  
 qua quum nihil dicat Imperator, nisi quod eam su-  
 stulerit, res paullo altius ex antiquitatibus Romanis  
 erit repetenda.

§. De genuina hujus legis ætate mira est eruditio-  
 rum diffensio. Sunt, qui latam hanc legem existi-  
 mant Q. Fusio Caleno, & P. Vatinio Coss. an. V. C.  
 DCCVI. & renovatam deinde sub Augusto, rogante  
 C. Canino Coss. anno V. C. DCCLI. Unde dicta  
 etiam sit ea lex *Fusia Caninia*. *Jac. Rævard.* *Conject.*  
 III. I. *Oisel. ad Caïs Inst.* I. 2. I. pag. m. 14. Sed  
 quoniam *Dionys. Halicarnasseus* adhuc sua ætate de ni-  
 mia manumittendi licentia conqueratur, & *Suetonius*  
 in *Aug. c. 40.* Augustum primum de numero manu-  
 missorum cavisse, dicat: credibile vix est, legem hanc  
 esse tam vetustam. Præterea vix ariquitate occurrit  
 exemplum legis, a duobus consulibus diversorum an-  
 norum cognominatæ. Hinc procul dubio hæc lex *Sex.*  
*Furio* (<sup>a</sup>) *Camillo & C. Caninio Gallo* Coss. anno  
 V. C. DCCLI. Hoc enim anno C. Caninum Gal-  
 lum consulem suffectum produnt *Annales Stephan.*  
*Vin. Pighii* I. 18. p. 530. & *Onuphr. Panvin.* E. p.  
 2. p. 185. Quin & ex nummo ejus consulatum relit-  
 tuit *Hub. Golz. in Fastis* pag. 222. *Conf. Schuling.*

---

(<sup>a</sup>) *Furii enim olim dicti Fusii, quemadmodum Pap-*  
*ti Papissi Vid. Proam. I. not. 6.*

ad Cai. Inf. 1. 2. 1. p. 24. Ephr. Gerard. Diff. de  
Eus. Canin. §. 7.

S. 2. Causa latæ legis eadem fuit, qua Ælie Sentiz, maxime vero, quod morientes domini sepulturæ integras familiæ manumitterent, tantum, ut coplures liberti pileari lecticam prosequerentur. Egregie hinc in rei Dionys. Halic. 4. p. 228. Scio, inquit, qui tota servitia testamento libera esse jubarent, ut benignitatis laudem ferrent post mortem, & in funerali elatione lecticam eorum magna pileorum profusæ queretur frequentia. In qua pompa quidam erant, ut a scientibus audiri, recente dimissi e carcere, malefici, mille supplicia meriti. Ihesus impuror urbis peccatumque cum stomacho adspicunt & respiciunt eorum consuetudinem, indignum facinus clamantes, populum, rerum dominium, & usurpansem sibi urbis imperium, talibus contaminari cibis. De ea pompa funebri conferri etiam merentur Jac. Cujac. Obs. 3. 23. Jo. Kirchmann. de Fun. Rom. 2. 7. Huic ergo licentiae manumitterendi, qua populus rerum dominium concaminabatur, obviā itum est hac lege Fusia Caninia, qua certus numerus est constitutus, ultra quem non valeret manumissionis. Et de ea lege etiam intelligendus Sueton. in Aug. Cap. 40. ubi utrasque legem, Fusiam nimirum Caniniam & Æliam Sentiam, sub Augusto conditas, conjugat.

S. 3. Ispan legi functionem nobis servarunt Ulpiian. in Iragn. 1. 24. Paull. Sent. 4. 15. Cai. Inf. 1. 2. 1. E diobus scilicet usque ad quinque servis duo manumitti poterant; ex sex & septem, tres; ex octo & novem, quatuor; ex 10. usque ad 17. quinque; ex 18. ad 20. sex; ex 21. ad 23. septem; ex 24. 25. 26. octos; ex 27. 28. 29. novem; ex 30. ad 44. decem; ex 45. ad 47. undecim; ab 48. ad 51. duodecim; ex 52. ad 55. tredecim; ex 56. ad 59. quatuordecim; ex 60. ad 63. quindecim; ex 64. ad 67. sexdecim; ex 68. ad 71. septuaginta; ex 72. ad 75. octodecim; ex 76. ad 79. novendecim; ex 80. ad 83. viginti; ex 84. ad 87. viginti & unus; ex 88. ad 91. viginti duo; ex 92. ad 95. viginti tres; ex 96. ad 100. viginti quatuor; ex 100. ad 129. viginti quinque;

que; ex 130. ad 134. virginis sex; a 135. ad 147. virginis septem; & sic consequenter pars quinta. Sed ultra ceterum manumittere nemo poterat, si familia vel 20. millibus servorum constaret, quales Romae fuisse familias, testantur Sen. de Tranq. anim. 8. Athen. Diplos. 6. p. 272.

§. 4. Quemadmodum vero haec lex ad solas manumissiones testamentarias pertinebat; ita inter viros integræ familiæ manumitti poterant, nisi aliae leges obstatent. Cai. Inst. I. 1. 4. Neque enim verendum erat tam facile, ne quis justo esset liberalior. Unde mira Taciti Imp. religio, qui manumisit, intra centum iamque, ne Caninam transire videtur. Vopisc. in Tacit. X. quasi Caninia ad manumissiones inter vivos pertinuerit.

§. 5. Si plures, quam lex permisit, essent manumissi; illi tantum, qui priores erant nominati, certe descripti, libertatem consequerantur. Si plures manumissi, nemo nominatus aut descriptus, omnes in servili conditione permanebant. Quod & tunc eveniebat, si testator in fraudem legis nomina servorum in orbe tertii aut ~~discrepantes~~ scripisset. Cai. Inst. I. 1. 2. quem scribendi modum exponit Merilli. Obs. 7. 40. ¶ & rectius adhuc Schulting. ad Cai. I. 1. 2.).

§. 6. Enimvero hanc quoque legem, sane utilissimam, sustulit Justinianus, quasi illa esset libertari invida, absurdumque videtur, a vivis integras familias manumitti posse, non item a moribundis. Vid. Inst. b. 1. & ibi Vinnius.

## TITULUS VIII.

*De his, qui sui vel alieni juris sunt.*

§. 1. Potestas dominica in quo consistit? §. 2. Gaudabant domini flure vita & noctis, §. 3. Quia iure dominum abusi sunt Romani, §. 4. Hinc Augustus faciem dominorum compescuit, §. 5. Quid & satrum SC. Claudiano & lege Petronia, §. 6. Hadriani severitas in dominos iniustos, §. 7. Consilium D. Pitt, §. 8. Ut & Constantini M.

**A**ltera personarum divisio, cuius quidem mentio sit in Institutionibus, ea est, qua aliae sui iuris, aliae ALIENO JURE SUBJECTAE dicuntur, qui nec patri, nec domino subsunt, lique etiam pasresfamilias in jure nostro vocantur. Ergo qui alterutrius in potestate sunt, veluti servi & filii familiæ, alterius iuri subjecti dicuntur. De potestate dominica hoc titulo, de patria sequente agitur.

§. 1. Potestas dominica duo potissimum jura completebatur: alterum, quod dominus per servos adquirerent, alterum, quod jure vitae & necis in eos utebentur. De priore agitur ad Tit. 9. Lib. 2. De posteriore jam nulla ex antiquitate invenienda sunt.

§. 2. Quum jus vitae & necis in servos iuri naturæ & gentium haud repugnet (b): non mirum profecto est, quod & Romæ id dominis competenteret, quibus servi non personarum, sed rerum loco, esse videbantur, ut supra monuimus. Tit. 3. §. 2. Conf. Seneca de Benef. 3. 23. §. 1. inst. h. t. Hinc & Hispo apud M. Senec. Contrav. 10. 4. in servum NIHIL non domino licere, ait.

§. 3.

(b) Dummodo non intelliges promiscue in servos serviendi licentiam, sed tale jus vitae & necis, quali gaudet magistratus: nihil iuvenies, quod iuri naturali repugner, Vid. Senec. de Clem. 1. 18. Tomas. Fund. Jur. Natur. & Gent. p. 4.

§. 3. Sed quo magis Romæ a virtute descitum eodius immunitusque cum servis actum, in quos reluti per ludum & jocum seviebant domini truculentissimi. Ut enim non dicam de diuissimis talitatem modis, uncinis, stimulis, laminis, crucibus, compediis, nervis, catenis, cæceribus, numellis, pedicis, bolis, tortoribus, suspensis e pede centupondatis, &c. de quibus Plaut. Asin. 3. 2. Jo. Menel. Aulicar. philol. ad librum de gloria 22. eo prolapsa demum fuit dominorum truculentia, ut exquisicissimis servorum supplicijs oculos pascerent. Exempla extant apud Senecam de ira 3. 40. Clemens. 18. Plin. Hist. Natura. 9. 23. Juvenal. Sat. 6. v. 219. seq. Tertull. de pallio in fin. Vulgare supplicium crux erat, in quam ob levissima delicta ibant servi. Nota vox non feminaz, sed faritz, apud Juvenal. Sat. 6. v. 219. seq.

*Pone crucem servo. Meruit quo criminis servut  
Supplicium? quis testis adevit? quis deridit?*

*Audi:*

*Nulla satir de vita hominis cunctatio longa est.  
O demens, tua servus homo es? Nihil fecerit,  
est:*

*Sic volo, sic jubes, sicut pro ratione voluntas.*  
Nec quidquam miseris eripiebat cruciatibus, ni se ad aras Deorum, vel principis recipierent statuan, si bique deprecationem pararent. De quo ritu videndus Wovverus ad Petron. p. 148. Unde reipublicæ intererat, dominos in servilia corpora impune lievientes, latis legibus coerceri.

§. 4. Factum id primum sub Augusto, qui praefectio urbi id dederat negotii, ut dominorum sevitudinem ac libidinem & in prebendo victu fordes atque iniuriam compesceret; si recte divinavit Lips. ad Sen. de Benef. 3. 21. De servorum sane querelis Praefectum Urbi cognovisse, satis patet ex Ulpiani l. 1. §. I. 3. D. de off. pref. urb. Tacit. Annal. 6. 11.

§. 5. Deinde & Claudius Imperator dominorum, servos ægrotos exponentium, vel plane necantium crudelitatem SCto coercuit, illosque servorum amissione, hos ordinaria homicidij poena multatavit, Suet. Claud. 25. Dio Cass. Hist. 60. p. 625. Porro non mul-

multo post lata lex Petronia anno V. C. 814. C. Petronio Sabino Turpiliiano & C. Caesonio Pato Consulibus (<sup>d</sup>), qua vetitum, ut ne liceret dominis servos suos arbitrio ad bestias depugnandas tradere, sed causa prius a judice cognoscetur, l. 11. §. 1. 2. D. ad L. Corn. de siccari.

§. 6. Tum postea Hadrianus dominorum crudelitatem rescriptis legibusque quam plurimis inhibuit. Sic Umbriam matronas, quae levissimis de causis acerbis tractaverat ancillas, in quinquennium relegavit, in fine D. h. 2. Idem & renovavit legem Petroniam, ergastula servorum & libertorum sustulit, & servos, nisi cognita a Judicibus causa, occidi retinuit. Spartan. Hadr. 18. & ibi Casaub.

§. 7. Successit porro constitutio D. Pii, que dominis in servorum suorum vitam non plus potestatis concessit, quam in alienorum, prenam legis Cornelie minatu iis, qui servos sine justa causa occidissent lib. I. §. 1. l. 2. D. h. 2. Idem Imp. venire jussit servos, qui acerbius tractati a dominis ad statuas

(d) In dubium tamen id vocat Petrus Faber. Somestr. 2. 31. p. 134. qui negat, hanc legem vocandam Petroniam, sed dici eam invicit Petroniam, latam quippe a Petilio & Cassio Apreniano Coss. A. V. C. 875. Idque primo ideo, qua lex Petronia de longe alia re, puta de prevaricatione & calunnia egerit, l. 16. C. ad L. Jul. de adulc. Deinde quia de Hadriano referat Spartanus, enim Tervos a dominis occidi vetusse, eosque damnari voluisse per iudices. Sed ut plures potuerunt esse leges Petroniae, ita in una harum de servis quadam cuncta esse, patet ex l. 24. D. de manumis. & Pauli. Sent. 4. 12. 5. Idem deinde Hadrianus confirmare potuit, & severius facere, quod ab antecessoribus statutum, in desuetudinem venerat, aut ois-soleverat penitus. Semper sane hec lex Petronia, numquam Petronia vocatur. Immo non obscurum est, diversas plane leges confundi a Petro Fabro. Prior enim de prevaricatione dicitur Iusta Petronia, quo autem dicenda esset Petronia Cesonia. De his Cossi. vid. Henr. Noris. Ep. Conf. p. 400.

126 *Ant. Rom. ad Inflit.*  
tuas principum confugerant, §. 2. *Inflit. hoc tit. collat.*  
*leg. Mys. & Rom. 3. 2. pag. 742.*

§. 3. Postremo Constantinus M. sanxit, ut, qui ser-  
vum suum occidisset castigando, penam legis Cornelie  
de fiscatis non subiret. Siā terrarentis aut destinaro coa-  
filio id fuisset factum, dominus ordinaria homicidii  
pena plectere ur, *t. un. C. de emend. serv. Jac. Go-*  
*thofr. ad l. 1. & 2. C. Thod. de emend. serv. l. 9. 12.*

## TITULUS IX.

### *De Patria potestate.*

§. 1. *Patria potestas Romanorum alii gentibus iac-*  
*gnita, §. 2. Ejus auctor Romulus, §. 3. Eam pa-*  
*tres perpetuo retinebant, §. 4. Et iam in nepos.*  
§. 5. *Complectebatur jus vita & necis, §. 6. Jus*  
*ter vendicandi liberos, §. 7. Jus adquirendi per*  
*liberos, §. 8. Jus vita & necis quibus gradibus*  
*obsoleverit? §. 9. Ut & tria liborum venditio,*  
§. 10. *Quid circa acquisitionem per liberos aliquae*  
*jura mutuantur?*

**A**lieno quoque juri subjecti sunt filii filiaeque fa-  
miliae, & hinc iam de PATRIA POTESTATE ex  
antiquitatibus agendum.

§. 1. Rette Imperator §. 2. *Inflit. h. t. Jus*, inquit,  
*potestatis, quod in liberos habemus, proprium est ci-*  
*vium Romanorum. Nulli enim alii sunt homines, qui*  
*selem in liberos habeant potestatem, quam non habe-*  
*mus. Quamvis enim apud Persas (e) etiam parentes*  
in

---

(e) Etiam Atheniensibus jus vita & necis in liberos fu-  
se concessum, ex Sex. Empir. *Fyrt. Hypot.* 3. probati pos-  
se existimat Ossilius *ad Caes. Inflit.* 1. 1. p. m. 31. qui  
ideo Romanam illam legem Athenis arcessit. Sed nihil  
fuisse in Solonis legibus juri isti Romano simile, lucu-  
lenter ostcadiit Dionys. Halic. 2. p. 96. ubi ex instituto  
utriusque gentis leges inter se coppendit. Conf. Jo. Meur.  
*in Solen.* 22. p. 79. & in Themist. Att. 1. 2. & 3. Guber.  
*Digres.* 2. 6. Thomas. de usis præst. doct. de patria p. 1. 13. 14

in liberos imperium satis durum & fere tyraunicum exercuerit, filii suis tamquam servis usi, teste Arist. Eth. 8. 10. Romani tamen adeo gentes omnes reliquias hoc in re superarunt, ut patria eorum potestas maioribus vitoribus non immixta vocetur *patria maiestas*. Val. Max. VII. 7. 5. Quintil. Declam. 375. conf. Theod. Marci. in *interpretam.* 12. Tabul. Cap. 24. ) Erant enim liberi in DOMINA JURIS Quiritionum, & hinc poterant vindicari, l. I. S. 2. D. de rei vind. Iis surreptis locum habebat actio furi, l. 14. S. 13. & l. 38. D. de furs. Mancipabantur etiam tamquam res mancipi. Caj. Inst. I. 6. 3. Byukersch, de jure occidenti liberos I. p. 145. Immō dūfior quodammodo apud Romanos erat liberorum, quam ipsorum servorum, conditio: certe non multo tolerabilior, ut facentur Libani. Declam. 37. Seneca Contr. 3. 9. & 18. Lactant. Divin. inst. 4. 3. Servius ad Virgil. Aeneid. II. v. 143. unde & servire patri dicuntur liberi. Lycost. Div. institut. 4. 3. Get. Noodt Probl. 2. 9. p. 64. Quae omnia satis evincunt, liberos ratione aliorum hominum faisse personas; ratione civitatis cives, at ratione patris res, aequa ac servos. Vid. Elém. Jur. Civ. secund. ord. inst. S. 135. seq.

S. 2. Auctorem hujus juris esse Romulum, testis locupletissimus est Dionys. Halic. 2. p. 96. & hinc ipse Papinianus apud auctorem collat. leg. Mos. & Rom. Tit. 4. 8. ejus potestatis originem refert ad legem regiam. Nec obstat, quod Ulpianus patetiam potestatem monitus receptam dicit, lib. 8. D. de his qui furi sui vel alieni jur. Recipit enim eo ipso ad 12. tabulas, in quas illud jus receptum, non tamquam lex regia, (leges enim regiae omnes statim ab ejecto Tarquinio Superbo exoneraverant, lib. 2. S. 3. D. de orig. jur.) sed tamquam mos vetus. Non ferebat feliciter insigne illud odium, quo Romani regium nomen prolequebantur, ut quidquam legibus acceptum ferre vellent, Schulring. ad Collat. leg. Mos. & Rom. 4. 8. p. 749. seq.

S. 3. Primo ergo patria potestas non fecus, ac domi-

minorum, e Romuli instituto erat perpetua, durabatque per omnem patris vitam, nec quisquam liberorum, vivo & invito parente, sui juris fiebat, etiamsi tractaret rempublicam, magistratus gereret, summamque studii erga patriam laudem esset commeritus. Dionys. Hal. 2. §. 96. Attamen hoc ius patriæ potestatis cedebat dignitati, immo interquisiebat tantisper, & connivebat, uti docet Gell. Not. Att. II. 2. Quo etiam referenda I. 13. §. 5. & I. 24. pr. D. ad Sc. Trebell, quas egregie illustrat V. A. Cornel. van. Bynkersh. Obs. I. 18.

§. 4. Deinde huic patris imperio non solum filii & filia, sed & illorum liberi & nepotes suberant, quamvis filii essent milites I. 7. C. b. r. Eum vero potestatem non uterque parcas habet, sed solus parcer, ideo *familie princeps* vocatus ab Ulpiano *Pragm.* 4. 1. quo defuncto demum liberi sui juris esse ceperunt.

§. 5. Denique iura ipsa, quæ illa patriæ maiestas complectebatur, plane erant singularia. Et I. quidem hoc pertinet *JUS VITE ET NECIS*. Licebat enim patris filium, tamquam tem suam, non solum exponere (*f*), in carcerem detrudere, flagris ex-  
de.

---

(f) *De partui expositione* & *nice apud veteres eruditissimus exstet commentatorius Gerardus Noodtlii, quem *Julium Panullum* ipse inscripsit. Nos inde hujus immanis confusione historiam quasi per Indicem, dabimus. Ex Romuli Iege non licet exponere masculos, nec ex leuiore sexu filias primogenitas, nisi ex quinque vicinorum sententiis monstruos, debiles, aut insignes ad deformitatem essent judicati. Dionys. Halic. Ant. Rom. 2. p. 88. Quæ Romuli lex etiam in 12. tabulas cum aliis migravit. Cic. de Ligib. 3. 8. At utraque lex adeo sensim exolevit, ut etiam sub Imperatoribus nihil esset ea expositione frequentius. Suet. Octav. 56. Calig. 5. Tacit. Hist. 5. 5. Tertull. ad nation. 1. 15. Idque nec SC. Ianciano nec altero, quod sub Hadriano prodiit, mutatum fuisse, docet Ger- Noodt. Jul. Panll. 3. p. 350. qui etiam cap. 4. 5. 6. observat, sub Diocletiano adhuc & Maximiano, immo &*

dere, vincitum ablegare ad operas rusticas, sed & quo-  
vis suppicio, si meruisset, necare. Dion. Gal. 2. p.  
96. 97. Simplic. *Comment. ad Epictet. Enchir.* 37. l.  
11. D. de liberis & postum. bared. Unde mirum est,  
Libanum Decl. 21. hunc veteris juris rigorem beni-  
gniore interpretatione emollire, partibusque tantum  
concedere *in iuris tribus tribusq[ue]a, conminationem mor-  
tis.* Aliud enim docent tot exempla, ex quibus pa-  
pet, patres domi, adhibitis in consilium necessariis,  
virisque principibus, liberorum caussas cognovisse (g),  
iisque pro rei gravitate penas & suppicia inflixisse.  
Val. Max. V. 2. Sen. *de Clem.* 1. 15. Hunc in mo-  
dum a patriis necati dicuntur Caecilius, Val. Max.  
l. c. ( quamvis id argumentis solidis in dubium vocet  
Dionys. Halic. *Ant. Rom. lib. 8.* ) Fabii Eburni fi-  
lius, apud Quintil. *Declamat.* 3. Scaurus apud Val.  
Max. *ibid.* Fulvius, apud Sallust. *de bello Catill.* 39.  
Titius vero Arrius eodem jure filium exilio dannav-  
it, apud Sen. l. c.

§. 6. Eadem patria potestas complectebatur II. *ius  
ter VENUNDANDI FILIOS.* Si enim prima vice vendi-  
tus in servitatem filius, manumissione libertatem re-  
cuperasset, iterum vendi poterat a patre. Iterum ma-

---

sub Constantino IIcousseinfantes expondere: primosque eam  
truculentiam inhibuisse Valentianum, Valentem & Gra-  
tianum, l. 2. C. de Infant. exposit. Sed huic sententie in-  
tercessit Vir illistr. Corn. van. Bynkershoek in libello  
de jur. occid. liberis, ubi citius hoc cacoethes legibus  
veritum statuit, quamque multo post sententiam suam  
tueretur laudatus Noodtius singulat. Epist. ea de re nu-  
per edita: sequitur hinc Bynkershoekii Cura secunde, id  
est, notæ, & stricture ad illam amicam Noodtii Respon-  
sionem. Rem confidere videtur locus Tertull. *ad Nation.*  
1. 15.

(g) Hinc pater appellatur *judex domesticus* apud Senec.  
*Consol.* 2. 3. *domesticus magistratus* apud Seucc. *de benef.*  
3. 11. *censor filii* apud Suet. *Claud.* 16.

sumissus, denuo in potestatem patris recidebat, vendique adeo poterat tertium. Sed impetrata tertium libertate, et patria deum potestate exhibat. Dionys. Halic. 2. p. 97. Simplic. Comment. ad Epictet. Enchirid. 37. Et quanvis Jac. Rævard. ad 12. Tab. 3. Alexander ad Caii Inst. 1. 6. 3. p. m. 56. & Jac. Gothofr. ad LL. 12. Tab. 4. p. 202. erroris arguant Dionysium, eamque Romuli legem de imaginaria illa triplex venditione, quæ in manummissione observabatur, intelligendam arbitrantur; hos ipsos tamen in eo fugit ratio. Ritus enim ille imaginariae venditionis fuit legis actio. Legis vero actiones deum e 12. Tabulis natæ sunt. Iphis quoque Alexandri & Gothofredi argumentis abunde satisfactum a Theod. Marci. Interp. 12. Tab. cap. 25. Ant. Schulting. ad Ulp. Frag. 10. 1. p. 592. Bynkersh. de iure occ. lib. 6. p. 177. & Cel. Thonatio Dill. de nra præf. Tit. Inst. de patr. pot. 1. Ceterum ea lex Romuli primum a Numa paullulum restricta est, negatumque patribus ius vendendi filios illos, quibus uxores ducere permisissent. Dionys. Halic. 2. p. 98. Postea in eas ipias 12. tabulis migravit, ubi his fere verbis legebatur: ENDOITURIS JUSTIS JUS VITÆ NECIS VENUNDANDIQUE POTESTAS EI ESTO. SI PATER FILIUM TER VENUNDUIT, FILIUS A PATER LIBER ESTO: Ulp. Frag. 10. 1. Jac. Gothofr. in quist. font. jur. civ. de LL. 12. Tab. 4.

§. 7. Denique & III. JUS ADQUIRENDI per liberos patria potestate continebatur. Sex. Empir. Pyrrh. hyp. 3. 24. L'gum Romanarum autores liberos in manus parentum ad instar servorum esse voluerunt, neque suorum bonorum ipsorum esse dominos, sed parentes, donec manummissione co modo, quia mancipia solent. Sed de hoc iure intra ad Lib. 2. Tit. 9. dicemus.

§. 8. In his omnibus vero sensim nonnulla mutata sunt cultioribus reipubl. temporibus, maxime quin ista domestica maiestas statut monarchico sub Imperatoribus parum consentanea videtur. Ecce primo quidem quod ad jus vitæ & necis attinet, ea mutatione non facta iam ante exactos reges, ut visum Rævardi ad 12. Tab. cap. 3. nec tempore Augusti, ceu  
cre.

credidit Franc. Balduno ad leg. Rom. 17. pag. 24. nec denique sub Diocletiani tempore, ut existimabant Theo L. Marcil. *interpretem. leg. 12. Tab. c. 23.* vel sub Constantini, ubi credidit Gipian. ad l. n.s. C. de patr. pot. s. multo minus Valentiniani, Valentis & Gratiani imperio quo Lipsi epist. ad Belg. 1. 87. sententia est: sed a temporibus Trajani, qui filium male contra pietatem a parente affectum emancipavit, nec eo defuncto patri bonorum possessionem concessit. L. n.s. D. si a parente quis munum. s. Ejus exemplum deinde sequutus Adrianus patrem, qui filium ob adulterii suspicionem in venatione occiderat, in insulam deportari jussit, quod latronis magis, quam patris iure cum interficeret, parum memor, parvam potestatem in pietate, non in atrocitate consistere debere, l. 5. D. ad l. Pomp. de parricid. Hinc ab Alexandri Severi temporibus invaluit sensim mos, filios gravius delinquentes offerendi magistribus, quibus tamen ipsi parentes praescribent sententiam, in filiis exequendam. lib. 13. S. n.s. D. de re milit. l. 3. C. de parria pot. l. 2. D. ad leg. Corn. de sciar. & l. 11. in fin. D. de lib. & poss. hered. inst. ubi Paulus, corum temporum jurisconsultus, non licet, inquit, occidere liberos, sed licet. Denique ne id quidem relictum parentibus, ut filios immorigeros, abdicarent. l. 6. C. de parr. pot. Ergo tocum illud jus vitae & necis quod parentibus ollint competierat, paullatim restrictum, demum a Constantino M. sanctione penal sublatum l. un. C. de his qui per. vel lib. tocumque in magistratus translationem est per constitutionem Valentiniani, l. un. C. de evend. propinq. Thoamas Diff. de usu pralt. tit. inst. de parr. pot. l. 22. seq. p. 9. seq.

S. o. Multo minus trinam liberorum venditionem salvam esse possi sunt Imperatores. Hi enim, (non ut Baldinus putat, libera rep.) id jus parentibus ademerunt. Primum, non Hadrianus, sed ut videtur, Diocletianus, liberos ullo titulo alienari vetuit, l. 1. C. de patrib. qui fil. sunt diff. Deinde Constantinus parentibus, cum extrema inopia confundantibus, liberos sanguinolentos

tos (b) tantum vendere permisit, ea tamen lege, ut licet & patri vendenti, & filio vendito aut cuicunque alii, pretio aut mancipio redditio, ad ingenuitatem provocare. L. 2. C. de patr. qui fil. distrax. Immone hac venditione sanguinolentorum clet opus: paullo post idem imperator sanxit, ut inopes parentes alimenta e publico acciperent L. 1. & lib. 2. C. Theod. de alment. quae inop. parent. e publico petere debent L. 11. tit. 27.

§. 10. In tenio jure adquirendi per liberos quid mutatum sit paullatim, intra suo loco, id est, lib. 2. tit. 9. n. 2. dicimus. Jam addimus, & alia parentum iura sublata, vel immunita saltum fuisse. Sic sane quoniam olim & filii filiaeque familiæ noxae dati possent a patre: id jus iis admittum esse, docet Justinianus. §. ult. Inst. de nox. all. Quam parum patris arbitrio relictum fuerit in exhibendis liberis, infra ad eum titulum explicabimus. Nec receptionem amplius, ut patri filius se hæres necessarius. Quæ omnia olim aliter se habuissæ, suis locis patebit.

## TI-

---

(b) Filli sanguinolenti sunt recens nati, & adhuc ab utero rubentes. Eos enim vendi perniserat Constantinus ab periculum expositionis. Eiusus hoc demonstrat Uten. Digress. 2. 5. Solebant enim partus sanguinolenti vel ad Decem in solitarium locum abjici, vel ad loca quædam populi Romani publica deferriri, & talis fuit Iactaria columnæ, de qua Festus p. 303. Iactaria columnæ in foro alitorio dicta, quod ibi infantes latie altos deferebant. Consi. Rayard. Conject. 2. 17. p. 32.

## TITULUS X.

## DE NUPTIIS.

- §. 1. Diversi nuptiarum ritus. §. 2. Confarreatio quidam.  
 §. 3. An ex solis Ponisicibus & Flaminibus propria? §. 4. Ejus officia, I. sacrorum communio.  
 §. 5. II. Liberi patrini & matrini. §. 6. III. Uxor in manum convenientis, materfamilias in potestate mariti. §. 7. IV. Bonae uxoris ad maritum delecta. §. 8. V. Conjugium ejusmodi sola dissarreatione solubile. §. 9. Confarreationis ritus cur obseruerit? §. 10. Coenatio an a confarreatio diversa. §. 11. Ritus iste coenandi. §. 12. Effecta coenationis. §. 13. Quo rite ejusmodi nuptie dissoluntur? §. 14. Usus, qualis nuptiarum ritus. §. 15. Requisita iustarum nuptiarum I. pubertas, II. consensus patrum. §. 16. III. Civitas Romana. §. 17. IV. Graduum prohibitorum observatio. §. 18. V. Monogamia.

**P**atria potestas adquiritur vel per justas NUPTIAS vel per LEGITIMATIONEM, vel per ADOPTIONEM. De nuptiis & legitimatione titulo hoc IO. de adoptione sequente agitur. Non abs re vero hic titulus in Pandectis inscribitur de rite nuptiarum, videnturque veteres Jcti probe intellectissime, quantum inter se studiosi juris, ritus illos nuptiarum qui jura diversissima producebant, perspectos habere. Hinc procul dubio illo titulo de ritibus nuptiarum accurate egerunt. Sed Tribonianus, retepta in pandectis veteri rubrica, rem ipsam omisit, neque ullum titulo isti inseruit fragmentum, quod ad illustrandos illos veteres ritus faceret. Thomas. de usu prael. doct. inst. de nuptiis. I. I. p. I. Ergo ex antiquitatibus supplendis hiatus; quod jam ante nos fecerunt Bern. Brissonius libris de rite nuptiarum & jure connubiorum. Ant. & Franc. Hotomani de veteri rite nuptiarum, &c., qui sere omnium industriam superavit, Thomasius, laudata dissertatione.

§. 1. Flebant yugis apud Romanos vel ita, ut  
IXXOZ

uxor CONVENIRENT IN MANUM, & fere MATERFAMILIAS, vel ut SINE IN MANUM CONVENTIONE docilia conficerent instrumenta, & non materfamilias, sed MATRONA habebetur. Gell. 18. 6. Prius non sola siebat CONFARREATIONE & COEMTIONE, sed & USU, ut dicitur tradit Cicero pro Flacco cap. 34. Itaque tres iros modos distincte recentent Arnob. adv. gent. q. p. 83. Serv. ad Virg. Georg. 1. l. 31. Boeth. ad Cic. Topic. 3. & e recentioribus Brissontius. & Horomarus, libris bandatis. Ast non desunt, qui confarreationem & coemtionem pro uno eodemque ritu habeant.

S. 2. CONFARREATIO, a Romulo inventa<sup>(i)</sup>, fuit ritus nuptiarum antiquissimus, quo certis verbis & testibus docem præsentibus, & solemissi facto sacrificio, in quo panis quoque ferreus adhibebatur, uxor conveniebat in manu mariti. Dion. Halic. 2. p. 95. Ulp. Fragn. 1. II. 13. 22. 14.

S. 3. Erat vero hic ritus non pontificibus solumque proprius, ut nonnulli recentiorum existimant Boeth. ad Cic. Topic. 3. Alex. ab Alex. Genial. diei. 2. 5. Dalechamp. ad Plin. Hist. Nat. 18. 3. sed cibis Romanis omnibus communis, quamvis in pontificum & flaminum martionitis necessarius videretur, ac proinde inter illos diutissime servaretur. Præterquam enim, quod id diversis verbis testatur Dionys. Halic. l. c. ipso fine loco Taciti Ann. 4. 16. quo tamē imprimis nicuntur dissidentes, id non obscurè significatur. Nihil enim rari aut insitati habuisse illa patri-

(i) In dubium id vocat Jan. Rovard. ad 12. Tab. 21. p. 95. ob locum Plinii Hist. Nat. 18. 2. in quo uia farris in sacrificiis a Numa demum inventus dicitur. Sed falsum id esse, ex Catonis fragmento pater apud Serv. ad Virg. Aeneid. 10. v. 541. qui refert, Latini boves IMMOLATOS, priusquam cederentur, profugisse in silvam. Quum vero immolare idem sit, ac mola farsa e farte confecta inspergere: Serv. ad Aeneid. 10. v. 541. Heins. epist. ad Balsac. p. 185. facile pacet, jura ante Romuli tempora farris usq[ue] in Latip suisce receperissimum.

trimorum & matrimoniorum inopia, de qua conqueritur Tacitus, si soli flaminis ac Pontifices hoc ritu iniis-  
fent matrimonium.

S. 4. Effecti confaricationis erant, i. sacrorum communio. Dionys. Hal. 2. p. 95. *Yuuixit pupulus auro rubeo capite, claudicata est ea, manu ita trahitur ei ad ymudum et caput. Mulierem nupiam, quae juxta leges sacras contigerat cum vero, Ruminus participem esse voluisse omnium honorum & sacrorum. Unde Modestinus L. 1. D. de rite nupt. Nupiae sunt conjunctio me-  
ris ac feminis, consortium omnivae, DIVINI & humani juris communicatio.* Scilicet in ipsis veterum iudeis erant Dii Penates cuivis familie proprii, quo ipso differebant a Laribus, quippe qui erant communis omnibus. Illi in cubiculo, portico atque atrio; hi etiam in compitis, viis, inmo & in castris, & navibus colebantur: unde Lares domestici, compitales, militares & marini, Lares item comitii posentes, pu-  
blici, viales, circuatum, rurales, in marmoribus & apud veteres auctores passim occurunt. Grutt. inscr. p. 78, 1. p. 106, 12. & 4. p. 10. 2. Reinel. inscr. Class. I. 240. 153. & 159. Desid. Herald. ad Tertull. Apol. 1. 25. Idem in Advors. I. 7. Jo. Meurs. Au-  
tor. philol. ad libr. de Gloria 2. Utrisque simulacra dedicata erant, caninis induita pellibus, Plutarch. q.  
Rom. 51. p. 276. & arce posita ac soci, res in domo sanctissimae, a quibus adeo nemo poterat sine ingenti scelere abstrahi. Cic. pro domo 1. & pro Rege Dejus. (k) Quemadmodum vero ad haec sacra non nisi illi admittebantur, ad quos aliquando transitura es-  
set sacrorum hereditas: ita non certior poterat esse conjunctio, quam qua quis in alterius gentem & sa-  
cra transiret. Præterea ejusmodi sacrorum communio rescindi non poterat, nisi auctores fierent Pontifices, nec certior erat spes successionis, quam qua ex illa sacrorum pugnaretur. Et hinc parat ratio, cur

in

(k) Et hinc etiam Iucem accipit a 1. D. de in ista  
goscendo, de qua infra erit dicendi loco.

MS. B. 1. 1. GRAF

in his nuptiis tam necessaria fuerit dominum deducio, multis facta solennibus, quas describit Birn. Brisson. Ant. I. 18. & de Rite nupt. p. m. 223. Fixa enim erant Penitium sacra, ac hereditaria, hinc nemo per confarreationem uxorem accipere poterat, nisi cui esset dominus ac lararium, in quo uxor cum eo communibus sacris frueretur.

§. 5. Deinde & id singulare erat confarreatiois effectum, 2. quod ex confarreatis parentibus nascerentur patrini, & matrini, quorum magna erat in sacris prærogativa. Tacit. Hist. 4. 53. Fest. voce Illemin. p. 289. & patrini p. 358. Sunt, qui patriminos & matrinos eos vocant pueros, quorum parentes essent superflites. Vid. Pith. ad Collos. Leg. Mof. & Rom. 16, 2. p. 790. edit. Schulting. Sed hi omnino opinione sua falluntur. Quamvis enim & id requireretur in sacris, boni ominus caussa, ut recte a Pithœo observatum est: patrini tamen & matrini proprie erant confarreatis parentibus nati. Nec aliter Festus, qui falso plerumque a dissentientibus laudatur.

§. 6. Adhac id sequebatur effectum, 3. ut uxor, quæ confarreatione in manum convenerat, fieret MATERFAMILIAS, & filiae loco haberetur, adeoque esse haeres sua. Dionys. I. c. Ulp. I. c. Gell. 18. 6. Quæri hic solet, an uxor, per confarreationem liberata patria potestate, in viri potestatem transferitur? Affirmat Ant. Hotom. de ritu nupt. 20. p. 298. Sed negant alii. Thomasius Dissert. alleg. I. p. 22. Verum licebit hic cum Hotomano facere. Auctores sane omnes facentur, 1. uxorem convenienter in manum. Manum vero in jure significare potestatem, lararium est. Immo 2. Gellius Noct. Att. 18. 6. multo disertius uxorem ejusmodi in mancipio fuisse statuit. In mancipio vero esse procul dubio includit potestatem (Ulp. Frag. 10. rubr. & ibi Schulting. & Tr. 20. 18. 24.) immo & ipsius dominium juris Quiritium. Bynkershi. de iure occid. lib. c. 1. Idemque sibi volunt auctores, quando uxorem marito SERVIRE dicunt. Virg. En. 4. v. 103.

... Liceat Phrygia servire marito.  
ad quæ verba videndus Servius; nec non quando ma-

riti ab uxoribus vocamur DOMINI. Serv. Ad Virgili.  
Æneid. IV.

- - Connubia nostra

*Repulit, ac dominum Ænam in regna recepit.*  
 Add. Nonn. Marcell. cap. 4. n. 121. III. Observavimus, confarreatas uxores in sacris mariti fuisse. Sacrorum vero communio conjuncta erat cum potestate. Unde formulæ: *in parentum sacris esse constitutum*, *in gentem & sacra aliquis transire, sacris paternis absolvit &c.* Vid. Barn. Briffon. de verb. sign. p. 1216. edit. nostr. Accedit IV. quod Ulpianus in manum conventionem inter genera capitis distinctionis refert. Tit. 17. 13. Quomodo vero capite deminuta dici potuisse uxor, si vel sui juris, vel in patria potestate manifestet? Nec V. id omittendum, uxores antiquissimis temporibus adsumsisse nomina maricorum, tamquam filias. Qui mos etiam sub Imperatoribus, quem jam obsolevit et confarreatio ritus, mansit. Hinc in lapidibus occurserunt ANTONIA DRUSI, DOMITIA BIBULI, MESSALINA NERONIS, DOMITIA DOMITIANI, Rupert. Epist. 41. ad Reines. lap. 156. 235. 237. Gruter. Inscr. p. 584. II. p. 618. 9. p. 879. 7. (l). Plura exempla dabit V. C. Jac. Perizon. Dissert. de divina conslit. Deut. 25. 5. 6. Præterea VI. re ipsa potestatem summam in uxores, non fecus ac in filias, exercebant mariti. Quidquid adquirebat uxor, marito adquirebat. Omnis enim, que ejus erant, viri fiebant dotis nomine. Cic. Topic. q. (m). Jus quoque vitæ & necis competit maritis in uxores adulteras, vinclaz, aliiisque se sceleribus polluentes, notum est ex Dionys. Hal. II. pag. 96. Gell. II. 23. ex quibus patet matritos domi sua tamquam judices de uxorum criminibus

(l) (Quin Reines. Inscr. Cl. 1. inscr. 18. & Cl. 6. inscr. 2. colligit exempla uxorum, tum que maritorum nomina adsumserunt, tum que paterna retinuerunt, quarum illæ in manum convenerant, hæ non convenerent.)

(m) Hinc & peculium habebant matres familias, tamquam filiaz & servaz. Vid. Plaut. Espan. 3. 2. 26.

bus cognovisse. Exempla vide apud Plin. Hist. Nat. 14. 13. Multis etiam sub Imperatoribus pristini matri vestigium, teste Sueton. Tiber. 35. Ta it. Annal. 1. 13. 32. Denique VII. ex insigni loco Caii apud Partitorum L. Mos. & Rom. tit. 16. patet, formis locis libertatis suisse matrem aut novercam, qua per immunitum conventus apud patrem eorum JUS FILIIS consequuta sit. Quare negandum haud videtur, uxores, qua confarreatione in manum venerant, in potestate maritorum fuisse. Get. Noodt Probat. 2. 9. p. 64.

§. 7. Quartum effectum erat, IV. quod maritus bona omnia uxo is nomine docis acciperet. Cic. Topi. 4. & id quidem procul dubio, quia illa erat in mariti potestate, cetero paullo ante diximus. Unde Terent. Andri. 1. 5.

*Te ihs virum do amicum, tutorem, patrem:  
BONA nostra hac tibi COMMITTO, & sine ma-  
do fidei:  
Hanc nissi in manum dat.*

Ex quo facile patet, quicunq; sit docis dominii origo, de qua infra Lib. 2. Tit. 8. dicendum erit pluribus.

§. 8. Quintum effectum erat V. quod connubium ejusmodi dissolvi non posset, nisi DIFFAREATIO-  
NE, quae, quum teste Festo, voce diffarreatio, est  
genus sacrificii, procul dubio non nisi auctoritate pa-  
tificum fiebat, & hinc erat rarissima, & difficultissima,  
in qua teste Plutarcho, ( Quest. Rom. p. 276. ) mul-  
ta tristia ac abominanda fieri solebant. Quare prius  
et ip. temporibus existisse negant divortii exemplum  
usque ad annum V. C. DXX. Dionys. Il. p. 96. Piat.  
in Romal. p. 39. & in Numa p. 77. Valer. Max. IL  
2. Gell. 4. 3.

§. 9. Enimvero hic ritus confarreationis ob in-  
curiam virorum & feminarum, difficultatesque cerino-  
narum, studium item conservandæ pauperis potestis  
impeniarum magnitudinem, & maxime denique ob  
gratissimam divortiorum licentiam, ita feminæ obso-  
levit, ut Tiberii tempore non amplius reperiri pos-  
sunt tres flaminæ candidati, confarreatis prognas p-  
rentibus. Tacit. Annal. 4. 16.

S. 10. Dintius paulo viguit secundus nuptiarum ritus, videlicet COEMTIO (n). Et sane videtur coemtio & in confarreatione fuisse addititia, quamquam ritus accessorius. At postremis temporibus Romani, neglecto primario confarreatonis riti, volum accessoriū, id est, coemtionem, retinuerunt, & inde factum, ut multis secundus hic modus ab illo primo non videatur discrepare. Cicero certe pro Flacco 34. modes re ensans, quibus in minum conveniatur, confarreatonis plane non meminit, sed coemtionis & usus, eam haud omissurus, si telpa eo tempore inter confarreatiōem & coemtionem quādam fuisset discentia.

S. 11. Siebat COEMTIO non solum a sposo, sed & a sponsa. De illo marmor vetustum luculentem testatur, quod ita se habet: PUBL CLAUD QUÆST. ÆR. ANTONINAM VOLUMINAN VIRGINEM VOLENT. AUSPIC. A PARENTIBUS SUIS COEMT. ET. FAC. 4. IN DOM. DUXIT. De his Nonius de propriet. serm. 12. 50. ita refert: Veteri lege-Romana asces tres ad maxium veniens solebat adferre, arque unum, quem in manus tenebat, tamquam emendi causa, marito dare; alerum, quem in pede habebat, in foco Larium familiarium ponere; tertium, in sacrisperio quem considerat, compito viciuali salere resonare (o). Primo ergo asce siebat coemtio-

(n) Immo solemnis hic ritus fuit gentibus tantum non omnibus. De Ebreis viii. Gen. 33. 14. 34. 12. 1. Samuel. 18. 24. De Grecis Euripid. in Medea v. 232. Aristot. Polit. 2. 8. De Germanis Tacit. de mor. Germ. 12. Conferri merebatur Gundl. diss. de coemt. us. 9. cap. 1.

(o) Quid sit in compito vicinali resonare, paulo obscurius videtur. Sed salva res est. In compitiis etiam erant adicula Laribus sacra. Ovid. Fast. 2. v. 616.

- qui compita seruant

Et vigilant nostra semper in nube Lares.

Conf. Suet. Aug. 21. Loco resonare, legi resignare, & scelus erit planissimus sponsam tertium effigem, quem in

sio viri more Quiritium, id est, per ux & libram, adhibitis quibuidam verbis solemibus. Serv. ad Virg. Aeneid. 4. v. 211. Petr. Fab. ad l. 16. de Reg. Jur. p. 97. seqq. Secundo uxori sibi veluti coemebat Lares & Deos penates, ut saepe fieret particeps. Tertio sibi velut aditum parafaciebat in matre domum. Nam sponsa dominum deducenda in horto aliquamdia commorabatur, donec diruta maceria in domum matris transiret. Et hanc maceriam Nonius vocat *compitum vicinale*, ceu post Perrenon. Animadvers. 1. 6. docuit Gundling. ibid. 1. 14. qui etiam hoc referunt responsum Cervidii Scævolæ l. 66. §. 1. D. de donat. inter vir. & uxor. & verba Terentii Adelph. 5. 7. Atque hanc in horto maceriam jube diruis. Quantus potest: hoc transfer, unam fac domum. Traduce & masrem, & familiam omnem ad nos. Ceterum quantum fuerint illa verba coemtionis solemnia, non constat. Necesaria ea fuisse, docet Cicero de Orat. 1. §6. sed qualia fuerint, non commemorat. Boethius ad Cic. Topic. 3. ait, quesivis virum, an mulier sibi materfamilias esse veller? hanc respondisse, se valle (p). Eodem modo & interrogasse materfamilias, & respondisse virum. Quæ si recte se habent, coematio illa procul dubio interveniente stipulatione facta est. Sed hæc forte Boethius sine auctore. Cicero pro Murena 12. ait, mulieres in solemnis istis verbois Cæsar esse vocatas. Et hinc procul dubio ad istam formulam respicit: UBI TU CAJUS, IBI EGO CAJA, cuius meminit Plutarchus Quæst. Rom. p. 620.

§. 12. Effecta coemtionis, (nil quod ex his nuptiis non nascerentur patrini & matrini,) erant eadem, quæ confarreationis. Nam & hoc modo in mun-

---

saciperio considerat, ante Lares compitales resignare, & ibi deponere faveville.

(p) (Hæc quidem vera sunt, sed dubito, an hæc verba ad coemtionem uxorum pertinuerint. Potius analogi sunt, ut existimemus, formulam fuisse. HANC EGO MULIEREM MEAM ESSE AJO. Ea enim erat solemnis formula in omnibus emancipationibus).

nun conveniebant uxores, & MATRES FAMILIAS vocabantur. Huber. *Digress. Part. 1. 1. 17. p. 526.* Thomas. *diss. de usu prael. doctri. Inst. de nup. 1. 17. p. 26. 28.* Unde sunul ratio reddi poterit, cur concubina apud Gruterum *Infer. p. 530. 21.* vocetur UXOR GRATUITA, utpote quæ coemta non esset, nec aqua aut igne accepta.

§. 13. Quemadmodum vero nuptiae confarreationis ritu contractæ diffarreatione; ita facte per coemtionem remancipatione dissolvabantur, ceu ex Festo crudite probat Ravardus *ad leg. 12. Tab. p. 98.*

§. 14. Tertius modus contrahendi matrimonium oratusUSUS; qui in eo consistit, quod sine confarreatione & coemtione maritus uxorem usucaperet. Si enim hoc auctore tuore cum viro consutverat annum unum, nec ante finem anni usutpatum iverat, id est, tribus noctibus a viro non abtuerat, videbatur tunc usucapta & possessione quasita, Gell. 3. 2. Quemadmodum itaque usucapio est modus adquirendi dominium juris Quiritium: ita dubitari nequit, quin & usi uxori convenerit in manum & veluti in dominium Quiritatum mariti, vel ejusdem potestatem redacta sit. Cic. *pro Flacc. cap. 34.* Petr. Pith. *ad Pariar. LL. Mos. & Rom. tit. 16.* Si itaque uxor nollet in manum convenire: instrumenta quidem dotalia conficiebantur, & domum deducebatur, sed dabat illa operam, ut saltum tres noctes a marito abesset. Sic enim per usucapiolum interrumpebatur singulis annis usucapio, adeoque uxori vel in potestate patris, vel in tutela agnitorum manebat, sine quorum auctoritate in manum convenire non poterat. Cic. *pro Flacc. ibid.* Contracto sine uno horum rituum matrimonio, uxori non conveniebat in manum mariti, neque adeo siebat materfamilias, sed MATRONA. Gell. 18. 6. Et hinc neque succedebat ab incestato marito, neque hic uxor bona omnia dotis nomine accipiebat. Vocabatur tamen uterque conjux ad honorum possessionem editio: UNDE VIR ET UXOR.

§. 15. Requisita iustarum nupciarum praeter 1. numeratatem & viri potentiam, de cuius examine ad lib. I. Tit. 22. dicimus, erant 2. consensus patrum, quo-  
rum

rum in potestate erant ipensi. Quamvis enim patet filiam elocatam revocare, nuptiale rite contractus solvere non posset; (ceu ex Plutarchi *Numa*, Dionysio Halicarnasseo, Paulli *Sent.* 2. 19. Ulpiani *L.* 1. §. 21. de liberis exhibendis accurate demonstrat Thomas de usu præl. doctr. *Inst.* de nupt. 1. 13. p. 48. 49.) poterat tamen id facere, si filiam eo invito cuidam nupsillet, ceu contra Rewardum *Var.* 6. 16. Cujus *Obs.* 3. 5. idem demonstrat Thomasius *L. c.* si in filia patria potestate sive per emancipationem, sive patris mortem exilisset, sub perpetua degebatur tutela, adeoque & tutorum auctoritas adhibenda erat. Cicero pro *Fleco* 35. Auctoritatem vero & expressim esse, & procedere nuptias debuisse, aequo ac jussum, notum est ex SCbris. Nec obstat *L.* 25. §. 4. D. de admiss. hered. quam accurate explicavimus & a Jac. Gotthofredi correctione vindicavimus in *Elem. iur. civ.* §. 250.

§. 16. Requirabatur etiam III. ut uterque cohabitum esset & liberi, & *civis Romanus*. Inter seruos enim & servas liberosque & servas non connubium erat, sed **CONTUBERNIUM**. Cum Latino etiam vel Latina, peregrino vel peregrina, non erant justae nuptiae, nisi concessum esset (9). Ulp. *Frag.* 5. 4. & 5. Paull. *Sent.* 2. 19. 6. Unde notum, quantum invidit Antonio nuptiae cum Cleopatra confluverint. Sed post constitutionem Antonini Caracalle promiscua fure inter gentes connubia, & ita intelligendus Prudent. *adv. Symmach.* 2. v. 612.

Di-

(9) Concedebat olim ejusmodi nuptias populus, legi singulare, ut docent exempla apud Livium *Hist.* 38. 36. 43. 3. Postea imperatores talia dabant privilegia. Exempla hinc inde in marmosisbus sunt, apud Gruter. *pag.* 171. 2. 574. 575. 1. Jac. Spomed. *Miscell. evul.* *Aniq.* p. 244. ubi militibus, QUI PEGRINÆ CONDITIONIS PROBATA ERANT, datur CONNUBIIUM CUM UXORIBUS, QUAS TUM HABUSSISENT. Conf. Ez. Spanhem. *Or. Rom.* 2. 22. De reliquis prohibitionibus dicemus infra, ubi de jure Quiritium & civitatis in Adpendice agemus.

Distantes regione plagæ, divisæque pontis  
 Littera convenientia, nunc per rademontia ad unum  
 Et commune forum: nunc per commercia & artes  
 Ad casum celebrem: nunc per genialia pulchra  
 Externi ad Jus CONNURII. Non sanguine missa  
 Texitur alterius ex gentibus una propaga.  
 Et Rutilius Namianus Itiner. v. 63. seq.  
*fecisti paviam diversæ gentibus unitam,*  
*Profuit insister, te dominante, capi.*  
 Dumque offere viliss propriis CONSORTIA, juris,  
 Urben fecisti, qui prius orbis erat.

§. 17. Accedit IV. consideratio graduum cognationis, tanquam quartum justitiae nupciarum requiritum. Quæ graduum (r) prohibito quo utique extendatur, JCti ostendunt, & maxime illustr. Thomas. diff. alleg. i. 18. seq. p. 59. seq.

§. 18. Denique V. polygamia erat apud Romanos prohibita, quam lege stabilire, auctore, ut putabatur Cesare, coabitur Helius Croina, Tribunus plebis: sed ea lex ne promulgata quidem, nendum perlata fuit. Sueton. Jul. 51. Primus Romanorum Antonius, quod zarea inauditum, duas in matrimonio uxores habuit teste Plutarcho in vit. Anton. p. 957. Postea & Valentianus senior lege sanxerat, ut liceret cuivis viro duas uxores ducere. Socrat. Hist. Ecol. 4. 30. Niceph. Hist. Ecol. 2. 33. (Add. Tillermont. Histor. Imper. Tom. 5. part. i. p. 345.). Sed nec ea quidem constitutio amolienda facti proprii turpitudini inservitura, valuit apud posteros. Briffon. de jur. communib. p. 292.

---

(r) Graduum quidem computationem ad solam doctrinam de successione pertinere, putant. Vid. illustris Thomas. I. c. p. 55. sed & veteres JCti gradus numerarunt in doctrina de nuptiis. Exemplum Ulpiani est in Collat. Lg. Mo. & Rom. 6. 2.

## AD PENDIX HUJUS TITULI

## De Legitimatione.

**A**pter modus constituendi patriam potestatem est  
LEGITIMATIO, de qua quum Imperator tantum  
§. 13. b. r. aliqua commemoret, licebit & nobis cam  
doctrinam huic titulo tamquam appendicem subne-  
cere.

§. 19. Liberi ex justis nuptijs nati, in patria erant  
potestate, & hinc vocabantur LEGITIMI. Nec minus  
adopciui in adoptantis potestatem redigebantur. Relic-  
qui omnes ILLEGITIME dicebantur, & a priscis Ro-  
manis duabus literis SP. Signari solebant, quia erant  
sine patre filii. Plutarch. Quest. Rom. pag. 316. Cai.  
Inst. L. 4. S. p. 41. Ulpian. Fragm. 4. 2. p. 57. Con-  
tamen Aegid. Menag. Aman. iur. civil. 39. p. 358.  
Exemplum elegans hujus moris exstat apud Gruter.  
*Inscript. p. 434. 4.*

C. MAMERCIO. S. P. F.

JANUARIO. Q. ED. PRET. IIIVIR. Q. ET.

P. PACCIUS JANUARIUS FILIO. NATURALI. ET MA-  
MERCIA. GRAPTE.

MATER. INFELICISS. FILIO. ET COGNATE. PISSI-  
MIS. FECERUNT.

Hinc enim C. Mamercius Januarius, Paccius Januarius  
non spurius, sed Elius naturalis, & in dignitate con-  
stitutus appellatur, S. P. F. est, sine patre filius.  
Quod monumentum plane egregium accurate ouales-  
vimus in Comin. ad L. Jul. & Pap. lib. 2. c. 4. p.  
169. sequ. Aliud ejusdem generis ex exempli est apud  
Rein. Inscr. Class. 9. 4. Postea vulgo quæsiti spuri-  
dici coepерunt.

§. 20. Erant illegitimi quatuor generum. Alienam  
NATURALES EX concubina vel vidua aut virgine stupra-  
ta; alii SPURI EX meretrice; alii EX ADULTERA; alii  
denique EX INCESTUOSIS amplexibus fuerant nati. Franc.  
Hotoman. de spur. &c legit. 2. p. 474.

§. 21. Nulli horum erant infames, ast levis tu-  
gen notæ macula spurius adspargebat vulgus, multo-  
que

que magis adulterinos & incestuosos, sicuti posse  
mis temporibus reip. Vid. Zen. h. Hub. Cas. encl.  
Ques. 3. §. 8. Naturales participes quidem erant  
omnium iurium, honorumque capaces, cui contra  
Jac. Gothofredam luculentiter ostendit Thomas. de us  
pralt. doctrina Inst. de legitimis, 1. 3. p. 3. sequi.  
& ex inscriptione paullo ante addata patet, in qua C.  
Mamerceus Januarius, quamvis s. p. FILIUS, tamen  
in colonia sua Quesitor, Adilis, Prator, & Daum-  
vir Quinquennalis iterum fuisse dicitur: iuribus ta-  
men agnationis (f) carebant, neque in patre potestate  
erant, tamquam legitimo parente deslituti. Franc.  
Hotom. L. c. 3. Strauch. Exercit. 4. 3.

§. 22. Quum ergo veteri jure Romano nulla es-  
set legis actio prodita, qua illegitimi liberi in pa-  
triā potestatem redacti, iurium illorum agnationis  
fierent participes, nisi adrogatio, in qua ipsos ille-  
gitimos autores fieri oportebat. Herald. Obs. ad jus  
Ast. & Rom. VI. 10, seculo deinceps quarto inventa  
est

(f) Unde nec gentile patris nomen cerebant spuri, ut  
contra sententiam Robertelli Emend. 1. 10. recte ostendit Cat. Sigan. Emendat. 2. 7. Sane tamquam singulare  
quid de Cælare refert Sueton. Jul. 52. quod natum e  
Cleopatra filium appellari nomine suo passus sit. Et Dio  
Call. L. p. 419. addit. inter alia. que Oclavianus Ce-  
sar. obiecserit Antonio, etiam hoc fuisse maxime Cæsare  
Kæsareya itarigabat utrum, ratiōē τὸ οὐρανός γένεται  
η τοι, quod Cesariensi nomen filio Cleopatrae indidisset, &  
non in Cesarii genio reuelasset. Interim quamvis aliquandoe  
cognomen patris adoptarent filii naturales, ut paullo an-  
te Januarius, nomen tamen gentile a matre mutabantur.  
Ita Mamerceus Januarius dictus a nomine matris Mamer-  
cia Crapte, & a cognomine patris P. Pacii Januarii, Si-  
milia exempla ex Grut. Inscript. p. 641. 9. & p. 684.  
adduximus in Comment. \* ad L. Jul. & Pap. L. 2. c. 4.  
p. 170. sequi. Ad spurius autem hec non pertinere, vel  
ide patet, quod eorum incertus est Pater.

Hein. Antiq. Rom. T. I.

G.

est LEGITIMATIO (2). Quod tamen beneficium non ad omnes in universum spuriros, sed natos tantum e concubinis pertinebat. Huber. *Praelect. ad Inst. b. t. p. 28.*

S. 23. Et primus quidem Constantinus M. Imp. invenit legitimacionem I. PER SUSEQUENS MATRIMONIUM. Meminat ejus constitutionis Zeno Imp. l. 4. C. de natur. l. & Justinianus Nov. 89. princ. Sed quum ipsa tulerit etiam, obscura nobis est legislatoris sententia. Id saltim certum, non voluisse Constantinum M. constitutionem suam ad eos, qui in posterum ex concubinis nascituri essent, porrigi, sed eum ante illam constitutionem natis duxaxat id beneficium indulisse, non alio consilio, quam ut parentes, in concubinita viventes, hoc privilegio pellicet ad iustum ineundum matrimonium, adeoque his cuniculis concubinatum subrueret. Vid. Des. Hesald. *Rer. Quæstid. l. 4. z. & que nos differimus in Com. ad L. s. l. & Pap. l. 2. c. 5. p. 173. seq.*

S. 24. Deinde & Theodosius junior addit legitimacionem II. PER OELATIONEM CURIE, l. 3. 4. C. de nat. lib. Quum enim adeo omnes abhorrent a decurionum munere, ut jam Trajani temporibus multi inviti fierent decuriones, Plin. Epist. 10. 114. & sepe Christiani poene loco curii addicerentur, Barn. Brisson. *Ausiq. Schol. 4. 18. 27* proinde ariugientibus decurionibus, cuius poene exhauste essent: Jac. Gothofr. ad Tit. c. Theod. de decur. privilegio adiiciendi videbantur hocines ad id munus eo labentius suscipiendum. His constitutione cautum, ut, si quis curie offerret filium vel filiam naturalem, ita ut ille in ordinem decurionum aliquando recipi

se

---

(2) Non ergo legitimatio est actus legitimus, ut esse ostendit Ult. Huber. *Digress. 2. 12.* Nec ante Constantinum Romæ recepta, quamvis viri docti id colligant ex l. ult. D. de adsp. & l. 57. §. 1. D. de rit. nupt. Nam ut prior lex, vel ipsa testa rubrica, de adrogatione loquitur: ita posterior erat legis solutio, vel Privilegium, quod ad exempla non trahebatur.

Et pateretur, haec decurioni nuberet: eo ipso illi non amplius naturales, sed legitimati haberentur. Inten-  
tum soli patri hi siebant liberi, non agnatis reliquis  
agnatis l. 29. C. de nativ. lib. In caussam tanti decur-  
tionatus odii inquirit Thomas. diss. alleg. I. 8. p. 21.  
seq. ubi solide ostendit, homines voluptate, ambitio-  
ne & avaritia in transversum actos, dignitatibus au-  
licis, militiaque palatina & ordinibus sacris, quam  
muneribus ejusmodi liboriosis, & ob onera curiarum,  
sumtusque, in spectacula impendentes, non  
admodum pinguis, iniuste maluisse. Sed proprietatio  
reddi potest, ab ipsa curialium conditione  
deprompta. Non enim putandum est, curiae oblatis  
confessum factos esse decuriones. Sed curiae adscribe-  
bantur, eique serviebant periculo suarum facultatum,  
l. 4. C. de nat. lib. l. 50. l. 55. l. 64. C. de decur.  
Hinc nec militia nomen dare, nec ruri extra mu-  
nicipium vivere poterant, curiae quippe, tamquam  
glebae adscripti, l. 17. C. cod. I. nn. C. si curial.  
restit. civ. Quae omnia luculentiter ostendit V. C. Eu-  
Merill. Obs. 7. 26. p. 109. Quum itaque curiae oblati  
quodammodo essent adscriptitiae conditionis, nec  
alicerius iis esset spes honoris, quam decurionatus  
sane parum lucrosi: non profecto mirandum, tan-  
paucis salivam movisse splendidam illam curialium  
miseriam, ut & liberi illegitimi privilegio essent  
adliendi ad suscipiendum aliquando decuriona-  
tum.

S. 25. Sequentes Imperatores duo ista legitimatio-  
nis genera aliquamdiu retinuerunt, variisque ea legi-  
bus explicarunt. Sic Zeno Imperator sanxit, ut si  
pater, nulla legitima sobole alia superstite, concubina-  
nam uxorem duxerit, liberi utriusque sexus statim  
post nupcias, in patria potestate essent, & five soli,  
five cum fratribus postea natis patri ex testamento,  
vel ab incestato, succederent. Attamen eam constitu-  
tionem ipse quoque, exemplo Constantini, valere  
tantum voluit ratione liberorum ante hanc legem ex  
concubinis ingenuis natorum; eos vero, qui postea  
ex concubinatu prodituri essent, tanti beneficii no-  
luit esse particeps, lib. 5. C. de nativ. lib. Sed &

Anastasius cum omnibus etiam postea nascituris hoc beneficium communicavit, l. 6. c. eod. Id vero restringit Justinus Imp. l. 7. c. eod. posteaque suo more iterum latius porrexit Justinianus, l. 10. & II. c. eod. Conf. §. 2. Inst. de hered. quae ab intest. Novell. 12. 4. 18. II. 74. Quanvis vero his fere omnibus locis Justinianus exigat instrumenta dotalia vel nuptialia: ea tamen non ad substantiam hujus legitimacionis pertinere, sed pro eorum temporum conditione tantum signum fuisse legitimi coniubii, jam alio loco ostendimus, & pridem demonstravimus Cujac. Observ. Lib. 13. Cap. 4.

§. 26. Eodem modo & alterum legitimandi modum per oblationem curia, variis constitutionibus illustrarunt Imperatores, c. g. Leo Et Anthemius, l. 4. C. de natur. lib. & Justinianus l. 9. c. eod. Nov. 89. c. II. seq.

§. 27. Accessit tertius modus legitimandi III. PER ADROGATIONEM, ab Anastasio inventus l. 6. c. de nat. lib. Quam enim naturales liberi non essent in patria potestate; sed sui juris: poterant profecto a parente naturali adrogari, l. ult. D. de adopt. Facta vero ea adrogatione legitimi censebantur. Sed eum modum non sine ratione sustulit Justinus, l. 7. c. de nat. lib. adprobante id Justiniano. Nov. 79. 7. Nov. 74. 3.

§. 28. Denique Justinianus adjecit IV. legitimacionem PER RESCRIPTUM PRINCIPIS, Nov. 89. 7. 74. 2. ac postremo legitimacionem. V. PER TESTAMENTUM Nov. 74. 2. 1. 89. 10. Qua ipsa tamen totum inventum legitimacionis eum destruxisse, observat Thomasius de uso pirati. doctr. de legitim. & II. p. 44.

## T I T U L U S XI.

### De adoptionibus.

- §. 1. Adoptionis ROME tam frequentis causa prima.
- §. 2. Causa secunda, §. 3. Causa tercia, §. 4. Adoptionis quatuorplex? §. 5. Adrogatio quid? §. 6. Cur ex

ea peralta in Comitiis curiatis? §. 7. Cur autoritate pontificum fuerit opus? §. 8. In quid inquisiverint pontifices? §. 9. Questiones patri & filio propria, §. 10. Rogatio ad populum laza, §. 11. Effecta adrogationis, §. 12. Cur quidam nec adrogare, nec adrogari potuerint? §. 13. Quidam vero iste adrogandi ritus obtinuerit? §. 14. Adoptio strixiis dicta cur & quando inventa? §. 15. Adoptandi ritus per as & libram, §. 16. Qui potuerint adoptari? §. 17. Adrogatio per Rescriptum principis, §. 18. Adoptio per testamentum, §. 19. Adoptivi olim in potestatem & gentem alienam transibant, §. 20. Justiniani mutatio.

**T**ertius modus constituendi patriam potestatem erat ADOPTIO, quæ, quum fuerit actio legis, certis formulis, ac solemnitatibus peragenda, genuina ejus ratio ex antiquitatibus pernacula erit.

§. 1. Cur inventa a Romanis sit ADOPTIO, & cur ea Romæ frequentius, quam usquam terrarum, sic usurpara, paullo altius est reperendum, quum alias universa hujus instituti ratio satis intelligi nequeat. Observavimus jam supra (Lib. I. Tit. 10. §. 4.), Romanas familias habuisse sua sacra privata, suos focos, & aras domesticas, suas porro ferias, de quibus conferri merentur Macrobi. *Saturn.* I. 16. Jac. Guther. de jure Pontif. 2. 5. Vinc. Gravina ad 12. Tab. n. 76. p. 416. seq. De iis sacris quum esset lege decemviriali constitutum: SACRA PRIVATA PERPETUO MANENTO: omnia sane agebant Romani, ne sacra illa gentilitia interirent ("). Quare Clodium etiam hoc nomine graviter reprehendebant.

(") Aliquando tamen id agebant, ut sacra privata interemerentur, exinde in re JCti invenerant senes sacra coementes. Ex cogitaverant enim eam rationem, ut haeres scribus venderet ea bona, quæ qui haberent, sacris adstringerentur, venditione imaginaria per as & libram addita stipulatione, vel fiducia, ut senes illi bona venditori vel haeredi non ut hereditatem, sed ut res singulares,

hendit Cicero, pro Domo 12. quod efficerit, ne se-  
cera Clodia gentis interirent. Hinc, si qui ex iustis  
uxoribus liberos haud sustulissent, ii adoptabant ex-  
traneos, qui tunc in sacra & gentem transire dice-  
bantur. Brisson. de verb. signif. (p. 1216. edit. nostr.)  
Conf. Vopisc. Valer. 14.

§. 2. Deinde altera accessit ratio, poenae nimicrum  
orbitatis, premiaque ~~et~~ <sup>ad</sup> remunrandam proposita, qualia  
& ante legem Papiam Poppaziam in libera republica  
fuisse, patet ex Dione Cass. 56. p. 576. Ne ergo pa-  
rentes ~~et~~ <sup>ad</sup> orbi, aut orbi, vel præmiis istis exciderent,  
vel poenas darent; alios adoptabant, idque iam sua  
zitate reprehendit P. Scipio, censor, in oratione apud  
Gell. Nofl. Att. 5. 19. Quin adeo fraudulenter po-  
stea hac in re egerunt Romanii, ut quam per legem  
Papiam trium liberorum parentes reliquis in bonorum  
petitione preferentur, ii, quibus ille liberorum mu-  
nere debeat, per adoptionem sibi et quærerent li-  
beros, eosdemque deinde, ne oneri essent, ubi hono-  
ribus potiti erant, statim emimplicant. Unde, con-  
dito denique SCto cautum est, ne simulata adopcio  
in illa parte numeris juvaret. Tacit. Annal. 15. 19.  
Ulpian. l. 2. §. 2. D. de vac. & excusat. numerum.  
Add. Comment. nostr. ad L. Jul. & Pap. lib. II. Cap.  
7. p. 201. seqq.

## §. 3.

Iacris liberas, redderent. Rem ex loco obscuro Cic. pro  
Flur. cap. 12. explicavit &c in lucem protraxit V. C. Jo-  
Fr. Gronov. de pecun. vrt. 4. 7. quem deinde sequuntur  
Jo. Gr. Grævius Not. ad Cic. l. 2. uterque monuit, per-  
peraram cum his senibus ad interimenda sacra adhuc latit  
confundi senes coemtionales apud Plaut. Bacchid. 4. 9. &  
Cicer. ad Famil. Epist. 7. 29. quem hi fuerint mancipia  
veterana, que quod non adeo facile emtorem invenirent,  
vel plura simul vendebantur, vel tamquam mancissæ  
adficiebantur melioribus. Idem monuerunt, nihil hor  
senes coemtionales facere ad coemtionem nuptialem. Ad  
quam quum nos eas retulerimus in prioribus editionib.  
hie errorem nostrum fateri ac emendare non dubi-  
amus.

§. 3. Accedebat tertia ratio æque fraudulenta. Si quis enim patricii ordinis tribunitiam potestatem ambiret, ut voti fieret compos, plebejus cuidam se adoptandum dabant. Exemplum hujusmodi fraudulentæ adoptionis præbuit P. Clodius, cuius de absurdâ adoptione videri possunt Suet. *Tiber.* 2. Dio Cass. 38. p. 65. Cic. *orat. pro domo* 13. Similiter dedit Dosabela, qui ob eandem causam in gentem Liviaci perbejam transiit. Dio Cass. 42. p. 192. Et hæ sunt veræ ille ac genuinæ causæ, cur tam frequentes essent Romanæ adoptiones.

§. 4. Erant vero adoptiones duorum generum. Aliae ADROGATIONES, aliae ADOPTIONES strictiore sensu dicebantur. Ulpian. *Fragm.* 8. 1. seq. Illis hostines sui juris, his liberi alieni in alterius potestatem, gentem, nomen & sacra transibant.

§. 5. Antiquissima fuisse videretur ADROGATIO, non ab interrogatione patris & filii adoptivi ita dicta, ut putat Cai. *Inq.* I. 5. 1. L. 2. pr. D. de adop. sed a rogatione ad populum lata. Fiebat enim adrogatio in comitiis curiatis, auctoritate pontificum, teste Gell. *Nat. Att.* 5. 19. Adstipulatur huic Gelliæ etymologiaz Menag. *Amoen. Jur. cap.* 39. p. 259. eamque ipsa vocabuli analogia confirmat, quatinus Caii causam agat Cujac. *Obs.* 9. 37.

§. 6. Cur in comitiis curiatis de adrogatione, tamquam de publica populi causa, actum sit, ejus rei hanc rationem adsignat Vinc. Gravina ad 12. *Tab. n. 85.* p. 451. quod interfuerit populi, fraudes, supra numeris II. & III. relatas, prohiberi. Sed prius procul dubio adrogationes in comitiis factæ sunt, quam fraudum istarum existentes exempla. Melior ratio videtur, quia arrogati sperabant hereditatem. De hereditate vero in alios transferenda solum cognovisse vel inde patet, quod & testamenta olim in comitiis scalatis fierent (z). Accedit, quod

(z) Immo intererat populi, se inscio non fieri adrogationes, quia hereditatem vacantem passens omnium populus capiebat. Tacit. *Annal.* 3. 28. l. 1. l. 4. C. de bon. cap.

quod per adrogationem caput e tabulis censualibus eximeretur, & in alterius redigeretur potestatem; id quod, inconsulto populo fieri, iniquum videbarat. Hinc in legibus Decemviralibus Tab. IX. erat lex:

**DE CAPITE CIVIS, NISI PER MAXIMUM COMITATUM NE FERUNTO,** Cic. de Legib. 3.

**Cap. 4.** in qua lege, capitulis adpellatione, non modo vitam, sed & libertatem, civitatem, familiisque ius exaudiri debere, eleganter demonstrat in Notis Jac. Gothofred. p. 230. Hinc ergo in comitiis res erat explicanda, & quidem in curiatis. Gell. V. 19. Et hinc adrogatio fieri dicebatur *lege curiata*, Tacit. Hist. I. *uxora tamen regedatur*. Appian. de Bell. Civ. 3. p. 536. *uxora viueri tamen consuetudinosa*. Dio Cass. Lib. 45. p. 272.

S. 7. Pontificum vero auctoritate opus videbatur, non ob jurisjurandi religionem, quo adrogatio ab omni calunnia & fraude pura praefatur, ut consicit idem Vinc. Gravina lib. cap. pag. 452. sed quia adoptivi, relictis sacris familie, in alterius gentis sacra transibant. Cicero pro domo XIII. *Quid sacra Clodia gentis? Cur intereunt, quod in te est?* Quae omnis NOTIO PONTIFICUM, quum adoptare, esse debuit.

S. 8. Dispiciebant ergo Pontifices, an adoptans ea esset recte, ut alterum filium habere posset? an nulla ei spes prolixi superesset? an, conjugio inito, fecunditatem fuerit expertus? que causa sit adoptionis? Gell. Noct. attic. 5. 19. Cic. pro domo 10. & 13. Ulpian. l. 15. s. 2. 3. & l. 17. prine. de adopt. Neque enim facile permittebatur his, qui jam liberos procreaverant, ut alios vel adrogarent, vel adoptarent, quippe quod ne in Imperatoribus quidem, reprehensione carebat. Perizon. animad. Hist. cap. 3. p. 125. Deinde, ne pro monstro esset, patrem filio vel natu minorem, vel aequalem esse, sed adoptatus naturam imitaretur merito disquirebatur, an adoptatus saltim plena puberrate filium antecederet? lib. 40. s. 1. D. de adopt. Et hinc veteres rident adoptionem Alexandri Imp. ab Elagabalo factam, quum ille duodecim, hic quatuordecim circiter annorum

efset. Herodian. *Hist.* 5. 7. Principue autem providendum sibi existimabant, ne adoptio vel adrogatio filio esset exitio, aut ei aliquid adferret detrimentum (y). Et inde est, quod tutori fas non esset, pupillum adrogare, *l. 17. pr. D. eod.* nisi quod cognati a tutore propinquo, *l. 17. §. 1. D. eod.* & privigni a tutore vitrico ex rescripto Antonini Pii possente adrogari, *l. 32. §. 1. D. eod.* exemplum Voconii Romani, a vitrico adoptati, est apud Plin. *Epiſt.* 10. 5. Eundem tamen vitrictum & tutorem fuisse privigni sui, quod suphicatur Cujac. *Obs.* 2. 38. ex iſto quidem loco non conſtit.

§. 9. Quum vero ii tantum adrogarentur, qui ſuſjuris erant, oportebat eos ipſos auctores fieri. Gell. *l. c.* Interrogabatur ergo is, qui adrogabat, velleme eum, quem adoperatus eſſet, iuſtum ſibi filium eſſe? & vicissim is, qui adrogabatur, an id fieri patetur, auctorene eſſet? *l. 2. pr. D. de adopt.* Formulam prodiit Cicero *pro domo* 29. *Credo inim-*, *quamquam in illa adoptione legitime factum eſt nihil*, *ramen te eſſe interrogatum:* AUCTORNE ESSES, UT IN TE P. PONTEJUS VITÆ NECISQUE POTESTATEM HABERET, UTI IN FILIO? Neque tamen has interrogations & reſponſiones illipulations fuſſe, reteat Cujac. *Observatione* 9. 37.

§. 10. Cauſa cognita, in comitiis curiatis ſequatur ſolemnis rogarior: VELITIS JUBEATIS, QUILRITES UTI L. VALERIUS L. TITIO TAM JURE LEGEQUE FILIUS SIBI SIET, QUAM SI EX EO PATRE, MATREQUE FAMILIAS EJUS, NATUS ESSET: UTIQUE EI VITÆ NECISQUE IN EO POTESTAS SIET: HÆC ITA, UTI DI-

XI,

(y) Intrao & id in diſquisitionem veniebat, en & aliquis poſſet filium in potestate habere. Recentius enim eſt priuilegium mulieribus datum §. 10. *Iſl. b. t.* Nec ad exemplum trahi potest exemplum Valerii Aug. Cindidianum adoprantis ob ſterilitatem. Ladiant. de marci peregrinat. cap. 50.

154

*Ant. Rom. ad Inst.*

**XI. ITA VOS, QUIRITES, ROGO,** Gell. Noſſ.  
*Att. 5. 19.* Hinc adnuente populo & 30. curiis in  
ſuffragia missis ita jubentibus perfecta erat adrogatio.  
*Cic. pro domo, ibid.*

S. 11. Adrogati ergo tam jure legeque filii erant  
eius, qui adoptaverat, ac si ex eo patre, matreque  
familias ejus, essent nati. Hinc adrogati, aequae ac  
adoptivi, sivebant agnati ratione familie adoptantis,  
non tamen cognati ejus uxori. *l. 32. pr. D. de adopt.*  
Quare adoptionem sequebatur hereditas nominis, pe-  
cuniae, sacrorum, teste Cicerone *pro domo 13.* ubi  
exagitatur Clodius a Fontejo adoptatus, quod in ea  
adoptione nihil legitime factum sit, siquidem *neque Fontejuſ effet, quod effe debebat; neque Clodius patris adoptivi heres, neque, amissis sacris paternis, in adoptiva pervenerit.* Immo, quicquidmodum pa-  
tricii, adoptati a plebeiis, ad plebem transibant; ita  
plebeii, adoptati a patriciis, horum consequebantur  
nobilitatem ac privilegia. Quod tametsi neger *Jo-*  
*Coralius ad l. 35. D. de adopt.* (2); tamen demon-  
stratur exemplo *Cn. Cornelii Cossi*, qui ex Licinia,  
plebeja familia, adoptatus in patriciam *Corneliam*,  
tribunus militum consulari potestate fuit, ad quam  
dignitatem anno denum sequente plebeiis via pa-  
tuit, teste *Livio V. 12.* Demonstratur idem exemplo  
*Liviae*, quam *Tacitus Annal. V. 1. NOBILITATIS per Claudiam familiam, & ADOPTIONE Liviiorum*  
*Juliorumque clarissima fuisse ait; & Augusti de quo*  
*Ovidius Fast. 4. v. 21.*

*Hic ad te magna descendit origine mensis,*  
*Et fit ADOPTIVA NOBILITATE tuus.*  
*Conf. Huber. Degress. Justin. II. 24. Jac. Petizon.*  
*Diss.*

---

(2) Corasio fraudi fuit *l. 6. §. 1. D. de Senator.* ubi  
negatur, senatoris filium esse definiter, qui a plebejo fi-  
adoptatus. Quamvis enim senatoria dignitas adrogatione  
& adoptione non amitteretur: ea tamen illa adquiretur,  
*l. 5. l. 6. pr. D. ead.* Et alia est dignitas senatoria,  
& alia nobilitas, tam genitis, quam *imago*.

*Diff. ad Confit. divin. Deut. 25. §. 6. p. 83. seqq.  
Comm. nostrum ad L. Pap. Lib. 2. c. 1. p. 113.*

§. 12. Et hinc facile reddi poterit ratio I. Cur soli cives Romani adrogare potuerint? Soli enim participes erant comitiorum. II. Cur cælibes adrogare nequierint? Erat enim adrogatio in solarium orborum, non cælibum, inventa. Cic. *pro domo* c. 13. l. 15. §. 2. *D. de adopt.* III. Cur senibus tantum sexaginta minimum amorum adrogare lieuerit, d. l. 15. §. 2. *D. de adopt.* Sperari enim antehac poterat proles. IV. Cur nec muti & surdi adrogarent; nec V. feminæ? Neque enim illi jure comitiorum gaudebant: & feminæ præterea neminem poterant habere in potestate. Quare parum legibus consentanea erat adoptio Candidiani, de qua *Lactant. de Mort. perseguuntur*. cap. 50. *Idem Candidianum*, quem *Valetria*, ex concubina genitum, ob sterilitatem adoptaveret, necari fuisse. Sed quid sibi non permittebant ejus ævi principes? VI. Cur porro nec pupillus, nec femina, nec peregrinus, nec mutus vel surdus adrogari potuerint? Pupilli enim ipsi auctores fieri non poterant, cum reliquis nulla erat comitiorum communio. *Gell. Nott. Att. V. 19.* VIII. Cur denique adrogatio Romæ tantum fieri potuerit? *Ulpian. Fragm. 8. 4.* Romæ enim, non alibi curiata comitia haberi poterant. *Lib. 5. 52.*

§. 13. Hæc adrogatio, per populum in comitiis facta, satis diu, id est, stante libera republica, obtinuit. Nam ita sua memoria a Cn. Aufidio Oresten, a M. Puppio Pisoneim, a P. Fontejo Cleodium adrogatum, scribit *Cic. pro domo* cap. 13. Quin & Augustus Agrippam & Tiberium adoptavit in ioro lege curiata. *Suet. Aug. 65.* Et Neronis adoptionem, quamvis Patres censuerint, populus tamen (lege procul dubio curiata) jussit. *Tacit. Ann. 12. 25.* Postea Imperatores, legibus quippe soluti, veteres adrogationis ritus sepius neglexerunt (Vid. *Tacit. Histor. I. 14. 17.* *Spartian. Hadr. III. IV. XXIV. in El. Ver. III. Jul. Antonin. IV.*). Mansit tamen ad Galbam usque vetus solemnitas inter privatos. *Hinc Galba; Si te privatius, lege curata,*

apud Pontifices, ut moris est, adoptarem. Tacit. Hist. l. 15.

S. 14. Hoc de adrogatione. Quum vero hic adoptandi modus ad homines tantum sui juris pertinet: inventa & alia actio legis, qua liberi, in sacris paternis constituti, cujuscunque sexus & aetatis, in aliam familiam transirent, isque modus dictus ADOPTIO sensu strictiore. Eum jam in libera republica obtinuisse, constat ex Cicerone de finib. 1. 7. Valer. Max. VII. 7. 2. Dion. Cass. 39. p. 98.

S. 15. Erat huc ADOPTIO actio legis, & hinc inter praesentes, exhibitis certis solemnitatibus, peragenda apud Praetorem, aut Praefitem (a), aut quem-

(a) A principibus, quos multa sibi in adrogationibus indulsiſſe probat Dodvul. prelect. 10. ad Spartian. p. 353. & domi adoptari poterat per eis & libram. Suet. Aug. 64. Cajum & Luciam adoptavit DOMI, pmi eis & libram, tunc a patre Agrippa. Porcillis & privatis idem licet, & ad eos venire velcent magistratus. Adoptio enim erat actus voluntariae jurisdictionis, quales actus nec tribunali, nec locum certum, requirunt. I. 36. p. 10. de adoptione. Et tunc adoptionis solemnitas aut in cubiculo, aut in atrio, coram lecto geniali perficietur. Quid patet ex loco Plin. Paneg. VII. Itaque non uno in CUBICOLO, sed in templo, nec ante GENIALEM TORUM, sed ante pulvinas Jovis apiani maximis, adoptio peralta est. Erant vero geniales festi, qui in numeris fermebantur in honorem genii, uade & geniales appellati. Festus voce genialis, p. 292. Et hinc etiam festi adversi dicabantur, quia in atrio ex adverso iacebant collocati. Lips. Eleff. 1. 17. Scaliger. ad Fest. voce Tulus p. 143. Torrent. ad Horat. Epist. 1. 4. v. 87. Non tamen inde collegimus, in adoptione matremfamilias partum simulasse, quemlibet ritum inter barbaros recipiūt satisse, docet locus Diod. Sic. Biblioth. 4. p. 244. Illam adrogationem (Herculis) hoc modo factam prohibebant. Tunc, letum ingressu, Herculem corpori suo admotum, ut verum initarem partum, parvusque & a leviter pueris subito natus ad terram demisit, quem in hoc usque tempore ager

quemcumque magistratum, apud quem erat legis actio. Ulp. Fragm. 8. I. l. 4. D. de adopt. Gell. Not. Att. 4. 19. Ritus adoptandi consistebat in tria venditione, adhibito ære & libra. Scilicet, praesentibus patre naturali & adoptivo, filioque adoptando, necnon libripende, antestato & quinque testibus, primo pater filium patri adoptivo mancipabat, verbis: MANCUPO TIBI HUNC FILIUM, QUI MEUS EST. Tum pater adoptivus, æs tenens, simulque adprehendens filium adoptivum: HUNC EGO HOMINEM, inquit, JURE QUIRITIUM MEUM ESSE AJO, ISQUE MIHI EMTUS EST HOC ÆRE, HAC ÆNEAQUE LIBERA. Tum ære, seu ut olim vocabatur, *ratusculo*, id est, sellertia nummo percutiebat libram, illudque æs dabat patri naturali, quasi pretii loco. Causa apud Boeth. Comm. in Cicero. Topic. III. Ant. Schulting. Jurispr. ver. antejust. p. 54. Ea mancipatio ter erat repetenda (b). Quo facto, pater naturalis in jure cedebat filium, & tum adoptio erat perfecta. Gell. l. c. Adoptantur autem, quim a parente, in cuius potestate sunt, terrena mancipacione in jure codunetur, atque ab eo, qui adoptat, apud eum, si ad quem legis actio est, vindicantur. Et hoc qui-

dcm

adoptionis ritum Barbier obseruant. Exemplum ejusmodi adoptionis observare mihi video Gen. 30. 3. ubi adoptionis quamdam speciem etiam deprehendit V. C. Jo. Clericus in Not. ad Tentat. p. 222. Apud Romanos vero nihil horum invenimus, nec poterat ibi hic ritus observari, partim quod matres neminem haberent in potestate, partim quod adoptio non tribueret iura cognationis. Dissentit tamen vir doctissimus, Everhardus Otto in Papiniano, qui sane eruditissime hanc causam egit, c. 7. p. 103. seqq. & multo majore cum adparatu in *Jurisprudentia Symbolica*. Enarr. 1. s. 4. & seq.

(b) Si scilicet filii loco deberet esse adoptivus. Nam si quis in locum nepotis adoptaret, unica mancipacione actus absolvetur. Ulp. Frag. id quod etiam deinde in feminis observatum. Cuius Enarrat. ad d. l. ult. C. de adopt.

dem ritu pér ἀν & libram adoptavit Augustus Caium  
& Lucium. Suet. Aug. c. 64.

§. 16. Quandoquidem ergo hæc adoptio non in co-  
mitiis, sed coram magistratu, fiebat; factum est in-  
de, ut & sexagenariis minores adoptare possent, nec  
masculi solum, sed & feminæ, adoptarentur. Cai.  
inst. 1. 5. 2. Gell. 5. 19.

§. 17. Et id quidem in antiqua illa liberaque repu-  
blica obtinuit. Postea variae sensim acciderunt mutationes. Et primo quidem, comitiis cessantibus, Prin-  
cipes rescriptis suis adrogationes solebant concedere  
pariter, & confirmare (Cujac. Obs. 12. 15.) Quod vel ideo jure facere poterant, quia simul erant Ponti-  
fices maximi, quorum erat, de adrogationibus dispi-  
cere. R. evard. de auſſor. prudent. 6. Factum id esse  
exemplo Galbae, qui primus veterem ritum neglexit,  
non abs te suspicatur Ant. Schulting. ad Ulpian. Fragm.  
8. 2. p. 589. Certe jam Antonini Pii tempore adro-  
gationes factas esse auctoritate principum, patet ex L  
33. D. b. 1. Hac vero mutatione semel admissa, etiam  
feminæ (L. 21. D. b. 1.) & pupilli (c) (Ulp. Fragm.  
8. 5.), & quidem plures simul (L. 15. §. 3. D. b. 1.),  
poterant adrogari. Sed non sine causa cognitione, &  
observatis requisitis quam plurimis. Desierunt etiam

an-

---

(c) Multa requisita hic erant observanda. Inquirebi-  
tur in adrogationis rationem, ne qua turpis causa subef-  
feret. L. 17. pr. D. b. 1. Expendebantur facultates cum ad-  
rogantib, tum adrogantib, ejusque simul virtus ante acta cu-  
rioſe executiebatur, L. 17. pr. D. b. 1. Exigebatur canticum,  
bona salva fore proximis agnatis, si pupillus intra puber-  
tatis annos deceſſisset, L. 18. 19. 20. b. 1. Adrogator por-  
to emancipare non poterat adrogatum, nisi causa cogni-  
ta, & redditis, quæ habuerat, bonis, insuperque quartæ  
honorum suorum relicta. L. ult. D. si quidem fraud. pati.  
Idque etiam in exhortatione erat observandum. L. 8. 5.  
15. D. de inoff. test. Quæ omnia ab Antonino sic inventa  
videntur, ut sensim in defuerudinem iret adrogatio impu-  
berum. Vid. Ulpian. Fragm. 8. 2. Thomas. diff. de uſ  
pract. tit. Instit. qd. adopt. 1. 19. p. 84.

Antique solemnitates & formulae, quae tamen nova edicto, nescio an actum agens, sustulit Justinianus, l. ult. c. de adopt.

S. 18. Erat & modus ADOPTANDI per TESTAMENTUM, non ab Imperatoribus demum, ut vulgo putant, invencus, sed jam tunc libera adhuc republi-  
ca receptus. Jam ab antiquissimis enim temporibus  
solemne erat Romanis, haeredes suos non in bona tan-  
tum, sed & nomen adsciscere. Adsciscere autem erat  
vocabulum adoptionis, de quo Jo. Frider. Gron. Diatri-  
bd Stat. p. 26. Cicero de offic. 3. 18. Basilius memi-  
nit, qui M. Satrium, sororis filium nomen suum ferre voluerit, eumque fecerit haeredem. Et in Bruto c.  
18. laudat Crassum, Licinius filium, Crassi testamen-  
to adoptatum. Atticum quoque testamento morientis  
Cecilii fuisse adoptatum, adparet ex Corn. Nep. Attic.  
3. Et Cæsar ita instituerat Octavium, Suet. Jul. 83.  
Appian. Bell. Civil. 3. p. 518. qui etiam, cognita  
avunculi necesse statim Cæsaris nomen adsumpsit. Dio.  
45. p. 271. Qua de re etiam Ovid. Metamorph. 15.  
fab. 51. v. 74.

*Ut Deus accedat calo, templisque colatur,  
Tu facies natusque tuus, qui NOMINIS HÆ-  
RES,*

*Impositum feres natus onus.*

Eodem exemplo Augustus Liviam & Tiberium, ha-  
redes testamento scriptos, nomen suum ferre jussit.  
Suet. Tiber. 101. Ex eo tempore frequentissima o-  
ccurrunt ejusmodi adoptionum exempla. Ita enim a  
M. Gallio Senatore testamento adopratus est Tiberius.  
Suet. Tiber. 6. a Galba jam ante solemniorem arro-  
gationem Piso Frugi. Idem in Galba 17. Tacit. Ann.  
5. 1. ab aliis alii. l. 7. in fine & l. 63. 5. 10. D. ad  
S. Trebell. Sed ea haeredis institutio proprie adopcio-  
nidi vix poterat, quum nemo ea redigeretur in pa-  
triā potestate. Cujac. Obs. 7. 7. Nominis haeredes  
erant: sed eos liberti paterni, & alia familiæ jura  
non sequebatur, quod tamen in aliis adoptionibus  
fiebat. Cujac. Obs. 7. 1. Unde mirum non est, quod  
adoption per testamentum facta nonnumquam repetita,  
& postea majorum vel lego curata, vel per zcs & li-

bram iterum facta legitur. Augustus sive testamento adoptatus a Cæsare, eam adoptionem legi curiata confirmandam curavit, ut auctoritates legis accederent, quæ testamento nactus non erat. Appian. Bell. Civil. 3. p. 586. Et Tiberius, licet' testamento nomen Augusti ferre jussus, ab eodem tamen post Caii & Lucii Cæsarum mortem rite adrogatus fertur. Sueton. Tiber. 15. Immo quum libera republica mulieres adoptare nondum possent: solebant ex tamen iam eo tempore haeredes ea lege instituere, ut nomen suum ferrent. Exemplum est apud Ciceron. Epist. ad Att. 7. 8. quod sive cum aliis arguente est, non veram fuisse hanc adoptionem, sed adoptionis simulacrum quedam, quod præter nomen & haereditatem nihil juris in adoptivum devolvit. Plura de hac adoptione per testamentum dabunt Briss. de Form. 7. p. 601. Über. Digress. 1. 2. 23. 2. & hujus filius amplissimus Zach. Huber. Dissert. Jurid. & philol. 5. 2.

§. 19. Ceterum PATRIA POTESTAS olim erat effectus adoptionis etiam stricte sic dictæ. Unde & adoptivi cognomini suo, leviter inflexo, illius gentis, cuius in sacra transferant, nomen adjiciebant, quamvis id non semper, nec eodem modo factum esse animadvertemus, quum aliquando patris naturalis & adoptivi nomen promiscue ferrent. Perizon. Diss. 1. p. 97. & Animadu. Histor. p. 131. Spanhem. de nis & prestant. numis. Tom. 2. p. 77. Quum Scipio Africanus minor ex Aemilia gente in Corneliam per adrogationem transiisset, vocatus est P. Cornelius Scipio Aemilianus. Et qui antea C. Octavius trax, adoptatus a Cæsare, dictus est C. Julius Cæsar Octavianus. Dio Cass. 46. p. 322. Solebant tamen etiam naturalis patris nomen nonnumquam suo adscribere, honoris causa, immo enimdem adhuc patris vocabulo dignari in sermone familiariter. Terent. Adelph. 5. 7. 22. Exempla collegit V. C. Jac. Perizon. Dissert. de divin. Confit. Denter. 25. 5. p. 89.

## T I T U L U S XII.

*Quibus modis jus patriæ pot. solvitur.*

- §. 1. Patria potestas solvebatur. 1. Morte naturali.  
 §. 2. Et 2. civili. Quæ ratione jure possim. & re-  
 stitutio sollebat. §. 4. Nec non 3. Adoptione.  
 §. 5. Et 4. Emancipatione. §. 6. Cur dicta emanci-  
 patio? §. 7. Emancipationis veteris ritus. Testes  
 præsentes. Libripenſ, Antestatus. §. 8. 4. Pater  
 naturalis. 5. Pater fiduciarius. §. 9. 6. Trina man-  
 cipationes. §. 10. 7. Additum pallium fiducia. §.  
 10. Circumstantie temporis. §. 11. Unica mancipa-  
 tio sufficiebat in emancipatione filii & nepotum.  
 §. 12. Emancipatio Anastasiana. §. 13. Emancipa-  
 tio nova vel Justinianea. §. 14. Dignitas olim non  
 solvebat patriam potestatem. §. 15. Justinianus ta-  
 men p. p. exire voluit Patrios. §. 16. Episcopos.  
 §. 17. De causis emancipandi necessariis.

**P**atriam potestatem ordinarie fuisse perpetuam, iam  
 supra Tit. IX. ex Dionyſio Halicarnasco ostendimus. Nihilominus tamen proditi erant quidam mo-  
 di, solvendi patriam potestatem, de quibus est hoc  
 titulo agendum.

§. 1. Et primo MORS, quum omnia Jura personalia tollat, non poterat non & liberos patria potesta-  
 te liberare. Neque tamen morte avi nepotes liberaban-  
 tur, si pater esset superflues, sed tunc in hujus potes-  
 tam recidebant; nisi is forte antea ab avo esset e-  
 mancipatus. Vid. Cali inst. 1. 6. prime. (d). Quia  
 enim patria potestas erat dominium Quiritarium (vid.  
 supra Tit. 9. §. 1.), non poterat nou illud jure ha-  
 reditario ab avo in patrem devolvi.

§. 2. Quum vero ex principiis juris Romani & ii,  
 qui

(d) Poterat enim quis filium emancipare & nepotes  
 in potestate retinere, vel hos e scripsi dimittere, retento in  
 potestate sua filio, quod sollicito monetur, §. 7. Inst. b. r.

qui CAPITIS DEMINUTIONEM, vel maximam, vel medianam, fuerant passi, civiliter mortui videbantur: l. 63. §. fin. D. pro socio factum est, ut vel pater, vel filio capite deminuto, patria potestas solvereatur. Ex enim hac propria civium Romanorum, Maxima vero capitis diminutio servos, media diminutus efficiebat. Atque servi & peregrini nec habere, nec esse poterant nisi patria potestate. Plin. Epist. 10. 8.

§. 3. Hinc captivitate, servitute poena, aqua ignis interdictione, deportatione, five pannis, vel filii potestas patria cessabat (g). Priori tamen causa illa postliminio (Caii Inst. 3. 6. 3.) posterioribus restitutio- ne plenaria poterat recuperari. l. 4. c. de sent. pass.

Ant. Schult. ad Caii Inst. 1. §. 1. p. 47.

§. 4. Exspirabat etiam potestas patria ADOPTIO-  
NE: non quod filius sui juris fieret, sed quod in z-  
liam gentem, aliaque sacra transiret. Vid. supra Tit.  
II. 19.

§. 5. Sed praecipuus modus, quo patria potestas  
quam solennissime solvebatur, erat EMANCIPA-  
TIO, qua ob triplicem, que subinde facta est, mu-  
tationem, & VETEREM, vel legitimam, ANASTA-  
SIANAM, & JUSTINIANEAM dividitur. §. 6. Inst.  
b. 1.

§. 6. VETUS illa erat actus legitimus, & hinc  
certis adhibitis formulis & solemnitatibus, coram co-

ntra-

---

(e) Ergo durante captivitate jus patris potestatis non  
in suspensi erat, ut loquitur Ulp. Fragm. 10. 4. §. 5. Ioh.  
b. 1. sed plane periretatur; & postlimini demum iure  
recuperabatur, quia singebatur, postliminio reversum num-  
quam in captivitate fuisse. d. §. 52 Inst. b. L. L. 16. D.  
de capt. Ex postlim. Hinc captivo patre, liberi vix valide  
nuptias contrahere, testari, hereditates adire poterant.  
Ubi vero pater postliminio patriam potestatem recuperabat,  
filii ex nuptiis illis procreati in potestatem avi vi-  
niebant, bona a filiis adquisita ejus erant, testamentaque  
eorum nulla erant; at nuptias tamen rescindere pater non  
poterat. Thomas. diff. ad b. 1. 1. §. 1. seq.

magistratu, apud quem erat legis actio explicanda. Quam vero leges Romuli ac Decemvirorum ter venundandi filios potestatem indulserant patribus, statuissentque simul, ut tertium manumissus filius sui iuris fieret (*supra tit. 9. §. 6.*): commodissimum visum est Romanis, tria venditione imaginaria liberos e potestate dimitti. Quam vero omnes vendiciones rerum mancipi per mancipacionem fierent, id est, adhibito ære & libra: Vid. Aleand. & Schulting. ad Caii Inst. I. 6. 3. p. 31. seq. consequens erat, ut & illa liberorum, quamvis imaginaria, venditio eodem ritu fieret. Et hinc dicta est **EMANCIPATIO**, de cuius vocabuli usu & significatione conferendi Barn-Bisson. de verb. signif. & Jo. Frid. Gronov. ad Senec. Epist. 45. p. 27.

§. 7. Quoties ergo fiebat emancipatio, adhibendi erant non minus quam quinque testes Romani cives (b), & puberes, & præterea alius ejusdem conditionis, qui libram tenebat antam, unde & **LIBRIPENS** adpollabatur, nec non aliis qui **ANTESTATUS** audiebat. Fit ejus mentio etiam a Prisciano lib. 8. apud Putsch. p. 729. ubi verba Livii: *Impubes LIBRIPENS esse non potest, neque ANTESTARI*: nec non in marmore apud Gruter. p. 1081. ubi narratur, donationem & mancipacionem factam **LIBRIPENDE CLAUDIO DATIVO, ANTESTATO CORNELIO VICTORE**. Ex quo lapide adaptet, diversum a libripende fuisse antestatum. Quam vero **ANTESTARI** fuerit, collis auriculis alterum testem advocare, & dicere: **MEMENTO, QUOD ET MIHI INILLA CAUSSA TESTIS ERIS**: Horat. Serm. I. 9. v. 76. & ibi Accio & Porphyri. in Schol. ilisque ritus non solum in jus vocationi, sed & mancipacionibus accederet (i) non abs re suspicantur viri docti, **ANTESTES**.

(b) Ita Cijus apud Boeth. Comment. ad Tob. Ciz. 34. sed tamen & Latini Junianos testes admitti consuevit, docet Ulpian. Progn. 20. 8.

(i) Certe etiam in testamentis, quæ fiebant ære & libra, adhibitas fuisse *æras triplex*, *enriam tacitum*, *pater*

TESTATUM vocatum, qui testes convocabat, contumque fidem, tacta auricula (*k*), obtestabatur. Metill. *Observ.* 8. 37. Fr. Brummer. de Leg. Cinc. 13. 14. §. 8. Præsentem ponio adesse oportebat non solum patrem naturalens, sed & emitorum filii, quem Cuius PATREM FIDUCIARIUM vocat (*l*). Hic enim non idem videtur fuisse, ac antefactus, quam & ceteroquin emtor in mancipacionibus ab inestato differret. Dicitus autem pater fiduciarius a contractu FIDUCIÆ, qui in tertia mancipacione interponebatur, vel ex novis legibus tacite interpolitus censebarat. §. n. *Inst. de legit. agn. success.* FIDUCIAM avicen (inquit Boeth. Comment. ad Cicer. Topic. 4.) accipit, cunctumque res aliqua mancipatur, ut remanciperet.

§. 9. His ergo præsentibus, naturalis pater filium suum emtori mancipabat, id est, manu tradebat additis verbis: MANCUPO TIBI HUNC FILIUM, QUI MEUS EST. At ille contra ea: HUNC EGO HOMINEM EX JURE QUIRITIUM MEUM ESSE AJO, ISQUE MIHI EMTUS EST HOC ARE, HAC AENEAQUE LIBRA: statimque, percussa libra,

est ex Clem. Alex. Strom. 5. p. 575, Conf. Brumm. de Leg. Cinc. 13. 14.

(*k*) Serv. ad Eclog. 4. v. 3. *Aures memoria sacre*, id est, Minervæ. Cui ideo aures argenteas ex vase solvivit quidam apud Gruter. *Inscr.* p. m. 61. 1. Et ad ludere Trebatium 1. 21. p. *Dicitur* censet V. A. Ev. Otto de jurispr. symbol. Ex. 2. c. 3. p. 144.

(*l*) Vix nomen hoc quadrat emtori filii. Mancipatione enim emtor non siebat pater, sed dominus. Fiducia quoque in tertia demum mancipacione contrahebatur. Tunc ergo demum emtor iste fiduciarius vocari empsit. Sed Attianus fortassis hic Cajum turbavit. Vid. Schulung. ad Caj. *Inst.* 1. 9. p. 15. (Jam vero aliter sentio. Potuit dici pater, quia naturalis IIII filium in jure cedebat: potuit dici fiduciarius per πολεμόν: quia tertius venditioi accedebat fiducia. Vocabulum antiquitatem recordet, ut non temere ab Attiano profectum videri possit.)

bra, festertium numum (m) dicas causa tradidit ei, a quo filium acceperat, quem deinde solemniter manumiscebatur eincor. Quandoquidem vero ex principiis juris Romanii filius, tunc iterumque manumissus, in potestatem patris recidebat: Dionys. Hal. 2. p. 96. non poterat non imaginaria ista venditio ter repeti. Ubi postrema fiebat mancipatio, contractus fiduciae accedebat, paterque naturalis haec verba addebat: EGO VERO HUNC FILIUM MEUM TIBI MANCUPO, EA CONDITIONE, UT MIHI REMANCUPES, UT INTER BONOS BENE AGIER OPPORTEL, NE PROPTER TE TUAMQUE FIDEM FRAUDER. Cic. de officiis 3. 15. ad fam. Epist. 7. 15. Sigan. de iudic. 1. 5. Ille contra statim, recepero festertio, filium patri naturali remancipabat. Quod ideo a Romanis excogitatum fuerat, ut ne, si a fiduciario manumitteretur, hic iuta patronatus retineret, & naturalem patrem hereditate excluderet. Caj. Inst. 1. 6. p. m. 59. Remancipatum ergo filium pater naturalis denique manumiscebatur, & quidem ordinario vindicta ritu, additis alapis. Unde emancipatio olim usq' tib' p'p' u' s'c'nt' p'p' r'c' cum iu'riis & alapis facta dicitur. Novell. 81. pref. Horum titulum ornatum notitiam debemus Cajo Inst. 1. 6. 3. sed pessime habito ab Aniano, unde pleraque ex doctorum virorum notis, & maxime Fr. Brumneri viciuero opere de lege Cincia, vel emendanda, vel supplenda fuerunt.

## §. 10.

(m) Apud Cajum est: Unum, aut duos nomes. Id vero procul dubio ab Aniano est. In mancipationibus semper requirebatur numerus unus, quatuor assuum, id est, festertius. Testes sunt inscriptiones apud Gruterum, & Spon. Miscell. p. 292. in quibus sepius in mancipationibus mentio fit SESTERTII NUMI UNIUS. Testantur veteres auctores, veluti Vitruv. Architect. 1. 4. Nomo festertio mancipatio dedit. Testatur ipsum jus nostrum l. ult. C. de donat. ubi conferri merentur Cujac. Obs. 10. 37. 19. 11. Ant. Augustin. Emend. 2. 7. Frid. Brummer. de Leg. Cinc. XIV.

§. 10. Poteant porro tria iste mancipaciones vel eodem die, iisdemque testibus, vel interjectis aliquot diebus, aliisque adhibitis testibus, seorsum fieri. Paul. Recept. Sent. I. 25. 2.

§. 10. Poteant porro tria iste mancipaciones vel eodem die, iisdemque testibus, vel interjectis aliquot diebus, aliisque adhibitis testibus, seorsum fieri. Paul. Recept. Sent. I. 25. 2.

§. 11. Opus quoque his solemnitatibus ter repetitis erat duntaxat in emancipatione filii, quum filii & nepotes unica tantum mancipacione patria potestate exirent. Addebatur tamen & hic fiducia de remanicipatione, ut ne pater naturalis spem successionis ab intestato amitteret. Caj. Inst. l. c. Ulpian. Fragm. 10. 1.

§. 12. Et haec est vetus illa ac solemnis emancipatio, quae, ut aliae formulæ ac solemnitates, displice-re potestatari coepit. Quare ANASTASIUS Imperator novum invenit emancipandi modum, qui solum Principis rescriptum judici insinuandum exigeret, & omnia tamen veteris emancipationis effecta haberet. L. 5. c. de emanc. lib. (Quemadmodum enim per rescriptum principis quib[us] redigi poterat in patriam potestatem, l. ult. D. de adapt. rescripto merito & ea solvebatur. L. 35. D. de regn. jur.)

§. 13. Deinde JUSTINIANUS, & has abolitus ambages, Anastasianam quidem emancipationem non sustulit, sed tamen patribus permisit, ut statim adi- rent magistratum competentem, & coram eo, conser-tiente filio, filium se & potestate dimisuros esse, often-derent. L. ult. §. de emancip. lib. Idque hac fiebat formula: HUNC SUI JURIS ESSE PATIOR, MEAQUE MUNU MITTO. Harmenop. Prompt. 1. 17. 8. Sed posterioribus his speciebus nomen EMAN-CIPATIONIS vix quadrat, fatis adparet.

§. 14. Postremus modus, quo patria potestas solvebatur, erat DIGNITAS: At quamvis Dionysius Ha- lic. 2. p. 96. nullam dignitatem patria potestate liberasse contendat: jam ab antiquissimis tamen temporibus Flamines Diales & Virgines Vestales patria potestate li- berabantur. Ulpian. Fragm. 10. 5. Gell. Noſt. Antic.

1. 12. Id quod tamen non tam ob dignitatem, quam ideo potius factum videtur, quia tum Flamines Diales, tum Vestales virginis a pontificibus manu capiebantur. Quam ergo capti ex principiis Juris Romani capite demini dicerentur, & hinc jure patriæ potestatis existent: initium non est, utrumque etiam hoc sacerdotium eam potestatem solviſe. De ritu capienti Vestales vid. Dionys. Hal. 2. 68. apud quem, quod obiter moneo verbum *αἰρετούσας* Sylburgius parum accurate vertit *optandi*, quam vertendum sufficit capiens. Gell. 1. 12. Lips. de *Vesta & Vestal.* V. Flaminis Dialis capi meminit Liv. 27. ubi conf. Ja. Guther. de *ver. jur. Pontif.* 1. 32. Quin & flaminicæ, id est, uxores flaminum Dialium patria potestate exhibant, quod SCto demum coarctatum tempore Tiberii Tacit. *Annal.* 4. 16.

§. 15. A: Justinianus postea & Patriciatus dignitatem immunem esse jussit a patre imperio. L. fin. C. de confid. §. 4. Inst. b. 5. Ante Justinianum enim patriciatum a patria potestate non liberalisse, idque frustra ex Cassiodori *Var.* 6. 2. colligi contra Vian. ad §. 4. Inst. b. 5. & Bachov. in *Disp. ad Treutl. Vol.* 2. *Disp.* 2. *ib. ult.* accurate evicit V. C. Reinold. *Var. Cap.* 19. Cave vero hic intelligas antiquos illos patricios, quos in libera republica plebeis oppositos constat. Constantinus enim Magnus præcipuos rerum administratos vocare solebat patricios, ut se quasi principum patres esse meminissent. Hi ipsos Præfectos Prætorio ordine anteibant. Zosim. *Hist.* 2. 40. nec minor, quam horum in imperio erat auctoritas. Quemadmodum enim Præfeti proponebant Edicta, quæ deinde in unum corpus collecta τὰ ἐπαγκυῶν nomine veniebant: ita idem jus erat Patriciis, quorum edicta collecta τὰ Παραινά dicebantur, sicuti ipsorum principum βασιλεῖ. Vid. Cujac. *Obs.* 6. 10. Unde parum accurate Dionys. Gothofred. in *Nomenclatore Græcar. jur. di-*  
*ction.* ad *Harmenopoli.* pag. 447. Παραινά τὸ μαγιστρικόν περιέχει, constitutiones Romani Imp. aut potius Commentarius magistri ad Romani Constitutiones, aut certe liber a magistro, Romani nomine, compotitus suis The titulis distinctus, aut potius aliquid l'equivox, aliud.

*Int̄ rā rā p̄f̄ȳ c̄p̄ r̄p̄p̄p̄.* Ubi sane dum plures conjecturas representant, a re plane aberrat vir doctissimus. Ceterum & posteris ea dignitas summa tempore & splendidissima vilia est. Vid. Caliodor. Far. 6. 2.

§. 16. Idem beneficium deinde Justinianus cum Episcopis, quin & cum aliis, qui magistratum honorarium dignitate pollicerent, veluti cum Consulibus, Consularibus, Praefectis Praetorio, & Urbi, Magistris milium & patrum fisci communicavit. Novell. 81.

§. 17. Accedebant quedam causae, ob quas patentes etiam inviti cogentur liberos e potestate dimittere, de quibus passim jureconsulti. Conf. Thomas. Dissert. de usu pratt. Injus tit. 1. 15. 16. & que nos diximus in Elem. Jur. Civ. §. 198.

### TIT. XIII. USQUE AD XV. ET TIT. XVII. USQUE AD XX.

#### De tutelis, testamentaria, legitima, dativa.

§. 1. Tit. 13. Tutela Romæ antiquissima. §. 2. Tit. 14. Lex 12. Tabularum de tutela testamentaria. §. 3. Tutela testamentarie indoles. §. 4. Tit. 13. Lex 12. Tab. de Tutela agnitorum legitima. §. 5. Origine hujus tutelæ. §. 6. Tutela legitima occasionem dedit fratribus hereditatum. §. 7. Tit. 17. Origo legitime parentum tutelæ. §. 8. Tit. 18. Origo legitime parentum tutelæ. Tit. 19. ut & tutela fiducaria. §. 9. Tit. 20. Lex Asilia de tuto de duobus quando lata? §. 10. Quid ea lego facitum? §. 11. Lex Julia & Tertia. §. 12. Tutoris datio consulibus Secio Clodiano injuncta. §. 13. Praetor tutelaris factus ab Antonino. §. 14. Praefectus & Praetor quando tutores dederint? §. 15. Justiniani nova Constitutione. §. 16. Tutela mulierum origo \* in Opus. Miscell. Sylloge I. Dissert. 25. §. 17. Ex vel pupillaris, vel perpetua. §. 18. Perpetua vel testamentaria, vel legitima, vel pratoria. §. 19. Amariti tutores uxorum? §. 20. A tutela nonnulla privilegio liberata. §. 21. Legis Papia Popaea sanguis de tutela mulierum. §. 22. Privilegium indulsum.

plures  
octissi-  
mpe. &  
um E-  
hono-  
libus,  
yglis  
L. &.  
paren-  
dimit-  
homis.  
que

V.

z. Tit.  
ia. §.  
5. Lex  
- Origo  
z dedit  
legisti-  
legisti-  
fodinea-  
datus  
§. 11.  
fulibus  
nularis  
Praxit  
i nova  
In O-  
La. vel  
l. restat  
go. An  
nnulliz  
ex san-  
indul-  
rum

etum mulieribus, que ter, quaserve pepererant,  
§. 23. An SC. Claudianum tutelae mulierum susti-  
terit? §. 24. Quandiu duraverint?

**S**equitur tertia personarum divisio, aut subdivisio potius personarum sui juris. Harum enim quedam in TUTELA, aliae in CURATIONE sunt, quedam NEUTRO JURE tenentur, princ. Inst. h. 2. Ipsa tutela curaque eorum, qui per etatem vel imbecillitatem intellectus se ipsis defendere nequeunt, est juris gentium, & hinc apud omnes peraque gentes recepta. Vid. Selden. Ex uxore Hebr. 2. 3. Puffend. Jur. Nat. & Gent. 4. 4. Sed Romani in multis a simplicitate ista juris naturalis deflexerunt. Unde apud eos alia tutela IMPUBERUM, alia curatio MINORUM, aliorumque, qui rebus suis ipsis superesse non poterant, alia tutela FEMINARUM. De omnibus ex antiquitatibus Romanis nonnulla monenda.

§. 1. TUTELA IMPUBERUM tam antiqua est, ut & sub Regibus ejus exemplum reperiamus. Autem enim Mircium filiis tutorem dedisse L. Tarquinium Priscum, patet ex Liv. 1. 46. Quum ergo Tarquinius nec agnatus fuerit, nec eo tempore leges de tutela dativa existarent, adeoque ea tutela procul dubio testamentaria (<sup>(n)</sup>) fuerit: sequitur, ut haec sit reliquias antiquior.

§. 2. Certe, & legibus 12. Tabularum ea tutelæ species firmata est, prospectumque, ut patri de liberorum tutela in testamento disponendi facultas esset. Legitima verba ex Auctore ad Herennium, Cicero, Ulpiano & Paullo ita restituit Jac. Gothofredus de Leg. 12. Tab. 5. 1. PATER FAMILIAS,

VTI

(n) Testamenti factio & ante Romanum conditam in Italia viguit. Sic Proca, rex Albanus, Numitori filio, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum si viz gentis legasse dicitur Livio 1. 3. Exemplum Lucumonis in Tuscia, temporibus Romuli, vel Numis viventis & testamento pretereuntis postumum nepotem, habet idem 2. 34.

VTI LEGASSIT SUPER PECUNIAE (o), TUTELAEVE SVAE REI, ITA IUS ESTO. Legare hic non solum singulas res testamento relinquere, sed & omne testamentarium negotium denotat, idemque adeo est, ac testari, seu testamento statuere, vel decernere. Est enim legare, seu syllabat primis quantitas doceat, a Graeco vetusto κτινει, vel κτινει, unde futurum, κτινο, quod verbo κτικεσθα tribuunt grammatici, κτινει hereditati, & κτινεις magistratus Atheniensium. In primis autem LEGARE Latinis erat legis modo disponere, mandare, legem dicere rebus suis, missis, seu infra ad titulum de legatis docebimus. Super pecunia, tutelae οικουμενη dicitur. Non enim raro antiqui exemplo Graecorum, easum secundum pro sexto adhibebant. Sic in marmore Silernitanorum, apud Grut. Inscr. p. 343. 2.

ACERIO. FIRMEO LEONTIO. PRIMARIO. VIRO. ET. EDITORI. MVNERIS. SVI. CVM. FERARVM. LIBYCARVM. QVI VIXIT. ANN. XXX. DIGNISSIMO. FILIO.

#### CONSACRAVERVNT.

Pecunia porro non solum numos, sed & omnem substantiam testatoris, immo & jura, complectitur. Quidquid enim homines possident in terra, quorum dominis sunt, PECUNIA vocatur, servus sit, vas, aeger, arbor, pecus: quidquid horum est, PECUNIA vocatur, inquit August. De Doctrin. Christ. 6. pag. 385. Tom. 6. op. plane iudice, uti patet ex l. 222. D. de verb. signif. Denique SUÆ REI dum additur, id sine referendum ad ipsos liberos (p), qui jure

vc-

(o) Additur ab aliis FAMILIE. Ant. ad Hesant. 1. Cic. de Invent. 2. 50. Unde familie emas, Ulpian. 2. 50. & familiem exciscere.

(p) Unde non est, quondam lectionem hanc sollicitat V. Gerard. Noodt. Obs. 2. 19. ubi legi juber. Super tutela, pecuniorum sua, additique tutelam suam idem esse ac tutelam eius, qui suis testatoris haeres sit. Nemo enim temere ita loqueretur. Nec obstat, tutelam non habere docum in

veteri erant in dominio Quiritario, adeoque RES MANCIPI (Lib. 2. Tit. 1. §. 15.). Sensus ergo est, quicumque legem paterfamilias in testamento suo dixerit, & quocumque modo disposuerit, & de rebus suis, & de ipsis bonis ac facultatibus eorum (scilicet per substitutionem pupillarem) ita ratum post mortem futuram. Quum enim antea sub regibus, calatis comitiis testamenta fierent, adeoque hæredum tutorum institutio a populi magis arbitrio, quam voluntate testatoris, penderet: mutatum id est lege decemvirali, permissumque paterfamilias cuivis, de tutela, pecuniaque sue rei, id est, liberorum suorum, liberime disponere.

§. 3. Si quis ergo paterfamilias liberis, quos in potestate habebat, sive liberos, sive servos suos, hos tamen cum libertate, tutores dederat (q): si sine satisfactione, atque inquisitione admittebantur, ipsosque excludebant legitimos, dummodo essent ci-ves. Nam Latini Juniani, quanvis cum iis esset testamenti factio; tutores tamen dari non poterant per legem Juniani. Ulpian. Fragment. 11. 16. Quia vero fundamentum hujus tutelæ testamentariorum erat patria potestas; consequens erat, ut & nepotibus, qui in patris potestatem defuncto ayo non essent rescaturi, & exhæreditatis impuberibus tutores testamento constitui possent. Vid. lib. 4. & 26. §. 2. & lib. 31. D. de testam. tut. Et inde simul patet ratio, cur mater tutores testamento dare non posset, lib. 2. D. de confirmat. tut. quanvis tutor ab ea datu confirmari soleret cum inquisitione, modo ea pupillam simul hæredem instituisset. L. 4. D. de test. tut. L. 4. D. de conf. tut. L. 7. §. 1. L. 8. D. cod. Que confirmatione & aliis casibus, quibus tutoris da-

tio-

in liberis, dum sunt rei sue, id est, in patria potestate constituti. Legat enim pater de tutela sue rei, sed non cum easum, quo liberi futuri sint capita libera.

(q) Formulas quibus in testimentis usi Romani, si tu-tores dare vellent, colligit Brisson. de Fornis. 7. p. 616.

tioni vitii quid inesse videbatur, accedere solebant, eeu JCTi pluribus docent in libellis suis.

§. 4. Quum vero contingere posset, ut intestatus, saltim quod ad tutelam, decederet pater familias, iisdem legibus decemviribus fuerat constitutum: AST SI INTESTATO MORITVR, CVI SVVS HERES NEC ESCII, ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM NANCITOR. Gothofred. ad 12. Tab. 5. 4. Et ab hac lege LEGITIMA dicta est tutela, ad quam agnati ab ipsa lege vocabantur.

§. 5. Quenam sit hujus LEGITIMÆ TUTELÆ origo, cruditis nondum liquet. Veteres mirifice hic disperparunt. Solon adgnatos a tutela prohibuerat, veritus procul dubio, ne haereditatem capere malent, quam exspectare. Hinc potius cognatis credidit pupilos, nec proximi tamem semper, sed quoescunque Archontes idoneos judicassent. Diog. Laert. I. 56. Petit. de leg. Attic. 6. 7. Charondas contra, sejuncta educationis, bonorumque cura, illam penes cognatos, hanc penes adgnatos esse voluit, quum nec illi tolendi e medio pupilli, nec hi dissipandatum facultatum ullam haberent caussam. Diod. Sic. Biblio. 12. p. 81. Denique Lycurgus adgnatos proximos ad tutelam vocavit, forsan, quod in tanta Spartanorum continencia & paupertate, non admodum meruerentur insidie. Exemplum sane legitima adgnatorum tutela Sparta receptae, est apud Herodot. I. p. 16. ubi ipse Lycurgas dicitur *τερποδίους τε φέτια, οὐδέ πόδια μηνιαρά, βασιλεύοντες Σπαρτιανοί. Τυποί, οὐ ειδομένοι Λεόβοι Σπαρτιατῶν Regi.* Add. Crag. de Rep. Lac. 2. Spartanos ergo imitati videntur deceinviri. Lacedæmoniorum sane non minus, quam aliorum Græcorum, instituta quedam in XII. tabulas migrasse, jamudam observarunt Athenæus 4. p. 273. Symmach. Epist. 3. II. Ammian. Marcellin. 16. 5.

§. 6. Satisne vero prudenter eam Spartanorum legem civitate donzini decemviri, alti viderint. Non sene tanta erat Romanorum, quanta Laconum, continentia, non idem utrobique divitiarum contemtus. Hinc tor iniquissimi haerediperæ quorum cha-

racterem egregie expresserunt Pers. Sat. 2. 13. Horat. Serm. 5. Juvenal. Sat. 5. v. 98. 6. v. 93. Martial. Epigr. 6. 63. 8. 17. Thomas. *Differ. de injusto jure hereditatis.* §. 14. sequ. Bynkersh. *de cœpt. instit.* p. 303. seq. An religioni sibi duxerint homines tam lucri cupidi, pupillum, cuius proximi heredes erant, intertimere? (conf. §. 3. *Inst. de pup. subslit.* Sueton. Galb. 9.) Unde mirum est, legislatoriam decenvironrum prudentiam haec in re quidam tantopere admirari.

§. 7. In iisdem porro 12. tabulis erat constitutum: SI LIBERTVS INTESTATO MORITVR, CVI SVVS HÆRES NEC ESCIT, AST PATRONVS PATRONIVE LIBERI ESCINT, EX EA FAMILIA IN EAM FAMILIAM PROXIMO PECVNIA DVITOR. Gothofred. ad 12. Tab. 6. 2. Et ex hac quidem lege, defuncto sine prole liberto, patronus (r), vel hoc proximato, ejusdem liberi in capita succedebant ab intestato, remotoresque excludebant. L. 23. §. 1. D. de bon. libert. Quum ergo iam dudum Roma valuerit regula: ubi successionis emolumens, ibi & tutela onus esse debere: et quum viuum est jureconsultis, ut etiam in tutela patronorum essent liberti, eorumque liberi. L. 3. pr. & §. 1. D. de legit. test. Et hinc nata legitima PATRONORVM TUTELA, quam per consequentiam ex lege duodecim tabularum introducillam, recte ait Ulpian. Frag. 11. 3.

§. 8. Diximus supra Tit. 12. §. 9. patrem naturalem, emanciparem liberos, ultimam mancipacioni addidisse pactum fiducie: EGO VERO HUNC FILIUM MEUM TIBI MANCUPO, EA CONDITIO, UT MIHI REMANCUPES, UT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET, NE PROPTER TE TUAMQUE FIDEM FRAUDER. Di-

Ninus

(r) Quippe proximus velut agnatus, uti diserte monet constitutio Graeca Justiniani, quam ex Basilicis restituit Cujac. Obsrv. XX. 14. quia agnati videtur libertum, qui illos manundserunt.

ximus etiam, tunc emtorem, seu patrem fiduciarium, filium sibi mancipatum patri naturali remancipasse, a quo demum fuerit per vindictam manumissus. Diximus denique id ideo factum esse, ut pater naturalis jura patronatus, conjunctamente cum iis spes succedendi ab intestato, retineret. Vid. supra Lib. I. Tit. 12. §. 9. Quum ergo penes patrem, tamquam patronum, spes remaneret successionis: ex prudentum interpretatione deferenda etiam ei videbatur tutela legitima, si filius emancipatus adhuc esset impubes. Mortuo porro parte, fratres istius emancipati natu maiores, si essent majorenni, ad tutelam vocabantur. Quum vero hi non essent fratrii emancipati heredes ab intestato, tutela illa non poterat dici adgnati. Vocabata ergo est FIDUCIARIA, ab illo pacto fiducia, quod in emancipatione intercesserat. Quamvis ex Ulpiano pateat, olim non legitimam fratum, sed ipsam parentum tutelam dictam esse fiduciariam: idque vel ideo concinnius sit vocabulum, quod pactum illud fiduciae non frater, sed pater emancipans interponeret. Ita tamen & Modestinus hanc tutelam vocat I. 4. D. de legiz. 1. ac. nisi & eam in legem falsoem imunisit Tribonianus (quod tamen suspicari supervacuum. Vere enim filius sit fratrii tutor, ob pactum fiduciae a patre interpositum, d. l. 4. 4.). Vid. Ant. Schulting. ad Ulpian. Fragm. 9. 5. p. 595. Huber. Digress. I.

## 4.

§. 9. Enimvero, quum non decesserit casus, quibus testamentarii, & legitimi tutores, desicerent: visum est Romanis nova lege cavere, ut impuberibus tunc tutores a magistratibus DARENTUR. Factum ergo ea de re plebiscitum, quod LEGIS ATILIAE (f) nomine in jure laudatur. Tempus hujus legis late in-

cer-

(f) ATILIA, non ATTILIA dicitur haec gens apud Livium, Tacitum, Ciceronem, & maxime in numis & marmoribus. Vid. Fulv. Ursin. de famili. Romana. p. 43. ex numism. epist. Pastori. Erat ea gaudi Romae nobilissima in tres postumum divisa famillias, quarum una Regula.

certum est, nisi quod eam ante annum ab U. C. 567, conditam doceri possit ex Livio 39. 6. Vid. Car. Sigen. de antiquo jure civ. Rom. I. 13. Invenimus sane, Atilium Longum, Trib. plebis fuisse anno U. C. 309. I. Atilium anno 343. Liv. 9. 30. sed neutrum hanc legem tulisse verohmile est, quoniam tunc nondum erat Praetor urbanus. Annum U. C. 460. quo praetor fuit M. Atilius Regulus, huic legi adsignat Steph. Vin. Pigh. in Annal. ad ann. 460. sed & hunc non magis auctorem legis esse arbitramur: maxime, quoniam Praetores plebiscita ferre non solebant. Procul dubio lata est anno 443. a L. Atilio Regulo, Trib. pleb. cuius meminit Liv. 9. 30.

S. 10. Hac vero lege cautum est, ut pupillis, & feminis, quibus nec testamentarius, nec legitimus tutor esset, tutor daretur a praetore & maiore parte tribunorum plebis (<sup>1</sup>). Exemplum est apud Liv. 39. 9. Fecenia Hispala post patroni mortem, quia nullus in mansi esset, iurorem a TRIBUNIS & PRÆTORI perisse dicitur. Dicitus ejusmodi tutor Atilianus, nec non dativus, a formula, qua uti Praetores solebant: DO TE TUTOREM. Briffon. de Form. 5. p. 403.

S. 11. Sed quam ea lex Romæ tantum haberet locum (Ulpian. Fragm. II. 48.) anno U. C. 722. Augusto 3. & M. Titio M. F. Rufo Coss. lata est lex Julia & Titia. Henr. Valci. ad Excerpt. Petrelian.

rum, altera Serranorum, tertia Calatinorum cogenomen fecerat. Gentis totius seriem accurate dedit J. Petizon. Animad. Hist. cap. 1. p. 20.

(<sup>1</sup>) Id vero ideo videtur sanctum, quia aliquando una cum praetore edicta conscribabant tribuni, aut certe hi a praetoribus in consilium adhibebantur. Vid. Cic. de officiis 3. 20. Ceterum hic id singulariter est, quod plura Tribunorum plebis suffragia vincerent pauciora, quum alias singulis esset jus intercedendi, turbandique reliquorum decreta. Observatum id jam a Fr. Hotomanno, & Arn. Vipnio ad pr. Inst. de Atil. tut.

cian. p. 61. Tacit. Ann. 5. 25. Quia enim antea diu in sola Sicilia fuerat moribus receptum, ut prætores ~~re~~ ipsorum à plurimis iisque cura cuyusvis, pupillis & feminis adgnatorum cura destitutis, tutores darent; Diodor. Sic. in Excerp. Petresc. p. 397. factum est, ut illud jus hac lege etiam cum aliis provinciis communicaretur, juberenturque præsides etiam in provinciis tutores dare. Ulpian. Fragm. l. c.

§. 12. Sed tamen hæc tutoris datio non unam postea subiit mutationem. Quum enim tribuni & prætores negligentius forsitan eo munere fungerentur: sanctum est SCIO Claudiiano, ut pupillis extra ordinem tutores a consulibus darentur. Suet. Claudi. 23. Hinc ad Trajanis usque tempora tutores a consulibus datos legimus apud Plin. Epist. 9. 13. Horum vero, simul erat inquirere in tutoris conditionem, atque indolem, ne quid res pupilli detrimenti caperet. §. 3. Inst. h. t. Quæstiones in ista inquisitione propositas recentet Jac. Cujac. in Papinian. ad l. 5. c. de conf. taur.

§. 13. Mox tamen & consulares istæ tutelæ dispu-  
cuerunt. Unde jus dandi tutores prætoribus constitu-  
tione restituit M. Antoninus Imp. ita tamen, ut si-  
gularem ficeret Prætorem, quem ab officio tutela-  
rem, vel pupillarem adpellabat (1). Jul. Capitolin.  
vit. Marci Cap. 10. §. 3. Inst. h. t. Hæc Prætura sa-  
ris diu Romæ manit. Nam ANICII AUCHENII  
BASSI, PRÆTORIS TUTELARIS mentio fit in  
marmore apud Reines. Inscr. 6. 4. Alia monumenta,  
in quibus hic Prætor laudatur, collegit Jos. Castilio  
Var. Lett. 20.

§. 14. Paullo post mos invaluit, ut Romæ præ-  
fetus urbi, & prætor secundum suam jurisdictionem;  
in provinciis vero Præsides, immo & Legati Procuri  
ex speciali lege, id est, ex Oratione D. Marci tu-  
tores

(1) De officio prætoris tutelaris singularem scripsisse  
Ulpianus, quem citat Modestinus l. 6. §. 13. D. de ex-  
clusis. Existant ex eo tria fragmenta l. 3. 5. 9. D. ead.  
iit. nec non Paulus, ex quo nounullæ leges desumptæ.

tores ex inquisitione darent ( Schulting. in *spur.* I. 15. 6. p. 149. ), qui tamen etiam inferiori magistratu vel ipsi civitatis defensori id negotii dare poterant, si non adeo magnae essent pupillorum facultates. S. 4. *Inst. de Attil. iur. l. 1. pr. §. 1. l. 3. l. 19. pr.*  
*S. 1. D. de iur. & cur. dat.* Erant autem *Defensores civitatum*, qui & *advicis*, & *Vindices* appellari, similes tribunis plebis Rom. eorumque erat plebis iusta adversus magistratus tucri. *l. un. C. de off. jurid.* *Alex.* Unde eos cum ~~adseruntur~~, servatoribus locorum, locorum judicibus, vicariis, qui juris dicundi causa a Praefectis praet. mittebantur, non confundendos monet Cujac. *Observ. 3. 14. (n).* Que loca cum *l. 8. D. de iur. & curat. datis ab his*, diligenter, ut solet, concedit Ger. Noodt. *de Jurisd.* 2. 8. p. 162.

S. 15. Denique Iustinianus sancxit, si pupilli, vel adulti facultates usque ad D. solidos valent, ut Defensores civitatum una cum episcopo, vel aliis magistratus, etiam non exspectata Presidis iustione, vel Juridicus Alexandrinus (x) tutores vel curatores darent. *l. 30. C. de Episc. aud.* S. 5. *Inst. de Attil. iur.*

S. 16. Hac tralatitia finge. Antiquitatum vero Iudicis porro est observandum, non solum *pupillor* tutelle, jure veteri Romano, subsuisse, sed & FEMINAS. Et Achenis quidem idem fieri consueverat, ubi noxi mulierum tutores, quos *reges* appellabant. Vid. *Guil. Budæi. Comment. Græc. Ling.* p. 44. 45. Pfeiffer.

*Argu.*

(\*) Observata tamen differentia; ut, si Praesides ipsi tutores darent, id fieret cum iocquisitione: siu magistratus municipales, cum satisfactione. Qna de re infra.

(\*\*) Suberat hic prefecto augustali Ægypti. Strabo I. 17. p. 1147. qui & observat, cum nos Alexandria, sed universo Ægypto jus dixisse. Hinc juridicus Ægypti. Gruter. *Inst. p. 373. 4.* habuit legis actionem, *l. 1. D. de off. iurid.* tutoris dationem, *l. 2. D. cod.* & donatio apud eum insinuari poterat. *l. un. C. cod. tit. Conf. Rebus. Inst. 9. 26.*

*Antiqu. Græc.* 4. 5. p. 616. Salmas. de mort. usurar.  
4. pag. 163. Sane enim in negotiis omnibus feminis  
Græcis adhibendi erant tutores, Cic. pro Flacc. 30.  
( *Dissert. nostr. de marito tut. vel curat. legit.* l. 8.  
seqn.) adeo ut contrahere non possent sine illis nisi  
m̄jura ap̄dū ultra modum horde, ceu testantur Dio  
Chryſost. *Orat.* 75. & alii veteres, quos excitarunt  
Meurs. *Them.* Att. 2. 9. & Salmas. de modo usur. cap.  
10. p. 425. Nec agere, vel conveniri Athenis poterat  
mulier sine tute, & hinc illa vox præconis in judi-  
ciis Atticis: *η δέντα νή περιποτίας*, *Citatnr hæc mulier,*  
*ejusque iutor.* V. C. Ev. Otto *Diss.* 4. cap. 1. §. 6.  
6. Inde est, quod nonnulli istam mulierum tutelam e  
jure Attico in Romanum permanasse existimant. Schil-  
ter. *Exerc. ad Pand.* 38. 227. p. 691. Vinc. Grayina  
de leg. & senatuscons. p. 550. Sed præterquam quod  
illam tutelam plane diversam a Romana fuisse, pro-  
bagur a Meursio *Attic. Lest.* 3. 24. videtur etiam Ro-  
mana propter insimitatem consilii jam inde ab ipsa  
urbis origine recepta. Quamvis enim id non sequatur  
ex loco Plutarchi in *Numa* p. 66. ubi Vestalibus id  
privilegii concessisse Numa dicitur, ut a tutela essent  
immunes ( ex quo loco alias colligunt, mulieres jam  
cum ab eo tempore sub tutela fuisse ) (y); certius

ta-

---

(y) Id privilegium Vestalibus non concessit Numa s.  
quidquid dicat *Tintinibus*. Jus enim trium liberorum s.  
quod ibidem ait Vestalibus concessum, Numæ temporis  
bus erat incognitum. Præterea ad Aug. hoc Vestalium  
privilegium refert Dio Cass. l. 56. p. 578. Just. Lips.  
de *Vesta* & *Vestali* 12. Sed adde tamen, quæ scripsitus  
in *Comment.* ad Leg. Iul. & Pomp. Lib. 1. c. 2. p. 27. ubi  
Plutarchi locum una littera mutata ita emendavimus:  
*Τίμως δὲ περιάλατοι αὐτίδαιοις* ( pro ἀτίδαιοις ) *εἰσπλα-*  
*γοῦσθαι*, *οὐτὶ τοι τοι διαδόθαι ζεῖντος εἰσίνεις πα-*  
*τρόπος*, *ηγεναντεῖται εὐθυγράτεις, διογύνεις, δουλε-*  
*ψεις τερπναδεις*. Tribuerunt ( non Numa, sed Romani ) Ve-  
stalibus ingentes honores, inter quos testamenta vel superfluite  
patre mucipandi jus, & fratre tute liberae suarum remun-  
eribitrum, ut, quibus tuis sunt liberi. Multa enim Plu-

ta-

tamen id colligere licet ex loco Catonis apud Liv. 34. 2. Majores nostri nullam, ne privatam quidem rem, agere feminas sine auctore voluerint, in manu esse parentum, fratribus, virorum. Adde & alterum locum Ciceron. (2) pro Murena 12.

§. 17. Ecce vero haec mulierum tutela vel PUPILLARIS, vel PERPETUA, Boeth. in *Topica* Cic. IV. quarum hanc illi præferebant veteres, teste Gellio Noct. Att. 5. 13. *Pupillarem* pubertas finiebat; *perpetua* ne majorem uitate quidem exspirabat. *Pupillarum* tutores & gerebant, & auctoritatem imponebant. *Adulatarum* vero negotiis tutores tantum auctoritatem interponebant, non vero gerebant. Hinc verbi causa recte mulieri adulteri poterat solvi. Cic. *Topic.* II. At  
auto-

---

tarchum data occasione per *wp̄ληντην* refecte solere, sibdem ostendimus.

(2) Verba Ciceronis sunt: *Nam quum primula præclaræ legibus essent constituta, ea jureconsulorum ingenitis plerique corrupta sunt. Mulieres unnes propter infirmitatem consiliis magistris in TUTORUM potestate esse voluerint; bi inventarunt genera tutorum, que potestate mulierum continenter. Locus hic ab ipsis interpretibus parum intellectus est.* Fr. Sylv. p. m. 635. alt. jureconsulteros invenisse tutelas, quibus non mulieres sub tutorum, sed hi sub mulierum potestate essent. Sed huc numeris Platonice obscuriora Melanchth. p. 672. & Jo. Benignus p. 744. intelligunt tutelam maternam liberorum. Sed ea non est illorum temporum, ut patet ex Nov. 118. Joac. Camerarius p. 700. plane invixit. Sed certissimum est, intelligi tutores, ab ipsis mulieribus electos. Mulieres conventione in manum liberabantur a tutela, & filiarum familias loco habebantur. Quum ergo paterfamilias jure posset restare de tutela: factum est, ut & morientes mariti testamantis de tutela uxorum disponerent, & ita quidem disponerent, ut illis darent oppositionem, quem vellent, tutorem sibi eligendi. Exemplum præclarum est apud Livium 39. 19. Hoc quum contra veteres leges invexissent jureconsulteros, inventarunt genera tutorum, que potestate, id est, optione mulierum continerentur.

auctoritate tutorum opus erat, si illa lege, aut legitimo judicio agere vellet, si se obligaret, si negotium civile gereret, si rem mancipi alienaret. Cic. pro A. Cac. cap. 25. Ulpian. Fragm. 11. 25. 27. Quin & nupicias contrahente, vel in manum coavenire sine tutorum auctoritate non poterat. Cic. pro Flacc. c. 34.

§. 18. Erat potro perpetua illa tutela mulierum vel TESTAMENTARIA, vel LEGITIMA, vel PRÆTORIA. Ita erat in potestate mariti, qui moriens uxori, quæ in manum convenierat, tamquam filiæfamilias, tutorem dabat testamento. Id quod non solum ex loco Ciceronis paullo obscuriore pro Mur. c. 12. sed & ex hoc testimonio clarissimo Livii 39. 19. patet, ubi Hispalæ Fecennæ SC. data dicitur *gensis enupris*, & TUTORIS OPTIO, quasi ei VIR TESTAMENTO DEDISSET. Vid. Comm. ad L. Inst. & Pap. lib. 2. cap. 11. p. 337. Illa erat ordinaria; hoc a praetore urbano, & tribunis plebis dabatur, si testima cum tutori legitimo iure, aut legitimo judicio agere vellet, ut eo auctore ageret, vel tutorem legitimum non haberet, vel is pupillus esset. Nam & pupillis tutelam legitimam jure veteri delataam esse, jam Cujac. Obs. 17. 28. demonstravit. Ulpian. Fragm. 11. 24. Quum vero legitima tutela, quasi res iure Quiritium propria in jure posset cedi: is, cui tunc cedebatur, vocabatur *tutor cessius* (a), cuius administratio tamen cessabat, simul ac legitimus qui cesserat, vel obiisset, vel capite esset deannutus. Ulpian. Fragm. 11. 7. Ficbat autem illa cessio, ne agnatus eorum perpetuo obrueretur, & quidem plerunque alteri anno, si recte conjecit Jac. Gothofred. ad l. 2. c. Throd. de tutor. & curat. creand.

§. 19. Quæri etiam solet, as & mariti tutelam nōrum suscipere potuerat? Adūmat Scipio Gentilis ad Apuleii Apolog. n. 1020. Sed Domitiana erit quæsio,

(a) Est quidem apud Ulpian. Fragm. 11. 7. vox *cessio* un., sed procul dubio legendum *cessius*, quemadmodum & tutela illudem vocatur *cessia*. Vid. Jo. van der Wyck. Q. 3. p. 20.

ficio, sive proponatur de iis, que in manum convenie-  
rant, sive de illis, que tantum erant in matrimonio.  
Ille non erant in tutela, sed in manu & mancípio  
maritorum, adeoque magis poterant tutores habere,  
quam filiazfamilias, quum non essent capita libera  
(Vide supra lib. I. tit. 10. §. 6.). Hæ fui juris &  
retum suarum dominæ erant, aut in tutela non mari-  
torum, sed agnatorum, vivebant, quia sine horum  
auctoritate nihil poterat de tutela legitima deminui,  
ut paullo post demonstrabimus. Hinc apud Gruter.  
*Inscript.* p. 552. 2. occurrit monumentum, quod mu-  
ther fecit SIBI, CONIVGI, ET TUTORI SVO.  
Si uxores in tutela maritorum esse dicerentur, procul  
dubio id intelligendum esset impropriæ de iis, quæ  
in manum convenierant, quemadmodum & hodie non-  
numquam parentes a JCTis lysis inconcavæ naturales  
filiorum tutores appellantur. Ex loco sane Ciceronis  
pro Flacco 34. (b) maritalis ista tuteli frustra colligi  
videtur a Schilteter Exerc. 37. 229. Immo posteriorib-  
us temporibus tantum absit, ut maritus esse posset  
uxoris tutor, ut ne curationem quidem minoren-  
tis vel furiose suscipere posset. Orationem D. Muci fa-  
ctumque eam in rem SC. hunc curationi obsticisse  
novimus ex L. 14. D. de cur. fur. l. 4. Q. l. 17. C.  
do

---

(b) Locus Ciceronis est: *In manum, inquit, conuenie-  
rat. Non audio. Sed quare, usq[ue] ad coenationem? usq[ue] non  
potuit, nihil enim potest de tutela legitima sine omniā sui  
tutoris auctoritate deminui. Coenatione? Omnis ergo auctor-  
ibus? In quibus certe Flaccum fuisse, non dices. Relinquunt  
illid, quod voriferare nos desilit, non debuisse, quoniam pre-  
tor esset, sicut negatum agere, aut mentionem facere lege-  
ditatis. Hinc sane nihil habetur de tutela uxorum in ma-  
ritio translatâ. Nec colligi id potest ex verbis; nihil po-  
test de tutela legitima sine omniā tutorum auctoritate de-  
minui. De tutela enim legitima non deminuitur aliquid,  
ita ut maritus loco agnatorum tutor sit, sed ut uxor  
in manum conveniat, adeoque tutela ei plane non opus  
sit, vel ut marito dotem sine auctoritate tutorum con-  
stituat.*

*de excus. tut. r. 2. c. qui dare tutor.* (Vid. *Diss. nostr. de marito legit. uxori. tut. 1. 4. 18. seq.* que extant in Opusc. miscell. Sylloge 1. p. 189.)

§. 20. Sed obsolevit sensum ista mulierum tutela. Et primo quidem privilegium illustrioribus quibusdam feminis concessum, ut sine tutorum auctoritate res suas gererent. Virginibus Vestalibus eam libertatem indulserat non Numa (ut ex Plutarco in *Numa* p. 66. colligunt) sed Augustus, Dio Cai. lib. 56. p. 578. quo imperante etiam Octavia & Livia idem beneficium praesit Senatus, Dio Cai. 49. p. 414.

§. 21. Neque tamen eo ipso plane sublata tutela mulierum: siquidem lege Papia Poppaea caverat Augustus, ut a Pratore urbis tutor datur ei mulieri, virginive, quam ex hac ipsa lege nubere oporteret, ad dotem dandam, dicendam, promittendam, si legitimum tutorum pupillum haberet. Vid. *Comm. nostr. ad L. Jul. & Pap. lib. 2. cap. 13. p. 253. seqq.* Immō postea & Senatus censuit, in provinciis a praefidibus ex eadem causa dandos esse tutores. Ulpian. *Fragm. II. 20.*

§. 22. Eadem tamen lege Papia Poppaea investitum est jus trium & quatuor liberorum, quod etiam a tutela liberabat ingenuas, que ter; libertinas, que quater peperissent. Dio I. 56. p. 578. Ulpian. *Fragm. 29. 2. & 3. Fragm. regul. ex veteri JCTo subjectum collat. Legum Mof. & Rom. n. 15. p. m. 807.* Id vero jus quum sepius etiam steriles & orbi utriusque sexus beneficio Principis impetrarent. Dio Cai. 55. p. 549. Plin. *Epist. 2. 13. 7. 26. 10. 95.* Paull. *Sent. 4. 9. 26.* Facile patet, rariores ex eo tempore factas esse mulierum tutelas.

§. 23. Successit SCum Claudianum, quo tamen non omnis in universum sublata est tutela mulierum, seu visum est Jac. Cujac. *ad l. un. c. ubi tutor. vel curat.* & Marco Vetrano. Mauro de *jure trium liber. 31.* sed tantum *cessit.* Nolebat enim Claudius tutelas mulierum alii cedi, id quod antea fieri consueverat; sed oportebat proximos adgnatos eas ipsas administrare. Et ita intelligenda verba Ulpiani *Fragm. II. 3.* eruditio docet Ant. Schultingius in *Adnot. p. 595. seqq.* §. 24.

§. 24. Mansit ergo ea mulierum tutela sub Antonini, quorum temporibus exemplum exstat Pudentilla, uxoris Apuleii, que, tutore auctore, praedium emerat. Apulej. *Apol.* 2. p. 327. Mansit tempore Ulpiani, quem ad Alexandri Severi tempora vixisse constat. Mansit sub ipso Constantino, ceu adparet ex l. 2. c. *Theod.* de tut. creand. Mansit denique sub Leone Imper. cuius constitutionem de tutela mulierum L. 3. c. de legis. tut. a Triboniani interpolationibus vindicavit Schilter. *Exerc.* 37. 239. Sensim tamen ex eo tempore obsolevit, adeo ut Justiniani temporibus illius nec vola, nec vestigium superesset. Unde & multa in Pandectis & Codice latent fragmenta, que, quum de tutela mulierum loquerentur, & Triboniani scusum prorsus alium detorta videntur.

## TITULUS XVI.

## De capitis Deminutione.

§. 1. *Origo capitis diminutionis* qua? §. 2. *Et quatuorplex?* §. 3. *Maximam patiebantur I. incense.* §. 4. *II. Capti ab hostibus.* §. 5. *III. Servi panæ.* §. 6. *IV. Liberti ingrati.* §. 7. *V. Qui se venundari passi.* §. 8. *VI. Mulieres servili amore bacchanter.* §. 9. *Medium patiebantur. I. Exules.* §. 10. *Quid aquæ & ignis interdilictio?* §. 11. *Deportari.* §. 12. *Minima capitis diminutio.*

**Q**uia adgnationis jus capitis diminutione perimitur, & proinde etiam tutela legitima morte ista civili perit: visum est Triboniano, doctrinam illam de CAPITIS DEMINUTIONE loco licer plane alieno interserere, eamque subiecere titulo 15. de legissima agnitorum tutela. Nos, quum omnes tutelarum species conjunxerimus, jam & de capitis diminutione agemus, non quod eum ordinem putemus concinnum, sed quia Justiniani Institutiones sequi constituimus.

§. 1. *Origo CAPITIS DEMINUTIONIS,* quam nemo adhuc pro dignitate exposuit, e censibus Roma-

nis.

nis videtur repetenda. Notum est, Servium Tullium Regem universum populum Romanum in sex classes & 193. centurias descriptisse, in quibus constitutis non regionum urbis, aut communium sacerorum, sed opum & facultatum iniit rationem. Unde in primam classem conjectit, qui CM. æris, aut majorem censum habent, in secundam, qui infra centum millia usque ad 75. millia possiderent. Tertia classis 50. millium censum esse voluit, quarta 25. millium, quinta 11. millium. In sextam denique classem conjecti egeni & tenues, qui vel proletarii dicti, vel capite censi. Illi quod propaganda tantum alendaque prole rem publicam juvarent, hi quod præter caput & nomen nihil admodum in censu prosterentur, id nomen accepti sunt. Liv. 1. 42. seq. Dionys. Halic. Antiq. Roman. 4. 22. Gell. Noſſ. Attic. 16. 10. Quemadmodum ergo capite censi dicebantur, qui saltim jure libertatis & civitatis gaudebant, adeoque in censuales tabulas referri poterant (Taubin. ad Plant. Capri. Prolog. v. 15.), ita servi, peregrini, filii familiæ, capite destituti dicebantur, quod non possent in censum suo nomine referri. De servis certe reliqua est in jure nostro phrasis, eos caput non habere §. 4. Inst. b. t. Et filii familiæ opponi libera capita, ex l. 1. D. de suecl. Gell. 5. 30. Ulpian. Fragm. 11. 5. constat. Sed & capitalis pena Romanis dicebatur, non tantum illa, quæ ultimum inferebat supplicium, sed quæ censu eximebat, adeoque vel libertatem, vel civitatem perimebat. Barn. Brisson. de Verb. signif. voc. capitalis. Qui ergo in tabulas censuales referebantur, omnes dicebantur CAPITA, nihilque apud Livium frequentius est loquitione: Fuerunt censaci civium CAPITA centum triginta duo millia, quadraginta novem. Liv. 3. 24. Censa CAPITUM millia ducenta sexaginta duæ, trecenta viginti duæ, Liv. 10. 47. & aliqui passim. Quoties vero quis qualunque de causa & tabulis censualibus delebatur; toties caput de civitate dicebatur eximi, ut loquitur JCcus 1. 2. D. de publ. iud. & inde ejusmodi status mutatio CAPITIS DEMINUTIO appellabatur. Hinc recte Claudius a pud

pud Liv. 45. 15. contendit, motore omnibus tribulus,  
nihil aliud esse, quam libertatem civitatemque eripe-  
re, & CENSU EXCLUDERE.

§. 2. Hanc capituli diminutionem jureconsulti in  
MAXIMAM, MEDIAM & MINIMAM dividunt (*c*),  
pro triplici hominis statu, qui Romae poterat mu-  
tari.

§. 3. Qui non civitatis tantum, sed & ipsius liber-  
tatis fecerat jaucturam, is diminutionem capituli MA-  
XIMAM dicebatur passus. §. 1. Inst. b. t. Et hoc qui-  
dem contingebat, L. incensis, id est, iis, qui cen-  
sus, vel militiam subterfugerant, quos jam Serv.  
Tullius vincitos & caesos trans Tiberim venundari jus-  
serat (*d*). Dionys. Halic. 4. p. 221. Cic. pro A. Ca-  
cina 24. Ulpian. Fragn. II. 11. Id quod per si-  
ciones quamdam contigisse, quum alias libertas adimi-  
nemini posset, egregie docet Ger. Noodt Probab. 3.  
12. p. 85.

§. 4. Deinde maximam istam capituli diminutionem  
patiebantur II. capti ab hostibus. Nam & hi, quum  
essent in servitutem detrudi, omnia & libertatis, &  
civitatis, ipsaque adgnationis jura amitterebant. Po-  
tentia tamen ab his pristina jura recuperari jure postli-  
minis, si in civitatem revertissent. Cic. in Top. 8.  
Fingebar enim tunc eos, qui capti fuerant, semper  
in civitate fuisse. §. 5. Inst. quib. modis pat. pot.  
folz.

(*c*) Equidem nonnumquam veteres duplice tantum  
faciunt capituli diminutionem, MAJOREM, & MINO-  
REM. I. 1. §. 4. de suis & legit. hered. I. 3. §. 3. De  
de extraord. cognit. Sed in verbis esse differentiam, in re  
nullam, luculentiter ostendit Ger. Noodt Obs. 2. 21. pag.  
468. seq.

(*d*) Quando itaque Liv. 1. 44. ait: Censu perfetto,  
quam natura vetat metu legis, de incensis late, cum vincu-  
lis minis mortisque edidit, ut omnes cives Romani, equi-  
ti pedesque ea suis quisque centuris in campo Martio a-  
desserent. Procul dubio intelligit mortem istam civilem.  
Non enim credibile est, aceroris supplicii metu lustrum,  
quam ipsum censum, matrassae Servium.

filo. (e). POSTLIMINIUM vero id jus appellabatur, non ideo, quod captivus ex hostico ad limina vel fines imperii revertisset, ut ait Tribonianus d. S. 5. Infl. quamvis eam invicta erudite defendat Magn. Amor. Jur. Civ. cap. 39. p. 327. sed a limine, aedium parte. Reversi enim ex captivitate, non per limen admittiebantur in aedes, si jam dieni eos obiisse nunciatum fuerat, quia id mali omnis putabatur, sed post limen per tegulas & impluvium intro se ipsos demittebant, testo Plutarch. Quest. Rom. 7.

§. 5. Ejusdem conditionis habebantur III. servi pae-  
ne. Quicunque enim atroci sententia ad extremum supplicium, veluti ad ignem, ad metalla, bestiaria depugnandas fuerant damnati, libertatis simul ac civi-  
tatis jura amitterebant. Hinc Tertullianus Apolog. c. 27.  
Proce rebellatione ergastulorum, cum carcerson vel me-  
tallorum, vel hoc genas POENALIS SERVITUTIS  
erumpunt adversum nos. Et Plinius Epist. 10. 40. re-  
fert: Nicomedia & Nicaea quasdam, quae vel in opus  
damnari, vel in iudicium, similique his genera pan-  
nam, PUBLICORUM SERVORUM officio ministe-  
rioque defunctor. Quaedam alia de hac servitute ha-  
bent Cujac. Observ. 15. 22. & Gothofr. Arnold. Hist.  
Christ. damnat. ad metall. §. 8. apud Thoenis. Hist.  
Sap. & Studiis. Tom. 3. 1693. p. 130. Eam quoque  
servitatem per fictionem naturam docet Ger. Nond.  
Probab. 3. 12. p. 86. Capitali eam suppicio veteri  
iure nemo civium plecti poterat. Commisso vero fla-  
gatio, quod morte expiandum videbatur, Quaestores  
non civem capitinis damnabant ( nec fas erat ), sed ci-  
vem esse negabant, servumque vocabant poenam, ut  
vitam non tamquam civis amitteret, sed tamquam ser-  
vus, l. 29. D. de pæn. l. 6. §. 6. D. de injusio, m-  
pto, irrito factio testam. Attamen hi quoque prælia  
jura

(\*) Huic fictioni opponitur altera legis Cornelii; qua singebatur apud hostes moriens, in civitate deceplisse. De quibus fictionibus præter Alteserram eruditæ egit Cujac, ad Iuliani Digest. p. 293. Tom. 6. Oper.

jura recuperabant, si per omnia in integrum, principali indulgentia, restituerentur. Paull. *Recept. Sent.* 4. 8. 24. Postea vero hanc servitutein poenæ, quatenus cognatorum interesse visum, abolevit Justinianus. *Nov.* 22. 8.

§. 6. Porro hanc miseraim conditionem subibant IV. liberti ingrati, quos Claudius Imp. revocabat in servitatem, qua de re dictum supra, ad Lib. I. Tit. 6. §. 9.

§. 7. Nec minus libertatem amitrebant V. majoræ XX. annis, qui se pretii participandi caussa venuardi passi fuerant, de quibus itidem jam dictum Lib. I. tit. 3. §. 7. 8.

§. 8. Nec melioris conditionis erant VI. ingenuæ mulieres, que in servi alieni amplectus ruebant, (f). Quod si enim domino invito, & hoc, vel pupilli tutore, vel procuratore domini, ter denunciante, in codem contubernio perseverasent; ancille, sive illo consentiente, liberæ efficiebantur, decreto & adjudicacione prætoris. Vid. Paull. *Sens. Rec.* 2. 21. A. 1. p. m. 305. Tertull. *ad uxor.* 2. 8. Auctor hujus iuris Claudius Imperator fuit, ut patet ex Tacito *Ann.* 12. 53. ex quo simul discimus, Pallantis liberti id esse inventum, cui ideo insignia præatoria & cencies quinquages festertium decrevit Senatus. Plin. *Hist. Nat.* 35. cap. penult. & alter Plinius *Epiſt.* 8. 5. Denique senatus consulum illud in usum revocavit Vespasianus, si ita intelligendus locus Suet. *Vesp.* 11. (g). At hanc quoque poenam sustulit non Alexander Severus, ut visum est Strauchio *Diss. Inst.* II. 39. (nam l. 3. C. de

(f) Tales mulieres notat Petron. *Satyr.* p. 127. Quendam feminæ surdibus talent, nec libidinem concitant, nisi aut servos viderint, aut statores altius cinctos. Ranarius aliquai accendit, aut perfusas pulvere malta, aut bisfric, scutæ ostentatione traductus. Ex hac nota dominica est mea.

(g) Nisi forte dicere malis, Vespasianum ea de re ad senatum retulisse, non tamquam imperatorem, sed tamquam consulem; aut, si mavis, securum latelavium. Consulatum sanc geſſe fab Claudio. Suet. *Vesp.* Cap. 4. for-

*de lib. cauſſ. de motibus ſervarum; non de feminis ſer-  
vorum amore calentibus agit), ſed Justinianus l. un.  
c. de SC. Claud. ſoll. parum certe prudenter, ſiqui-  
dem ingenuis mulieribus viam eo ipſo ad impares &  
impudicas valde coniunctiones munivit. Cujac. Obs.  
21. 16.*

§. 9. MINORE, ſive MEDIA capitis deminutione  
civitatis tantum jura, ſalva libertate, perimebantur,  
adeoque ii, qui erant in hanc conditionem delaphi,  
*ad peregrinitatem redigebantur (h).* §. 2. Inst. b. i.  
Et hujs quidem conditionis habebantur I. exſulus,  
quibus aqua & igno fuerat interdictum. Magna ſcili-  
cer Romæ erat inter exſilium & relegationem differen-  
tia (i). Illa jura civitatis perimebat, quin relegateus  
ea ſalva haberet. Hinc Ovid. Trift. 2. v. 137.

*Quippe RELEGATUS, non EXUL, dico in illo,  
Parcaque fortuna ſunt tibi verba mea.*

Quam differentiam alibi ita defribit: Trift. 5. eleg.  
14. v. 21.

*Nec vitam, nec opes, jux nec mihi civis ademit  
Nil niſi me patriis juſſit abeſſe facit.  
Ipſe RELEGATI, non EXSULIS, uixit in me Nomine.  
Conf.*

---

forte an cum Barca Sorano, quem eo ipſo anno U. C.  
805. quo SC. illud factum, Col. designatum fuille refert  
Tacit. Ann. 12. 53. Et hinc facile conciliari poterat  
Tacitus & Suetonius, quorum ille Claudio, hic Vefpa-  
ſiano hoc SC. tribuit. Ingeniola hæc eft obſervatio Petri  
Fabri ſtrategi. 1. 25. f. 140. ſeqn. ut pieraque, quæ ſabet  
ille edolavit.

(h) Unde nec roga amplius iis licet uti. Plin. Epifl.  
4. 11. Suet. Claud. 15. De ipsa peregrinitatis conditione  
conf. Briff. Ant. Select. 1. 13. 15.

(i) Antiquissima inter gentes pena, ut quis commu-  
nione patriæ, civitatis, ſacrorum privaretur. De eius ori-  
gine, quæ ad ipsa Caini tempora refertur, eruditæ egit  
Eu. Feith. Antiquit. Homeris, 2. 9.

Conf. I. 2. D. de publ. indic. Ad exsilium quod accinet, cives ad illud adiebantur AQUÆ ET IGNIS INTERDICTIONE, qui titus paullo altius videtur repetendus.

§. 10. Antiquissimum hoc erat juris Romani principium, neminem posse invitum jura civitatis amittere. Cicero pro domo, 29. Hoc juris a majoribus prodidit est, ut nemo civis Romanus aut libertatem, aut civitatem, possit amittere, nisi ipse AUCTOR factus sit (k). Idem juris publici axioma multis verbis inculcat Cic. pro A. Cecin. c. 33. docetque ideo Aretonorum proscriptionem, Sulla vivo, irritam fuisse, quod contenderat Cicero, civitatem adimis non potuisse. Quanvis itaque civitatis iuribus nemo invitus privaretur; attamen ea statim amitterebantur, simul ac quis in aliam se civitatem adscribi passus esset, quum ex veteri jure duarum civitatum civis nemo esset posset. Idem pro domo cap. 81. Ezech. Spauthem. Orb. Rom. I. I. 6. p. 21. (qui tamen id sub imperatoribus, & quidem jam sub Trajano mutatum esse docet ibid. p. 21.). Unde notum est ex Nepote Attic. 3. Non fuisse Atticum Athenis civitatis jura suscipere, ne Romanam civitatem amitteret. Quod si ergo quemquam e civitate ejectum vellent Romani, cum non vi expellebant, quod ex principio supra adlatu fieri non poterat, sed illi techo, aqua, & Igne interdicebant. Quibus necessariis vitæ subsidiis ademtis, ultro exsilium eligere cogebatur damnatus. Quum itaque a nomine recipi posset, necessario in aliquam civitatem exteram se conferrebat, coque denum facto, civitatis iura amitterebat. Hinc denuo Cicero pro domo 30. Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem amitterebant, quam erant in eam receperit, quo

(k) Contra & licebat de capite jus dicentibus solum vertere, sibique ipsis exsili poenam irrogare. Idque fecerunt P. Corn. Scipio Africinus, qui Linternum, T. Annius Milo, qui Massiliam sponte exsulatum abiit. Plutarch. in vñ. Scip. Afcon. Pæd. in arg. orat. pro Miione. Cic. pro Cecina c. 34.

quo vertendi, hoc est, mortandi, soli causa, venerantur. Id autem ut esset facundum, non ademtrione civitatis, sed telli, & aquæ & ignis interdictione faciebant. Ergo si accurate loqui velis, non aquæ & ignis interdictione eximebatur caput de civitate, ut ait Paulus l. 2. D. de judic. publ. ( poterat enim, si vellet, in civitate mori ), sed adscriptione in aliam civitatem, in quam exsul dilecerat. Barn. Brisson. Ant. Rom. 3. 5. p. 48. Quæ observatio, ne cui sola cuperita videatur, tam proœcto momenti est, ut Cicero oratione laudata neget, se aquæ & ignis interdictione civitatis jura amississe, quia nulli se populo adjunxit, sed delituisse apud amicos. Addantur Ulr. Huber. Digress. I. 3. 8. p. 192. sequ.

S. 11. Deinde huic aquæ & ignis interdictioni addebatur (*l*) DEPORTATIO, qua ipsa quoque pars civitatis eodem modo amitterebantur. Author illius instituti Augustus (*m*), cui, ab exsulibus hinc inde dispersis periculum imperio suo metueri, Livia suscep-  
rat, ut illos patria extortes insulis includeret. Ita e-  
nam

---

(*l*) Non enim deportatio in locum illius aquæ & ignis interdictionis succedit, ut Jcti ajunt, l. 2. § 1. D. de pun. l. 2. D. ad leg. Jul. pecul. Mansit potius illa antiqua aquæ & ignis interdictione etiam post inventam deportationem. Tacit. Ann. 6. 30. Adsecere tantum Imperatores, ut exsules isti non, ubi liberet, sed in certa quadam insula, viverent. Huber. Digress. I. 3. 9. p. 193.

(*m*) Non Julius Cæsar, cum ex Sust. Jul. 66. probe-  
re satagit Oisel. ad Cat. Inst. I. 6. 1. p. m. 47. Supplicium enim, quod militibus minatur Cæsar, non fuit de-  
portatio, ( non enim eos in certam insulam missum in-  
dit), sed pena quædam extraordinaria. Hæc enim sunt  
Cæsaris verba: Desiderat quidam querere ultra, aut opinari  
misiique, qui compertum habeo, credant, aut quidem ex-  
stiffine nosci impositos, quacunque vento, in quascumque ter-  
ras ideo erubet. Frequentatum postea hoc supplicium in di-  
sternique delatoribus a Tito Suet. Tit. c. 8. & Trajanus:  
Plin. Paneg. cap. 34 ianno & Christianis a tyrannis, cum  
docuit Casaub. ad Sust. Jul. p. 92.

Lio. I. l. 15. XII. 1. 195.

nigri apud Dionem Cass. 55. p. 560. Livia; et naga  
et admissus, et vero accedens, non enim admissus  
est in anni; sed utrum admissus sicutur et remanserit,  
admodum per se operae; ut et non est vero dicitur. Quid  
enim malis fecerit iste, qui in insulam conclusus,  
aut in agro vel in urbe aliquo, non modo sine copia  
servorum, & pecuniarum, sed etiam sub custodia, si  
hoc res exigere, habentur? Ex eo tempore invaluit  
deportatio, quam denso constitutione quadam sumavit  
Augustus, apud eundem Dion. Cass. 56. p. 587. Et  
hinc postea nihil fuit ista in insula deportatione fre-  
quentius (n). Tac. Ann. 3. 68. 6. 50. 4. 21. 4. 13.  
Fiebat vero deportatio ita, ut rei compeditibus viecti  
impositique navibus, scervis publicis, qui eos depor-  
tarent, traderentur. Oiscl. ad Cassi Inst. 1. 6. 1. p.  
m. 47. Molesta imprimis erat vel relegatio, vel de-  
portatio in Gypsum, Aegypti insulam, in quam tem-  
pore Justiniani & Juridicus Alexandrinus & Praes The-  
baidos relegare poterant, Cujac. Obs. 20. 31. item  
que in Gyaros, sumo notabiles, Arrian. Diff. Epist.  
1. 25. & 26. Steph. de urbib. pag. 280. & Oasin  
inter Aegyptum & Cyrenas, muscis & culicibus fa-  
mosam; de quibus locis Cujac. Obs. 8. 27. Omnes au-  
tem exsules teste Lactantius Div. Inst. 2. perinde ha-  
bebantur, ac si essent, qui eam sententiam exciperant:  
morte multati. Unde & diem quo ab exilio quis re-  
dierat, NATALEM vocabant, tamquam quo vitam  
primum receperint. Cic. post Redit. in Senat. cap.  
21. itemque alterius vite initium. Id. Epist. ad Attic.  
4. 1. Quin Cotta ab exilio revocatus se bis genitum

VO-

(n) Distinguenda tamen hæc deportatio a relegatione in  
sulcam, qualis fuit illa, quam passus est Ovidius, in  
Pontum relegatus. Conf. l. 7. D. si quis curiam in ja-  
dicio sibiendi causa fact. non obtemp. Suet. Tiber. l. Huic  
ponitor lata sua, cuius mentio fit l. 5. D. de interd. re-  
ligatis & deport. Ammian. Marcell. 19. 12. ut Julio Ca-  
piol. vñt. Marti Anton. 26. & Vulcatio Gall. vñt. avid.  
Cæsari 9. vocatur: eusilium & liber regandi potestas.

Ant. Rom. ad Inst.

192

vocat in oratione apud Sallust. in *Fragm.* p. 500. Ita & Athenienies patria restitutos exsules ~~ad~~ ~~restitutus~~, quasi secunda fata oros, appellasse, observat vir, cui haec debemus, doctissimus Jo. Frid. Gronov. in *Distrib. ad Stat. Papin.* cap. 12. p. 69.

§. 12. MINIMA denique capitis diminutio jure familie, atque adgnationis tollebat. Quum enim census fieret secundum facultates, ut supra dictum, patribus facultatibus cum jure familie amissis, aut in alienum translatis, capitis quedam diminutio fieri credebatur. Id vero factum esse in minima contentione, quamvis de emancipatione, ex jure notum est, nuntiones referenda sit, subdubitent JCTi tum veteres, tum recentiores. Paullus sane non ideo capite diminuit putabat, quod ex patria potestate exirent: ( ita enim vetere ritu fieri haud posset, nisi deducerentur in imaginariam servilem caussam, l. 3. §. 1. D. de c. diminut. Attamen ne sic quidem omnia in aprico sunt. Si enim ob hanc causam emancipatio est species capitis diminutionis: cur non maxima potius, quam minimus vocatur? Vid. Huber. *Digress.* 3. 6. Thomas. Schol. & nov. addit. ad. Huberti *pralib.* *Inst.* p. 47. ( Immo cur ejus adhuc meminit Justinianus §. 3. *Inst.* 6. quum jam pridem vetus illi emancipatio sublatus esset ab Anastasio l. 5. c. de *eman.* sed dubiæ sed sunt verba d. §. 3. que ideo uncinulis includuntur in quibusdam editionibus).

## T I T U L U S XXI.

De auctoritate Tutorum.

§. 1. *Origo auctoritatis tutorum. Quando tutor possit administrare & gerere?* §. 2. *Quando interponere auctoritatem?* §. 3. *Interponeretur ea solemnis formula.* §. 4. *Quid consensus curatoris?* §. 5. *Quid tutor pratorianus?* §. 6. *Is posse mutans in curatorem.*

Tutorum erat AUCTORITATEM interponere, quemadmodum curatorum, CONSENSUM commodare. De qua TUTORUM AUCTORITATE quum singulari titulo agat Imperator: de ea quoque nouissima ex antiquitatibus Romanis videntur adnotata.

§. 1. Antiquissimum hoc erat juris Romani principium, nomen nomine agere posse neminem, princ. Inst. de ijs, per quae agere posse neque promittere, tertium quid facturum daturumve. §. 3. Inst. de inutil. stipul. Ergo nec tutor pupilli nomine quidquam aut agere, aut promittere poterat. Quum tamen lubrica pupillorum actas, consilique infimitas non patentur, pupillis liberam permitui rerum suatum administracionem: tutoribus plus potestatis concedendum, distinguendisque existimabant Romani, infansne esset pupillus, an istos infantiae annos superarit. Si infans esset, tutor omnia agebat, non pupilli, sed suo nomine. Prospiciebat pupillo, ejusque matri de alimentis & cultu exhibitionis. l. 13. §. 2. D. de administr. & perac. tut. Pupillo haerede cum cretione instituto, bonorum possessionem petebat, l. 11. D. b. r. haereditatem enim cernere & adire pupilli nomine non poterat, quia cretio & aditio erant actus legitimi. l. 4. §. C. de jure delib. Jac. Gethofr. Comm. ad C. Theod. tit. de cretione p. 332. Denique bonorum pupilli curan ita gerebat, ut loco domini haberetur. l. 27. D. b. r. Et id quidem tutoris munus, quo tum personae pupilli, tum bonorum ejusdem curam gerebat, *Hein. Antiq. Rom. T. I.* I. b2.

batur GESTIO vel ADMINISTRATIO, Cic. Top. c. p. 11. Quanvis tam late perunque hoc vocabulum accipiatur a jureconsultis, ut & auctoritatem complectatur.

S. 2. Sin infantiae annos superasset pupillus, ipse omnes actiones legis, omnesque contractus, poterat explicare, ita tamen, ut tutor praesens, perfecto negotio, statim AUCTOR fieret, & hinc ista solemnis adprobatio vocabatur AUCTORITAS. Quemadmodum enim populus jubebat, Senatus AUCTOR sicebat: Liv. 1. 17. ita pupillus agebat & contrahebat, tutor interponebat AUCTORITATEM, sine qua validum haud erat negotium, si quando deterior eo ipso fieret pupilli conditio. princ. Inst. b. t. aut si admenda esset hereditas, aut petenda bonorum possessio, aut suscipienda ex fideicommissio hereditas. S. 1. Inst. b. t. Ad ea enim, quae solemnitatem juris desiderabant, explicanda, turore auctore opus esse, ait Paulus l. 19. D. de auct. tut.

S. 3. Non ergo auctoritas erat nuda adprobatio, nec ius, sed actus legitimus, & solemnis, certaque formula explicandus. Unde & conditionem non admittere dicitur l. 8. D. b. t. Procul dubio, ubi pupillus verbi causa in creatione hereditatis verba legimi proaunciaverat, interrogabatur tutor: AUCTOR NE ESSET, UT PUPILLUS HEREDITATEM ADIRET CERNERETQUE? eoque adsumtante, rata erat pupilli actio. Sane eodem modo auctor fiebat, qui adrogabatur ab alio. Cic. Orat. pro domo 29. Et interrogationis hoc in negotio facta diserte meminit Paullus l. 3. D. de auct. & consensu. & curat. (forte & Terent. Eunuc. 2. 3. ), quantumvis eam non existimet absolute necessariam. Interponebatur vero auctoritas statim in ipso negotio: sed ita tamen, ut non prius auctor fieret tutor, quam pupillus id egisset, a quo substantiam capiebat negotium. Et hinc est, quod auctoritas PERFECTO NEGOTIO interpons dicitur in l. 25. S. 4. D. de adquir. hered. ubi preter necessitatem describi: proximo negotio, contra Jac. Gothoftedum Comm. ad l. 29. D. de R. J. docuimus in Elem. jur. civil. (sec. ord. Inst.)

§. 250. Disputavit de eadem quæstione Cujac. Obs.  
13. 31.

§. 4. Unde simul adparet, quid interfuerit discriminis, inter CONSENSUM curatoris, & tutoris AUCTORITATEM. Sine hac actus erat nullus, sine illo rescindendus. Illa interponenda erat statim a tutori præsente, §. 2. Inst. b. t. quod esset actus legitimus, qui non admittebat procuratorem, conditionem & diem. Hic interjecto demum tempore accederet poterat.

§. 5. Si negotium inter tutorem & pupillum, vel mulierem intercederet, auctoritatem adhibere non poterat tutor. Nullus enim tutor poterat in rem suam auctor fieri. l. 1. pr. D. b. t. Solebat ergo tunc a prætore alius tutor dari, qui *praetorianus*, vel *praetorius* vocabatur, ideo, quod a solo Prætore, non adhibita in consilium maiore parte Tribunorum plebis, dabatur. Meminit ejus ipse Imperator §. 3. Inst. b. t. multoque luculentius Ulpianus Fragm. XI. 24. *Mori-*  
*bous tutor datur mulieri, pupillore, qui cum tutorc-*  
*sua lege, aut legitimo iudicio agere vult, ut auflore*  
*so agat (ipse enim tutor in rem suam auctor fieri non*  
*potest), qui praetorianus tutor dicitur, quia a preto-*  
*re urbis dari consuevit.* Unde inter Tribonianii emblemata (quamvis necessaria, propter receptum a Ju-  
stiniano principium, tutorem habenti tutorem non dati) referunt tutoris in curatorem mutationem, l. 3. §.  
2. l. 4. & 3. D. de tutel. l. 24. D. de testam. tutel.  
l. 9. §. 4. De tutel. & ration. distrab. l. 1. 2. 3. ult.  
C. de in lit. dand. tut. vel curat. ceu jam observavit  
Hub. Giph. ad §. ult. Inst. b. t.

§. 6. Nimirum postea invaluit, ut loco tutoris prætorii adjungeretur curator, quoad actio illa durarer, vel etiam perpetuus. Novell. 72. 2. Quamvis id contingat paullo rarius, quia jure novissimo pupilli debitor, vel creditor, vel is, quem cum pupillo liteum habiturum suspicio est, tutor fieri non potest. Nov.  
72. 1. Nov. 94. & Aut. Minoris debitor C. qui da-  
ri rus.

## T I T U L U S XXII.

*Quibus modis tutela finitur.*

§. 1. *Locus Institutionum de rito antiquo estimandi pubertatem.* §. 2. *Jam die ante Justinianum certi anni pubertatis erant præsiniti.* §. 3. *Nunquam veteres pubertatem inspektione corporis explorarunt.* §. 4. (*Origo hujus erroris.*) §. 5. *Finiebatur etiam tutela feminarum conventione in manum.* §. 6. *Ut & jure trium liberorum.*

**Q**uibus modis finitur tutela, satis accurate ad hunc titulum docent Interpretes. Et de morte quidem, & capitis deminutio nullum est dubium: ut de pubertate & aliis nonnullis modis, quibus tutelam olim finitam constat, nonnulla ex antiquitatibus monenda videntur.

§. 1. **AD PUBERTATEM** quod attinet, ipse Tribonianus hoc titulo antiquitatum Romanarum pre se fert notitiam, dum observat, veteres pubertatem non solum ex annis, sed ex habitu corporis in masculis voluisse estimari (V. Illustr. a Ludevig. *Diss. de ætate puber. & major. Cap. 4. §. 14. p. 80.*). Quod quum Justinianus indignum judicaret castitate suorum temporum, statuisse eum, sancta promulgata constitutione, ut masculi completo anno ætatis 14. puberes, feminæ duodecimo viripotentes haberentur. *princip. Inst. b. t. (o).*

§. 2. Sed Tribonianum hic antiquitatis prodere ignorantiam, multi existimant. Neque enim Justinianus pri-

(o) *Ipsa illa sancta Justiniani constitutio exstat, l. ult. C. quando tut. esse des. INDECORAM OBSERVATIONEM in examinanda marium pubertate resecantes, jubemus, quemadmodum feminæ post impletos 12. ann. ambi modo perficeret judicantur, ita & males post excessum quatuordecim annorum puberes existimantur, INDAGATIONE CORPORAIS INHONESTA cessante.*

primus istos pubertatis terminos fixit, jam dum quippe in jure receptos. Sane duodecim annorum pueras jam viripotentes esse Augustus lege Papia Poppaea censuerat, ut patet ex Dione Cass. Lib. 54. p. 532. & adiutoriis τοῦ οὐρανοῦ τῷ γάμῳ ἀπεισέργειν. Duodecim annos puellaris ad nuptias sufficere placuit. Additum Comin. nostrorum ad L. Jul. & Pap. Popp. Lib. 2. cap. 5. p. 177. seq. Quatuordecim vero anni ad pubertatem masculorum jam secundo post Christum facilius requirebantur etiam ex mente Proculjanorum. Tertull. de veland. virg. 11. & de Anima 38. Macrobi. Saturnal. VII. 7. & in Somni. Scipion. I. 6. (p.)

§. 3. Deinde nec alterum videtur per omnia vetera esse, quod veteres Romani masculorum pubertatem indecora observatione, indehonestaque indagatione exploravint, ut loquitur Imperator I. ult. c. quando tut. esse def. Nulla enim istius indecorae inspectionis vel vola, vel vestigium apud antiquos occurrit. Et quamvis Huberus Digress. 3. 14. p. 210. & vir amplissimus, Corn. van Bynkersh. Observ. 3. 24. excusandum putent Justinianum, credantque, si non in questione definita tutela, at certe in nuptiis nonnunquam isti inspectioni locum fuisse: tamen ne id quidem factis, ut opinor, excusat Imperatorem. Non enim questionem de viri potentia, qualis aliquando in nupciis occurrit, tractat in d. I. ult. quippe ad quam definitam sola aetas parum faceret, sed questionem de tutela finienda. Nec verosimile est, Triboniano Impe-

rata

(p) Quin & leges id docere poterant Tribonianum; veluti I. 2. primit. D. de vulg. & pupill. subst. I. 5. D. qm. testam. fact. poss. I. 4. C. ead. ex quibus patet, saltim Ulpiani a Diocletiani temporibus eisdem pubertatis annos fuisse definitos. Neque tamen dubito, quin olim antiquissimis resp. temporibus quinto decimo demum aetatis anno exacto puberes habeti sint adolescentes. Tunc enim eos togam virilem sumfisse, non an. 17. ut vulgo existimat, nec an. 14. ut vixum Lipsio ad Tac. p. 312. doct. Noris. Cestapo. Tipp. Diff. 2. 4.

ratoris sui constitutiones tam fuisse partim familiares, ut sanctam illam, quam tantopere laudat, legem in Institutionibus, æque ac Codice, ad materiam de tutela fuisse relatus, si illa de singulari tantum casu nuptiali egisset. Quare adhuc probabile videbitur plerisque, Tribonianum hic cum larvis pugnasse, ritumque aboleville, qui numquam Romanis in mente invenitur. Vid. Jac. Rævard. Varior. 4. 10. pag. 667. Tom. I. Operum.

S. 4. Ut ergo adpareat, quid in errorem induxerit Justinianum, sciendum est, non convenisse inter antiquos Jureconsultos, quos pubertati terminos figerent. Quum plerique in Stoicorum scholis profecissent, hi vero adolescentum pubertatem XIV. puellarum, viri potentiam XII. annis estimarent: (Plut. Placit. Philos. s. 24.), eamdem sententiam plerique JCii, & in primis Proculjani, amplectebantur. Sed aliud longe videbatur Cassio Longino, cuius sectarii non annis, sed habitu corporis, estimandam esse pubertatem arbitrabantur. Denique Priscus Javolenus quasi conciliatus utramque sententiam, cum demum puberem esse dicebat, in quem & numerus annorum, & habitus concurceret. Diserto Ulpian. Fragn. 12. 28. Puberem autem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui HABITU CORPORIS pubes adpareat, id est, qui generare posset; Proculjani autem eum, qui quatuordecim annos explevit. Verum Priscus eum puberem esse in quem utramque concurrit, & HABITUS CORPORIS, & numerus annorum. Eamdem controversiam JCorum, sententiamque Prisci Javoleni, in anno habuit Servius qui ad illa Virgilii Æn. 7. v. 53.

*Jam matyra viro, jam plenis nubilis annis.*

addit: Non est iteratum, sed SECUNDUM JUS diuum; in quo & ANNORUM ratione, & ex HABITU CORPORIS atas probatur. Idem ad Virgil. Eclog. 8. v. 34. Bene cum annis jungit HABITUS CORPORIS, nam & IN JURE pubertas EX UTROQUE colligitur. Ex quibus patet, Servium in Prisci discussisse sententiam. Deinde Iudorus Orig.

11. 2. Cassianorum sententian amplexus: *Quidam*, inquit, ex annis pubertatem estimant, id est, cum puberem esse, qui quatuordecim annos compleverit; quamvis tardissime pubescat. Certissimum autem, puberem esse, qui ex HABITU CORPORIS pubertatem offendat, & generare jam possit. In tanta ergo iureconsultorum incertitudine ex sententia Em. Merillii Obs. 5. 16. sape parentes testamentis solebant desinere annum, quo puberes haberi deberent liberi, modo annum decimum quartum, ut l. 49. D. de legat. 1. modo decimum octavum, ut l. 101. §. 1. D. de cond. & demovir. modo decimum sextum, ut l. 34. §. 2. D. de legat. 3. Unde lux affulget loco Pauli Gal. 2. ubi hæres tutoribus subesse dicitur  $\chi\acute{\epsilon}\sigma\tau\acute{\epsilon}$  τὸν προστίπιον τὸ πατρί. Quum vero Justinianus, aut Tribonianus potius, animadverteret, pubertatem nonnullos HABITU CORPORIS estimari velle, facile fibi persuasit etiam usu receptam olim fuisse hanc Cassianorum, vel Prisci sententiam, quum tamen multa hujus generis disputatione veteres JCti, quæ in forum manquam admissa constat, quaque ad ius constitendum magis, quam constitutum, pertinuerunt. Fingamus itaque, Cassianos censuisse pubertatem estimandam esse ~~estimare~~, ex inspectione ~~ad~~ adiutor, quum tamen habitus corporis & alio modo naturalem generandi facultatem prodat: non tamen illo veterum testimonio constat, id in foro esse frequentatum, vel ullum judicem unquam fuisse tam Cassii, vel Prisci sententie addictum, ut adolescentem, qui curatorem peteret, vestibus spoliari, inspicque nudum jusserit. At credidit id tamen Justinianus, & hinc rem constitutione abolevit, quam nemo veterum in foris Romanorum deprehendit (g).

S. 5.

(g) Interim non nego, Græcis ejusmodi inscriptiones visitatam fuisse, de qua Scholastæ & Florens Christianus ad Aristophan. in Eup. v. 578. nec non Gundiana Tav. 24. 2. - 7. p. 347. seq. Sed nondum demon-

§. 5. Femina um tutela perpetua non pubertate, sed aliis quibusdam modis finiebatur, veluti CONVENTIONE IN MANUM. Quum enim ea, ceu supra diximus, esset capitis deminutio, qua in manum & potestatem mariti redigebantur mulieres: non poterat non tutela finiri, dummodo omnes tutores fierent auctores. Cicero pro Flacco 34. Boeth. ad Topicas Cic. 3.

§. 6. Finiebatur etiam mulierum tutela JURE TRIUM, vel QUATUOR LIBERORUM, ceu supra LIB. I. TIT. XIII. §. 22. observavimus. Nam constat ex Ulpian. Fragm. 28. 3. ingenis feminis tribus; libertabus opus fuisse quartu[m] liberis, si tutela exire vellent.

## T I T U L U S XXIII.

### *De curatoribus.*

§. 1. Curatores quatuorlices? §. 2. Curatio furiosorum & prodigorum. §. 3. Prodigis curator datus post interdictionem bonorum. §. 4. Formula interdicendi bonis. §. 5. Quomodo hac curatio finita? §. 6. Origo curacionis minorum. §. 7. Ea demum editio Praetoris iudicata. §. 8. Quid M. Antoninus sanxerit? §. 9. An ex eo tempore curatores invitis adolescentibus datur? §. 10. Curia minorum quando finita? §. 11. Quid Alter & adjutor?

**Q**uemadmodum tutores personis, ita CURATORES rebus dabantur, quorum origo erit ex antiquitatibus repetenda.

§. 1. Curatores aut LEGITIMI erant, aut HONORARI. Illi legibus 12. Tabularum, hi editio praetoris originem. Ulpian. Frag. 12. 1. Testamentarii non erant, quia Lex 12. Tabularum pri-

---

stratum, de exploratione pubertatis quidquam cunctum fuisse in 12. tabulis, ut verosimiliter fiat, hunc ritum Atheneis Romanum migrasse.

tri familias de curatione legare, vel testamento disponere permiserat. ( Nec pater testari poterat super tutela, vel familia liberorum, in eum casum, quo ipsi liberi testamentum condere possent. Simile quid in substitutione pupillarum animadvertisimus. l. 7. l. 14. D. de vulg. & pup. substit. )

§. 2. Ex legibus 12. Tabularum (r) curatores accipiebant FURIOSI & PRODIGI. Quam legens decemviralem ex Cicer. Quest. Tusc. 3. 11. & de Invent. 2. 19. ita restituit Gothofredus ad 12. Tab. Tab. 5. SI FURIOSUS AVT PRODIGVS EXSISTAT, AST EI CUSTOS NEC ESCIT, AGNATORVM GENTILIVMQVE IN EO PECVNIAVE EIVS POTESTAS ESTO. Quamvis adhuc queri possit, utrum ex verbis Decemvirorum, an ex eorumdem interpretatione nata sit prodigorum curatio.

§. 3. Quum vero initio & prodigi & furiosi ipso jure adgnatorum, gentiliumque curationi subessent: l. 1. pr. D. de cur. furios. prodigi postea tum deum curatorem accipiebant, si postulantibus adgnatis ( Vid. Valer. Max. 8. 6. ) iis a praetore interposita sententia bonis esse interdictum. L. 1. D. de cur. furios. Ulp. Fragm. 12. 2. Unde Horatius Sat. 2. 3.

— Interdictione hinc omne admittat jus

Prator, & ad sanos abeat tutela propinquos.

Ex quo simul patet ratio, cur furor contractus statim

ab

---

(r) Verosimile tamen est, cum morem jam ante leges 12. Tabularum Romæ viguisse. Moribus sane ista furiosum prodigorumque curatio tribuitur. l. 1. D. de curat. furios. & apud Paull. Recept. Sent. 3. 4. Quod quam intelligi haud possit de moribus, post ea tempora demum receperis ( Siquidem Ulp. d. l. 1. de Cur. furios. hanc curationem quidem ex 12. Tabulis arcensit, sed initium tamen ejusdem tribuit moribus ), procul dubio jam sub regibus furiosis dati sunt curatores. Est ea sententia Jac. Cujacii, Jac. Gothofredi, aliorumque virorum doctorum, quam male impugnat V. C. Jan. a Costa ad §. 1. Inst. de J. N. G. & C. & §. 3. Inst. b. 1. Vid. Schulting. ad Paulli. l. c. p. 348.

ab initio reddiderit irritos, quamvis furiosus adgatorum curationem nondum subiisset; prodigus vero, priusquam ei esset bonis interdictum, valide contraxerit.

S. 4. Formulam, qua bonis interdicebat praetor, servavit nobis Paullus, *Recept. Sens. 3. 4. A. 7.* QUANDO TIBI BONA PATERNA AVITAQUE NEQUITIA TUA DISPERDIS, LIBEROSQUE TUOS AD EGESTATEM PERDUCIS: OB EAM REM TIBI EA RE (*f*) COMMERCIOQUE INTERDICO. Quo facto statim agnitorum, aut, hisce deficientibus, gentilium (*t*) curationi committebatur prodigus. Exempla sunt apud M. Senec. *Controv. 3. pref. Val. Max. 3. 5. 8. 6. Dion. Cass. 57. pagina 618.*

S. 5. Ast tum furiosus, tum prodigus, recepta mentis vitaque sanitatem, curatione liberabatur, quamvis & hic prodigo decreto Praetoris esset opus. Paull. *Sent. 3. 4. A. 12. p. 343.* & ibi Schulting. *I. I. De cur. furios. Henr. Bern. Reinold. Var. cap. 41. p. 291.*

S. 6. Quum ergo initio furiosis ac prodigis tantum obtruderentur curatores: factum inde est ut cum aliquo famae detimento conjuncta videretur curatio. Iniquum enim habetur, *ingenuis luminibus non esse liberum verum suarum alienationem.* 2. D. si a parente quis manumiss. Ergo prater furiosos & prodigos nemo invitus accipiebat curatorem, & ne minor quidem, quamvis infirmum esset in tam lubrica etate consilium, cuiusquam curationi suberat, antequam lex Letoria ea in re adolescentibus prospiceret. Quando-

lata

(*f*) Legunt nonnulli AERE. Cujac. ad Paull. I. c. Jac. Menard. ad Cic. *Act. Perrin.* 5. sed nihil hic mutandum esse, docent V. A. Cornel. van Bynkersh. *Obs. 3. 21.* Schulting. ad Paull. I. c. p. 342.

(*t*) Qui sunt adgnati, qui gentiles, infra Lib. 3. Tit. 2. explicabitur. Jam nota originem adgnati, quod in homines stultos dicitur: *Ad adgnatos & gentiles.* Vid. Varro. Et se inß. I. 2. Columelli. 20. I. Horat. Sat. 2c 3c.

lata sit ea lex, nondum constat. Antiquissimam esse, vel ex eo pateret, quod iam Plantis *Pseudol.* I. 3. v. 68. ejus meminit sub nomine legis *quinavicensaria*. Quum ergo M. Lætorius Plancinus an. U. C. 490. tribunus plebis fuerit, & postea anno 497. prætoram gesserit: verisimilimum est, hoc anno laram esse legem Lætoriam. Vid. Gudling. Pand. Lib. 4. Tit. 4. §. 5. Ceterum hac lege cayebatur, ut adolescentibus viginti quinque annis minoribus (eum enim minoritatis terminum hæc lex finiverat: *I. 2. C. Theod. de donis.*) patentibus curatores, caussa cognita, darentur. Jul. Capit. *Vit. Marci Ant.* 11. Deinde & eadem lege vindicabatur circumscriptio adolescentium, resculsis versutorum hominum fraudibus, qui lucrum aliena ex imbecillitate captabant. Cic. *de Offic.* 3. 15. Sed & stipulationes ab adolescentibus, & actiones creditorum adversus minores hac lege Lætoria sublatæ sunt. Unde Suetonius in *libris prætorum* apud Priscian. *Lib. 18. Lætoria, qua vetat minorem annis 25. stipulari.* Et apud Plautum *I. c. Callidorus* adolescentis;

*Perii, an non cum lex me perdit quinavicensaria?*

*Metuant credere omnes.*

Denique & restitui hæc lex minores læsos voluit, sed non nisi dolo aliorum circumveniens. Cic. *de offic.* 3. 15. Quod beneficium postea prætorem latius interpretatum novimus.

§. 7. Ex eo ergo tempore, quum quibusdam tantum minoribus, patentibus puta, ac caussam probantibus, curatores darentur, adeoque existimatio adolescentum ea curatorum datione etiam post legem Lætoriam lædi videretur: postea edixit Prætor, se nou modo in integrum restituturum minores (n), *qua-*  
*tres*

(n) Taliis restitutionis si jam mentio sit apud Terent. *Phorm.* 2. 4. satis adparet, jam sculo ab U. C. sexto prætorem id jus condidisse. Sed vereor, ne ibi Terentius potius de *restitutione patris*, quo absente filius uxorens

ties lubrico statis capti essent (quod beneficium TU. TELA MINORUM dicitur, l. 1. pr. D. de min.), sed & curatores iisdem daturum, dummodo eos a se peterent. l. 13. s. 2. D. de suc. & curat. dat. Unde proprie curatio minorum sine causâ cognitione data ex edicto Prætoris derivanda est. Videretur sane jam ab illo tempore frequenter fuisse minorum curatio, nec finita tutela ulli temere minori permissa administratio bonorum, nisi curatoribus constitutis. Huc enim pertinent illa Mecenatis apud Dion. Casl. lib. 52. p. 179. ubi inconveniens esse ait, minores viginti quinque annorum adolescentes senatores legi. τὰς γέρας τὰς αἰχμὰς ἢ αφελεῖται οὐτι. τὰ μὲν οὐκοῦ πρότινοι αἴσι πάντες ἐπιτέλουνται, τὰ δὲ, οὐκόσια ἢ πατέρων περιχειρεῖται. Quomodo enim non turpe & noxiūm sit, quum nemini ante id aetatis suorum bonorum administrationem concedatis, iis, qui eam nondum attigerint, rempublicam vos credere? Idem Prætor etiam curatores dabat libertinis prodigiis, itemque ingenuis, qui ex testamento parentis heredes facti, male dissipabant bona. His enim curator ex lege dari non poterat, sed iis, qui ab incestato heredes facti essent. *Ax) patri. Ulpian. Fragm. 12. 13.*

S. 8. Demum & M. Antoninus Philosophus statuit, ut omnes minores, salva existimatione, acciperent curatores, causa non cognita. Jul. Capitulin. in vita Marci 11. De curatoribus vero, quum ante non nisi ex lege Lactoria, vel propter lasciviam, vel proprii clementiam, darentur, ita statuit, ut omnes adiutorii cura-

---

querent, quam filii, qui se a Phormione ad id coactum dicebat, loquantur. Verba Comici sunt v. 10.

*Sic hoc videtur: quod TE ABSENTE hic filius.*

*Egit, reficit in integrum agnum est Et bonum,*

*Et id impetrabis.*

*(x) Lex erga 12. Tabularum de prodigorum curatione intelligenda tantum de illis prodigiis, qui jure civili a incestato parenti erant heredes. Vid. Jac. Gothofred. ad 3d. Tab. probat. Tab. 5. p. 98.*

curatores acciperent, caussis non redditis. Juvabit hunc locum a plerisque male intellectum, & qui me quoque huc usque decepit, expendere paullo accuratius. Paucissimi enim, si nonnulli, vident, quid sanxerit Marcus Antoninus, qua in re ejus constitutio a lege Lætoria discreparit. Lege 12. Tabularum soli furiosi & prodigi ascriebant curatores. Hinc ignominiosa quadammodo erat curatio, & proinde invitis minoribus curatores non obrudebat lex Lætoria, sed petentibus eos causa cognita dari jubebat. Quamvis enim vulgo ex loco hoc Julii Capitolini colligant, lege Lætoria tantum adolescentibus dementibus & lascivis, datos esse curatores, ut ipse quoque in antecedentibus editionibus scripsera: facile tamen patet, ita nihil novi sanxiisse legem Lætoriam, quam jam prius furiosis & prodigiis prospectum esset 12. tabulis; nec dubitari posset, quin adolescentibus lascivis & dementibus hujusmodi curatores dari deberent quam & majores 25. annis in curatione sint, si dementes vel lascivi esse viderentur. Itaque non est hic sensus Julii Capitolini. Potius inter se contendit iura de curatione, ante Antoninum recepta & quæ ab isto Imperatore sint inventa. Antea, inquit, curatorum non nisi tria genera erant, *quam non nisi ex lege Lætoria* minoribus petentibus, & caussam probantibus vel secundo propter lasciviam prodigiis, quibus Praetor bonis interdixerat, vel propter dementiam furiosam & mente captis curatores darensur. Quid vero Marcus Antoninus? Is ita statuit, ut non solum petentes, sed omnes adulti curatores acciperent, etiam non redditis caussis. Ex hac demum paraphrasi perspicue patet, quid lex Lætoria, quid M. Antoninus Imp. iussit, quidque sibi velit Julius Capitolinus. (Quam si vidisset quidam, non dixisset, sat scio, me non inspississe locum Capitolini in Marco.)

S. 9. Nimirum lex Lætoria dare voluerat curatores adolescentulis petentibus & caussam probantibus: Praetor se petentibus curatores promiserat daturum, etiamsi caussa non redditia. Marcus denique Antoninus statuit, ut & omnes acciperent, nec caussæ redderentur. Arqui, inquit, adhuc Justiniani ex eo invisi de-

adolescentes curatores non accipiebant. §. 2. *Inst. b. t.*  
 An itaque cum Ravardo *Var. I. 17.* incitiae arguemus Tribonianum, jus antiquum pro novo & recepto  
 obtrudentem? An cum Vultejo ad *d. S. 2. Inst. b. t.*  
 eum locum de curatore in item interpretabimur?  
 Neutrum ego facere ausim. Utrumque enim verum  
 videtur, non invitos accepisse curatores, & omnes  
 tamen accepisse. Prius non solum Justinianus dicit,  
 sed & alii *J. Cti.*, Antonino junioribus confirmant. *L. 13.*  
*S. ult. D. de tut. & cur. dat. l. 2. S. pen. & ult. D.*  
*qui per. tut.* Posterior ex verbis Julii Capitolini cla-  
 rum est. Servavit itaque Marcus Antoninus vetus il-  
 lud principium, curatorem dari oportere non invitis,  
 sed potentibus: at invenit tamen modum, quo omnes  
 petere cogentur. Non prius enim rerum suarum ad-  
 ministrationem a tutoribus recipiebant adolescentuli,  
 quam petitis constitutisque curatoribus (y). Luculen-  
 ter id pacet ex *L. 33. S. 1. D. de admin. & per. tut.*  
*L. 28. S. 1. cod. L. 31. cod. L. 1. S. ult. D. de min.*  
 Sunt, qui nobis obvertunt exempla adolescentum, qui  
 sine curatorum auxilio res suas dicuntur administras-  
 se. *L. 7. S. 2. D. de min. l. 3. c. de in int. rest.*  
 Verum ea loca non ad jus, sed ad factum pertinere,  
 nemo non videt. Nam & impuberis aliquando negli-  
 gentia eorum, qui tutores petere debuissent, sine cu-  
 stodibus erant, usi ex toto *situlo D. qui per. tut. vel*  
*tut. colliginus:* nec tamen inde sequitur, ut in arbi-  
 trio impuberum fuisse, existimetis, sine tutoribus a-  
 gere malent, an custodibus subesse. Sed plura hanc  
 in rem habes in *ELEM. nostris jur. civ. S. 271. seq. &*  
 in *Additionibus nostris ad Vinn. S. 2. Inst. b. t. p.*  
*116. sequ.*

S. 10.

(y) Erat & aliis modus cogendi adolescentes; ut cui-  
 zatores peterent, quod nimirum iis actio & exceptio in  
 foro denegaretur. Neque enim stare in judicio poterant  
 sine curatore. *L. 1. S. 2. D. de admin. & per. tut. l. 1.*  
*2. 3. c. qui legit. perse stand. in judic.*

§. 10. Finiebatur curatio minorum anno etatis 25. circumacto, l. 3. §. D. de minor. Quum enim longissimum vite humanæ tempus centum annis circumscriberent jureconsulti: l. 76. D. de judic. l. 56. D. de usfr. eo in quatuor etates diviso, juventuti 25. annos putabant adsignandos, uti acute conjicit Gundlingius ib. §. 4. Id quod eadem lege Lectoris factum esse, non modo inde patet, quod *quinavicensaria* a Plauto dicitur, verum etiam ex l. 2. C. Theod. de dom. manifestum est. Nonnumquam tamen juvenes impetrabant *veniam etatis*, quod beneficium Principes dabant adolescentibus 20. puellis 18. annorum, si frugi esse probarentur, l. 2. C. de his, qui ven. et.

§. 11. Ipse tutor, si valetudine impeditus negotia pupilli maxime in judicio gerere non posset, nec curatorem, nec procuratorem constituere poterat. Hunc enim solus constituebat dominus. L. 1. pr. D. de proem. Quare nova inventienda erant nomina. Rogatus ergo tutoris, ejusque periculo Praetor ei substituebat alium, qui, si ad agendum esset datus, ACTOR; si ad alia negotia, ADJUTOR vocabatur. L. 24. v. de administr. tut. & l. 13. §. 1. D. de tutel. Autatores, non ut Theophilus existimat, ideo dicti sunt, quod ad alia constituerentur, sed ab agendo, unde & *ταπειπλοραι*, dicuntur Græcis. Translatum vero hoc nomine est ad vicariam tutelam ex institutis veterum domesticis. Domi enim e servis quemquam praescire solebant rei familiari, qui & ipse ACTOR, παραπληθης, nec non δικαιονομον ιστος vocabatur. L. 8. pr. D. fam. excise. l. 40. §. 7. D. de statu lib. l. 41. §. 4. D. de fideicom. libert. (Reinel. Inscript. II. 65. l. 631. & Epist. ad Rupert. p. 235. sequ.) Et talen-  
te esse simulabat Leonidas apud Plaut. Asin. 2. 4.  
v. 53.

Nam si scierit noster senex, fidem huic non esse  
habitam,  
Successor, cui omnino verum ipsius summas  
credidit.

Talis quoque est, quem describit Lucas c. 12. 44.  
Add. Rayard. Var. Lett. 5. 20. & Wower. ad Petri A.

p. 149. qui *actores*, & *dispensatores*, vel *arcarios* accurate distinguit. Sed & in fundos mitti solebant ser-  
vi, qui ceteris tamquam vicarii dominorum, impe-  
rarent, fundumque domino colerent, & hi ipsi etiam  
dicti *actores* l. 32. D. de *pign.* Plin. *Epist.* 3. 19.  
Paul. *Rec. Sent.* 3. 56. 47. 48. Quemadmodum ergo  
qui in ædibus vice domini rem familiarem curabat,  
**ACTOR** dici consueverat: ita idem nomen conveni-  
re eis visum est, qui pro tutore agerent. Vid. Melch.  
Goldast. *Adnot. ad Dosithei sentens.* & *Epist. Hadri.*  
3. 10. p. 868. edit. Cl. Schultingii.

## T I T U L U S XXIV.

*De satisfatione tutorum, vel curatorum.*

§. 1. *Satisfationis hujus origo.* §. 2. *Senatus consul-*  
- *ta sub Trajano & Antonino ea de re facta.* §. 3.  
*Quomodo satisfidatum?*

**D**E SATISDATIONE tutorum & curatorum jure  
antiquo nihil fuerat proditum: unde & nullum  
hujus rei vestigium in universa antiquitate exstat.  
Quum tamen pupilli magnum inde caperent detrimen-  
tum, de satisfatione quoque cavere cœperunt leges,  
de eaque paucis hic est agendum.

§. 1. Satisfidatio hæc inventa est a Praetoribus, quo-  
rum in edicto legebatur: REM PUPILLI VEL A-  
DOLESCENTIS SALVAM FORE, TUTOREM,  
VEL CURATOREM SATISDARE JUBEBO. arg.  
rubr. D. rem pupill. salv. fore l. 5. §. 1. D. de legi-  
aut. Cavebant vero ex eo tempore non tutores testa-  
mentarii, quippe quorum fidem ipse testator probave-  
rat, nisi unus reliquis vellet in administratione pre-  
ferri: pr. *Inst.* l. 17. pr. D. de *test.* iur. nec ex daci-  
vis, qui a magistratibus majoribus cum inquisitione  
erant dati: sed partim legitimi, partim e dativis illi,  
qui a duumviris, aliisque minoribus potestatibus fue-  
rant dati. L. ult. C. de *magistr. conv.* Et hoc perti-  
net formula: TUTOREM DO, SI SATISDEDE-  
RIS, Briffon. *de Form.* 5. p. 408.

§. 2. Confirmavit id SCto quodam Trajanus , qui & actionem dedit contra duum viros , si vel non excuscente a tutoribus & curatoribus cautionem , vel minus idoneos admisissent fidejussiones . Qua de re Diocl. & Maximianus Augusti l. 5. c. de magistr. conv. In magistratus municipales , tutorum nominatores , si , administrationis finito tempore , non fuerint solvendo , nec ex cautione fidejussionis solidum exigi possit , pupillis quondam in subsidium indemnitas nomine alienam utilem competere ex CS. quod auctore dico Trajanus , Parente nostro , factum est , constitit . Eam actionem deinde D. Pius etiam ad ipsos magistratum haeredes extendit , si culpa magistratum lata intercessisset . l. 6. D. de magistr. conven. l. 2. c. eod.

§. 3. Ipsa satisfatio siebat oblatis fidejussionibus (nec enim alia poterat esse cautio pratoria l. 7. D. de stipul. præt.) a quibus vel ipse pupillus , si fari posset , vel si non posset , servus sive proprius , sive publicus , vel tabularius stipulabatur , REM PUPILLI SALVAM FORE . Ulpian. l. 2. D. rem pup. salv. fore : Si pupillus absens sit , vel fari non possit , servus ejus stipulabitur : si servum non habeat , emendat si servus est : sed si non sit , unde ematur , aut non sit expedita ematio , profecto dicemus , servum publicum apud prætorem stipulari debere . Solebat & prætor non unquam dare , cui fidejussiones stipularentur . l. 3. eod. Nimirum servus proprius stipulatione sua domino , id est , pupillo acquirebat , §. 1. Inst. de stip. serv. Nec minus publicus servus recte stipulabatur pupillo , quia erat in dominio reip. Publico vero nomine & alteri stipulari licebat . l. 3. D. de prætor. stip. l. 1. §. 4. D. ut legator. Jac. Gothofr. Comm. ad tit. de reg. jur. p. 322. Dicitur ejusmodi stipulatio facta ἐν τεθυντας ἀποτιθεντας apud Theoph. §. 3. Inst. de adop. Quam loquitionem eleganter explicat Amaya ad l. 3. c. de tab. scrib. logographi. Formula stipulationis procul dubio fuit : FIDE TUA PROMITTIS , REM PUPILLO SALVAM FORE ? FIDE MEA PROMITTO .

## TITULUS XXV.

*De excusationibus tutorum, vel curatorum.*

- §. 1. Excusabat I. numerus liberorum. §. 2. Cur Romani a nuptiis & procreatione liberorum abhorserint? §. 3. Pænæ celibatus, & præmia sacerdotalis in libera rep. §. 4. Præmia solitaria et a Julio Cæsare proposita. §. 5. Prima Augusti rogatio de panis celibatus & præmiis matronalibus. §. 6. Lex Julia de maritandis ordinibus. §. 7. Lex Papia Poppaea, & præmia matronalibus. §. 8. Ius liberorum trium, quatuor, quinque. §. 9. Professio liberorum apud præfulum erat. §. 10. Fisci & aratrii, ut & rationis Cæsaris differentia. §. 11. Elrario qui præfuerint? §. 12. Quæ fisco & patrimonio Cæsariunt? §. 13. Rei fiscalis administratio excusationum dedit voluntariam. §. 14. Potestas a iusta excusant quæ? §. 15. De aliis excusandi causis. §. 16. Professio artis Grammaticæ. §. 17. Professio rethorices. §. 18. Professio philosophiae. §. 19. Professio medicinae. §. 20. Professio juris prudentie. §. 21. Qualis fuerit Romæ schola publica? §. 22. Quales scholæ per provincias? §. 23. Immunitas & intelis professoribus concessa.

**T**utela jure Romano erat munus publicum. *princip.*  
*Inst. b. t.* Quemadmodum vero alia munera, excusationibus prolatis, amoliri a se poterant cives & municipes: ita etiam proditæ fuerunt EXCUSATIONES, quibus tutelan & curationem possent recusare. Immo & causæ erant, propter quas atcebantur a tutela etiam illi, qui eam non tecularint, quas ipsas quoque excusationibus tutorum & curatorum accensent SCti, quibus EXCUSARI dicuntur, etiam qui non admittuntur, vel prohibentur *I. 5. §. 3. D. de prof.* Propria itaque SCti est hæc vocabuli notio, & tan ab usu remota, ut Græci, quum verba ἀπεριστάθαι, ἀπλογίζαι, προφεύσθαι illam non exhaustire animadverterent, verbum Latinum ἀπεριστάθαι adoptare non

non dubitarint. Harmenop. *Promptuar.* 2. 5. 6. 1. 30.  
80. Add. V. A. Corn. van Bynkersh. *Obs.* 4. 11. p.  
385. seq. & *ELEM. nostræ Jur. civ. sec. ord. Inst.* §.  
288. EX quo simul patet, in l. 11. D. de decurion.  
non esse quod pro EXCUSARE restribamus EXCU-  
RIARE cum Cujac. *Obs.* 26. 38. Unde jam excusationes  
merito in VOLUNTARIAS, NECESSA-  
RIAS, & MIXTAS distinguuntur.

S. 1. Prima causa, eaque VOLUNTARIA, est  
NUMERUS LIBERORUM, quorum tres Romæ  
excusant, in Italia quatuor, & in provinciis quinque.  
pr. *Inst. b. t.* Hoc quum ad famosum illud justum,  
quatuor, & quinque liberorum pertineat, quale illud  
fuerit, ex antiquis Romanis erit paulo aetius  
repetendum.

S. 2. Plurimi Romanorum, dici non potest, quantum  
a nuptiis abhorruerint. Caussæ hujus rei varia,  
anores furtivi (z), luxuria matronarum, d. qua ele-  
ganter Plaut. *Mil. Glorios.* 3. 1. v. 92. seq. (& Ja-  
ven. *Sat.* 6. v. 25.) & præcipue illa orbitatis præ-  
mia, quæ toties celebrant veteres. Colebantur ejusmo-  
di *μοντέραι* ab omnibus, viaque ipsis ad honores &  
commoda patebat, nemine illis negante suffragium,  
ob hereditatem, quam quisque spe devoraverat. Un-  
de lepide senex ille Periplectomenes apud Plaut. *Zel-  
lit.* *Glorios.* 3. 1. v. 3. seq.

*Quando habeo multos cognatos, quid opus mihi sit  
liberis?*

*Nunc bene vivo, ne fortunata, atque ne volo, atque  
animo ut lubet.*

*Mea*

(z) Hanc causam ipse observat Augustus Imp. apud Dion. Cass. XVI. pag. 576. ubi invecus in cælibes: Od γέτε δὴ σίτα μετανοῖα κακόπις, τὸν αἰδος κακωνίαν διεπ-  
ρετε: οὐδὲ τὸν, τὸν δὲν, οὐ επειτα πάνος ἐν καθάρισμα  
μέντι. οὐδὲ εὔγενις οὐ φερέται, οὐ δικαιώνεται κακούς εὑδέ-  
ντας. Neque adeo rati solitudo vivendi cogit, ut absque multe-  
ribus degari, ac non quilibet vestrum mensie, lectique sociam  
habent, sed licentiam libidini, ac lascivie vestre queritis.

Mea bona morte cognatis dicam, inter eos parciar.  
 Illi apud me edunt, me curant, visunt, quid agam?  
 ecquid velim?  
 Prinsquam lucet, adsunt, rogant, noctu ut somnum  
 ceperim?  
 Eos pro liberis habeo; quin mihi mittunt munera;  
 Sacrificant: dant inde partem majorem mihi, quam  
 sibi:  
 Adducunt ad extaz me ad se ad prandium, ad car-  
 nam, vocant:  
 Ille miserrimum se recur, minimum qui misit mihi.  
 Illi inter se certant donis: ego hoc missio mecum:  
 Bona mea inhiant, certatim mittunt dona & munera.

(Quin & securi sibi videbantur calibes & orbi. Hinc Cæsellijs jurisconsultus apud Valer. Max. 6. 2. 12. ait: senectutem & orbitatem sibi natura dieaciōti & facēt magnam præbere licentiam). Sed & de suo tempore conqueritur Plin. Hist. Nat. 14. proœm. capiſſe orbitatem in autoritate summa & potentia esse, captationem in quaſtu maximo. Et Seneca Consolat. ad Marciam 19. In civitate noſtra plus gratiae orbitas confert, quam eripit. Adeoque senectutem ſolitudo, quæ ſolebat deſtruere, ad potentiā ducit, ut quidam odia filiorum ſimilent, & liberos ejſerent, & orbita- tem manu faciant. Addi mērēntur Petron. Satyr. p. 106. ubi Romanorū mores sub Crotonitarū nomi- ne ſale ſatyrico defricat, ut & Tacitus Annal. 13. 52. de Morib[us] Germ. 20. Ammian. Marcellin. 14. 19. Denique & erant, qui philosophiæ cauſa abſtinebant a matrimonio, exemplo veterum, Thaleris, Pythagor[us], Democriti, Platonis, Zenonis Cittiei, Epicuri. Ita ſane & recentiores in orbe Romano philofophi ſibi putabant faciundum, veluti Apollonius Tyanensis, Epičtetus, Plotinus, Porphyrius, Proclus. Vid. Philoſrat. Vn. Apollon. 1. 10. Marin. vit. Procli cap. 17. p. 59. & ubi Cl. Fabric. Quæ quum ita ſe habent, non mirum profeſto eſt, adeo abhorruiffe Romanos a nuptiis, quærendisque liberis, ut præmiis eſſent ad conjugia ineunda invitandi. Fufius hæc illuſtravimus in Comment. ad L. Jul. & Pap. lib. 1. c. 2. p. 35. seq.

§. 3. Evidem jam libera republica & ponas cælibatus, & fecunditatis præmia fuisse, certissimum est. Legum ejusmodi & a senatu & a populo conditarum meminit ipse Augustus oratione ad cælibes apud Dion. *Cass. Hist.* 56. p. 567. Solebant & censores dare operam, ne cælibes essent in urbe, atque hinc multam exigere ab iis, qui, nulla duxa uxore, ad senectutem pervenissent. Ea multa dicebatur *as uxorium*. *Festus voce uxorium.* p. 478. Uxorium pependisse dicitur, qui, quod uxorem non habuerit, a populo dedit. Qua in re rigida in primis ac severa fuit censura M. Furii Camilli, & M. Postumii Albini Regillensis, anno U. C. 350. de qua Plutarch. *vit. Camilli* p. 129. & Valer. *Max.* 2. 9. 1. Ita & anno 622. Q. Cecilius Metellus Macedonicus omnes uxores ducere coagit liberorum querendorum causa, & tum habuit orationem, cuius partem servavit Gellius *Nott. Attic.* 1. 6. queque digna visa Augusto, quam in senatu repeteret, quin suaderet Legem Julianam de maritandis ordinibus. *Suet. Aug. cap.* 89. Nonnumquam censores cælibes etiam in quatuor tribus urbanas, ceteris inhonestiores, maritos & parentes in rusticis, tamquam nobiliores, descriebant. *Liy.* 45. 15. Nec ponis tantum, sed & præmiis propositis, ea in re utebantur veteres, & in primis honoribus cives iavitabant ad ducendas uxores, seu pacet ex insigui oratione P. Scipionis, Censoris, anno U. C. 554. apud Gell. *Nott. Att.* 5. 19. ubi etiam ille pravus mos reprehenditur, quod filius adoptivus patris adoptatori inter PRÆMIA parum prodeisset.

§. 4. At paulo post tamen & Julio Cesari legibus promovenda visa est *reputatio* civium. Jam consulatu, quem cum Bibulo gescit, agrum Campanum divisit extra sortem 20. millibus civium, quibus temi, pluresve liberi essent. *Suet. Jul.* 20. *Appian. de Bello civil.* 2. p. 433. Postea, ubi bellum civile detonuerat, acto censu, tantam deprehendit in urbe solitudinem, ut teste Appiano *de Bello civ.* 2. p. 492. diuidio minus capitum censeretur, quam ante bellum civile. Unde denuo præmia proponenda existimabat iis, quibus plures essent liberi. *Dio Cass. Hist.* 43. p. 216. *Suet.*

Suet. *Jul. cap. 42.* Sed eo paulo post interfecto, non  
diu admodum leges istae saluberrimae viguerunt.

§. 5. At multo magis hæc cura Augusti subiit animum, qui tamen non nisi post multa molimina solitudini isti invenit remedium. Primum id egit anno U. C. 725. quo censum cum Agrippa, tamquam Prefectus morum, egit. Grut. *Inscript.* p. 230. Nam ex eo demum tempore sexto inito consulatu potentia securus, quæ in triumviratu jussa fuerant, abolevit, doditque iura, quæis pace & principe uterentur. *Aratora ex eo vincula, indiss castodes,* & lege Papia Poppaea premiis indulli. Tacit. *Annal.* 3. 28. Ex quibus tamen verbis Lipsi in *Excurs.* ad Tac. *Ann. lib. 3. lxxi. c.* male colligit, jam sexto illo consulatu Augustum rogationem ad populum tulisse. Incertum enim hoc esse ostendimus in *Comm.* ad *L. Jul.* & *Pap. lib. 1. cap. 3. pag. 41.* Saltim, si quid sexto consulatu egit Augustus, tum quidem nihil profecisse videtur.

§. 6. Decennio post A. U. C. 736. denuo eamdem rem egit, ita celeberrima illa lege JULIA de maritandis virginibus, quam & immunitis aetioribus prenas statuit, & nuptiis, liberorunque procreationi proposuit præmia. Dio Cass. *Hist.* 54. p. 531. seq. Dici non potest, quanis cum difficultatibus tunc colluctandum fuerit Augusto. Quamvis enim orationem Metelli, de qua supra, in Senatu haberet. Suet. *Aug. 89. Epit. Liv.* 19. magno tamen patrum consensu ei occlamatum est, teste Dione Cassio *lib. 56. p. 532.* At sequutum tamen SC. de ferenda lege, de quo Horat. *Epop. 18. v. 17.*

*Diva, producas sobolem, Parrumque  
Prosperes deereta super jugandis  
Feminis, prolisque novæ feraci  
LEGE MARITA.*

Sed licet tum Augustus tam certus esset de successu hujus rogationis, ut legis hujus in antecessum meminerint in luculenta *Inscriptione apud Grut.* p. 328. 1. quam nos supplevinus, illustravimusque in *Commens.* ad

ad L. Jul. & Pap. ibid. p. 43. seq. legem tamen preferre ne tam quidem potuit, pre tamulu recusitum. Suet. Aug. 34. Eoque respicit Propertius 2. 7.

*Gavisæ est certe SUBLATA Cynthis LEGE,  
Quæ quondam edita, slemus uterque dñs,  
Ne nos dividere.*

Repetitis tamen aliquoties rogationibus, ita demum perlata est, ut adempta, lenitate parte ponarum, auctisque præmis, vacatio triennii concederetur. Sueton. Aug. 34. Triennio vero illo circumacto, denou biennii data est vacatio, adeoque lex illa de maritandis ordinibus demum anno 757. Sex. Älio Cato, & C. Sento Saturnino Coss. perlata, annoque 762. in legem Papiam Poppæam transfusa, vires suas exserere capit. Dio 56. p. 578.

§. 7. Nimirum vicerat calibatus, orbitatisque amor, adeo ut A. U. C. 760. equites Romani magnopere de abroganda hac lege laborarent. Paullo post Augustus insignes illas habuit orationes tam ad celibates, quam ad conjuges, quas servavit Dio Cass. 56. p. 573. seq. Suet. Aug. 35. Denique anno U. C. 763. ferri iussic LEGEM PAPIAM POPPÆAM, quæ in jure nostro etiam LEX JULIA & PAPIA appellatur, quia in eam Julia istæ rogationes pleraque confluxerant. Tulerunt hanc legem ad populum M. Papius Mutilus, & Q. Poppæus secundus, consules suscepiti (a) quorum neuter vel uxorem habebat, vel liberos, Dio

(a) In plerisque fastis hoc par consulum desideratur. Sed rem expeditum fragmenta Capitolina apud Pighium Annal. p. 19. In quibus hiujus anni consules ita recensentur: C. POPPAEV. Q. F. Q. N. SABINVS. Q. SVLPICIUS Q. F. Q. N. CAMERINVS. EX. X. IVL. M. PAPIVS. M. F. M. N. MVTILVS. Q. POPPAEV. Q. F. Q. N. SECUNDINVS. Exstant quoque utriusque nomi apud Galzium n. Fajl. p. 229. seq. ubi tamen Poppæus non Secundus, sed SECUNDINUS cognominatur. De gen-

Dio Cass. 56. p. 578. ex quo, quam fuerit hæc lex necessaria, facile intelliges. In ea capita haud pauca agebant de præmiis *naturæsticis*. Sic e pluribus candidatis præferebatur is, qui plures sultulisset liberos. Tac. Annal. 15. 19. Plin. Ep. 7. 16. E consulibus quoque prior sumebat fasces, qui collegam liberorum multititudine anteibat. Gell. Noct. Att. 2. 15. Laci porro ob filium filiamve anniculum anniculamve, Latine vero ob ternos partus jus Quiritium conseqüebantur. Ulp. Fragm. 3. 1. Liberti ob multitudinem liberorum ab operis, ingenuæ & libertæ a tutela liberabantur, l. 37. D. de oper. libert. Pult. in Nume p. 66. Dio Hist. 56. p. 578. Fragm. Regul. ex vetere Jcto §. 6. Ulpian. Fragm. 29. 2. 3. Juvabanc etiam liberi in hæreditatibus & solidi capacitate. Ulp. Fragm. 21. 15. 16. Immo & honoratio in theatro locus datur iis, qui plures haberent liberos. Gochofr. ad Leg. Pap. Popp. c. 7. seq. p. 230. In primis vero hac lege fuerat cautum, ut qui secundum hanc legem liberos tres, Romæ natos superstites, qui quatuor in Italia, qui quinque in provinciis haberet, omnium munerum personalium imminutatem habeat, pr. Insit. h. t. l. 1. c. & ult. qui num. lib. l. 18. D. de exens. int.

§. 8. Hinc ergo natum famosum illud jus trium, quatuor & quinque liberorum, quod tamen & liberis orbi, immo & steriles nonnumquam, beneficio principum, obtinebant. Exempla sunt apud Plin. Epist. 2. 13. 7. 16. 10. 95. immo & in inscriptionibus, veluti in illa apud Grut. p. MLXXXI. ubi laudatur STATIO IRENE, IVS LIBERORVM HABENS, & in aliis, in quibus litteræ L. L. H. id est, IVS LIBERORVM HABENS. Brummer. de Lege Cinc. 14. Apud eundem Grut. p. 322. 8. mentio sit Albia Flaminicæ, CVI IMP. IVS COMMUNE (b) LIBERO-

RO-

---

te Papia videndus Patin. de fam. Rom. p. 329. & de ultra que Comm. noſter ad L. Jul. & Pap. lib. 1. cap. 4.

(b) Legendum forsan JUS COMMUNIUM LIBERO-

RUM,

RORVM CONCESSIT . & p. 631. 2. Persicus libertinus sepulcrum se condidisse testatur C. CORNELIO. PERSICO. F. HABENTI. EQVVM PVBLICVM, & CORNELIAE ZOZIMAE, MATRI EIVS, HABENTI IVS QVATUOR LIBEROR. BENEFICIO CÆSAR. Plura de hoc iure commentatus est M. Vertranus Maurus singulari libro *de trium liberosum jure* (c) in quo tamen multa potius, quam bona & solida, reperies.

S. 9. Quinam liberi profuerint ad capienda *præmia*, de eo copiose satis disputant jureconsulti . Nos addimus , ne fraus legi fieret , cautum fuisse a Marco Antonino , Imperatore (d), ut professio liberorum intra diem tricesimum fieret apud præfectum ærarii , alterumque exemplum tabularum domini ; alterum apud ærarium adservaretur : id quod idem Imperator etiam in provinciis fieri jussit . Jul. Capitolin. *vit. Marc. Ant.* 9. Et huc pertinet exemplum Gordiani , de quo idem Jul. Capitolin. *Gord.* 4. nec non lepida illa adulteri excusatio apud Juvenal. *Sat. 9. v. 84. sequ.*

Tol-

RUM , ob quod solidum capiebant inter se conjuges ; *Ulp. Fragm.* 16. 1.

(c) Librum hunc frustis a se bibliothecis quasitum , ait Brummer. *ad Leg. Cne.* 16. Sed facile cum reperi potuisset in *Tractatu Tractatum* Tom. 8. nec ignorum est , cum nuper *thesauri iuri civi. Tom. 3. p. 965.* inseratum esse.

(d) Ita rem refert Jul. Capitolinus . *Vit. Marc. Ant. Cap. 9.* Sed tamen jam ante ea tempora clarorum viorum ortus in acta publica referuntur , ut ex Sueton. *Tiber. & Calig.* 8. patet . Juvenal. *Sat. 4. v. 82. sequ.* Fortassis ab omnibus & ob liberales caussas id fieri jussit Antoninus , quod antea illustriores tantum familia facere conueverant . Plura nos in *Comment. ad L. Jul. Pap. l. 2. Cap. 9. p. 213.* ubi & de natali & censu profesionis discrimine , quarum mentio fit in l. 6. c. de fid. instr. & l. ult. c. fine censu , vel relig.

*Hein. Ant. Rom. T. I.*



Tollis enim, & LIBRIS ACTORUM spargere gaudeſ  
Argomenta viri: ſoribus ſuspende coronas,  
Jam Pater es, dedimus, quod famæ opponere poſſet,  
Jura parentis habes, propter me ſcriberis haeres.  
Adde Briffon. Antiq. Rom. I. 5. p. 7.

§. 10. Voluntariis porro excuſationibus accenſenda  
II. ADMINISTRATIO REI FISCALIS. Libera re-  
publica, rediſti omnes publici influebant in ærarium.  
At ſub Imperatoribus ſeparatæ erat rationes fisci,  
atque ærarium ſacraſtice nō tē rapieſt. Hoc ad populum,  
ille ad Principem pertinebat. Hinc ſæpe cum in ju-  
re, tum apud auctores junguntur jura & populi.  
Paul. Sent. Recept. 5. 12. l. 1. D. de bon. dann.  
Lamprid. Alex. Sev. 12. Hanc diſſerentiam primus  
Augustus, vel certe Tiberius, reperit. Sane ſub Ti-  
berio diuersum a fiſco fuiffe ærarium patet ex Tacite.  
ann. 6. 2. A fiſco iterum diſtineta erat ratiō Caſarīs,  
id eſt, privatū Principis patrimonium, de quo l. 6.  
S. ult. D. de jure fiſci. Unde toties memorantur PRO-  
CURATORES HEREDITATUM PRIVATI PA-  
TRIMONII, & ſimiles, apud Fabrett. Inſer. cap. 3.  
& Phil. a Turre in Monim. Vet. Ant. Cap. 6. Ut  
jam non commemorem, quæ ex Gruteri, & Reinesii  
Theſauris eam in rem deponi poſſent. Ait ſeneca  
te jam ſub principib⁹ imperio, nullum erat amplius  
inter fiſcum, & ærarium diſcriben, niſi quod publi-  
ca pecunia ſacrarum largiſſionum, privatū Principis  
patrimonium privatarum rerum nomine veniret. Un-  
de tituli c. de comit. ſacr. larg. & de com. rer. pri-  
vat. Jam Dioni ſane Lib. 53. p. 511. vix liquet,  
quid inter Auguſti & publicum interſic ærarium, &  
Gloſſe recentiores promiſue ſcribunt: Taſcū: fiſ-  
cus, ærarium. Paucifini ſane Principes Helvium  
Pertinacem initabantur, qui Imperatoriis poſſeſſionib⁹  
nomen ſuum inſcribi prohibebat, non eſſe illas  
diſtitans imperantium proprias, ſed communas Roma-  
norū & publicas. Herodian. Hift. 2. 4.  
§. 11. Ærario initio praeerant Quæſtores, quos Ta-  
citus Annal. 113. 22. & Ulpianus, l. un. pr. D. de off.  
guesſ.

qnest. Gracchani Junii auctoritate, pene tam antiquor faciunt, quam ipsam urbem. Sed eodem a Valerio Poplicola demum creatos, scribit Plutarchus *vit. Valer. Popl.* p. 103. Immo Pomponius eos ipsis Tribunis plebis, Aedilibusque recentiores facit, *l. 2. §. 22. de orig. jur.* Sed quemadmodum de Pomponio hic non multum laboramus: ita Ulpiano facile conciliabis Plutarchum, si Quæstores jam sub regibus fuisse, Valerium vero illum magistratum, a Tarquinio Superbo abrogatum, restituisse reipublicæ, dixeris. Quod & Tacitus *l. c.* non obscure indicat, qui simul monet, consulibus initio mansisse potestatem quæstores deligendi, donec eum quoque honorem populus mandarit. Initio duo creati, ut rem militarem comitarentur: dein duo additi, qui Romæ curarent, mox duplicatus numerus, stipendiaria jam Italia, & accedentibus provinciarum vectigalibus. Post lege Sullæ vi-ginti creati, supplendo Senatui, cui ille Dictator iudicia tradiderat. Prolixe haec omnia Tacitus *l. c.* His ergo ærarii potissimum cura demandata fuerat a populo. Ascon. Pædian. in *Verrin.* 2. p. 1839. Att. A. U. C. IDCCIX. ærarii administratio, jubente Ce-sare, a Quæstoribus ad Aediles translata. Dio Cass. 43. p. 237. Augustus, ubi ærarium militare insituerat, ejus curam demandabat viris prætoriis, quos pri-mum a Senatu lectos, deinde forte ductos, ac demum ab ipso Imperatore nominatos, constat. Suet. 35. Aug. 35. Quæstoribus porro curam ærarii Saturni reddidit Claudius. Suet. *Claud.* 24. Denique administratio ærarii jussu Neronis fuit penes Præfectos ærario (e) qui tamen etiam de cauissimis fiscalibus judicabant. Gell. 12. 24. Tacit. 13. 28. Jac. Guther. *de offic. Dom.* Aug.

(e) Quum vero ex lege Papia in ærarium, & paullo post in fiscum etiam influerent vicesimæ hereditatum: his administrandis præfuerunt PROCVRATORES XX. HEREDITATIVM, & PROMAGISTRI XX. HEREDITATIVM, quorum mentio fit in marmaribus apud Gruter. *Pos. 437. 7. 426. 5. 454. 8.*

*Aug. 3. 32.* Quin vero ab Augusti temporibus duplex esset ararium, *Saturni* alterum, ita dictum a templo Opis & Saturni, in quo custodiebatur, alterum *militare*, duo quoque erant Praefecti arario, vel diversa saltim officia, uni aliquando personae demandata. Exemplum suppeditat marinor apud Gruter. p. 1028. 5.

§. 12. Fisco praeerant Procuratores Advocati, Patreni fisci, quorum passim in jure nostro mentio fit. Sunt etiam PRÆFECTI FISCI GERM. CÆS. IMP. apud Grut. *Inscript.* p. 498. 10. A COMMENTARIIS FISCI ASIATICI, apud Reines. *Inscr.* 9. 33. PROCURATORES FISCI ASIATICI apud cumdem *Class.* 9. 60. Immo creare Nerva coepit Pratorum fiscalium, qui de rebus fiscalibus jus diceret, l. 2. §. 32. *D. de reg. jur.* Patrimonia Principum Procuratores Cæsarum administrabant. Denique postremis temporibus fisicum Comes sacrarum largitionum; patrimonium principis Comes rerum privatuarum administrabat, de quibus videndi Grutherius *de offic. Dom.* *Aug. 3. 1. 16. 25. 32.* & qui egregia multa hanc in tem collegit Gudlingius *Diss. de principe herede cap. 4.*

§. 13. Quicunque ergo res fiscales administrabant, excusari poterant a tutela, non tam quia bona eorum fisco obligata erant, ut plerisque videtur, quam quod privilegio se possent defendere. Hinc dicitur, *excusari eos posse* §. 1. *Inst. b. t.* eos *vacationem habere* l. 10. C. b. t. *privilegio defendi*, l. ult. C. qui dari non poss. Unde patet, non necessariam fuisse hanc excusationem, sed voluntariam. Thomas. *Not. ad Inst. b. t. p. 110.*

§. 14. Eadem de causta excusantur III. QUI CUM POTESTATE SUNT. Potestas vero diversimode accepitur ab antiquis. Nonnumquam magistratibus urbanis opponuntur potestates in provinciis, apud Suet. *Claud.* 23. *Jurisdictionem de fiduciis commissis quos annis, & tantum in urbe, delegari magistratis solitam, in perpetuum; atque etiam per proximatas potestatis demandauit.* Nonnumquam etiam in ipsa urbe a magistratibus se jugebantur potestates. In urbe enim carent;

rant, qui *jus dicere*, quamvis non essent magistratus ordinarii, veluti *Præfilius annona*, *præfilius vigilum*, quos magistratus ideo esse negat Pomponius, *I. 2. §. 33. D. de orig. jur.* etiam hi dicebantur habere potestatem. Porro potestas distinguitur aliquando ab imperio, adeoque tribuitur illis magistratibus, qui neque vocationem, neque prehensionem habebant, veluti *Quæstoribus*. Vid. infra *Lib. 4. tit. 6. §. 5.* Nulla harum significationum hic inventum locum. Cum potestate enim hic esse dicuntur, quicunque sunt cum imperio, id est, majores, vel majoribus auxiliis, & lege curiata creati. Gell. *Noſt. Att. 13. 14. l. 1. pr. D. si quis jus dicenti non obtemp.* Huber. *Praelett. ad Inst. l. 25. 4.* Unde ne *Aedilitas* quidem excusatbat. *l. 17. §. 4. D. b. r.* Nam *Aediles* nec coercere poterant, nec jubere in carcere duci, nec prehensionem habebant, sed ipsi in *jus vocabantur* Gell. *Noſt. Att. 13. 15.* Postremo tamen participes hujus beneficii generatim facti sunt *Senatores*, *l. 15. §. 3. h. r.* finno & *exhortis* tūr. *ad hanc*, id est, *Duumviri*. *l. 6. §. 16. h. r.*

**S. 15. De V. PAUPERTATE: VI. TRIUM TUTELARUM ONERE, ut & VII. IMPERITIA LITTERARUM nihil est, quod ex antiquitate monendum sit. At quum VIII. & PROFESSIO LIBERALIUM ARTIUM excusarit, hujus que fuerit Romæ conditio, ostendendum erit paulo accuratius.**

**S. 16. Grammatici**, quos initio LITTERATOS, vel LITTERATORES appellabam (f), serius Romæ docuerunt. Ludimagistris, qui primis litterarum elementis imbuebant pueros, semper quidem procul dubio usi fuerant Romani: sed ab his diversi grammatici erant, id est, poetarum interpretes. Suet. *L. c. Unde & in jure nostro a Judi litterarii magistris discernuntur*, *l. 1. pr. & §. 6. D. de extraord. cognit.*

Gram-

(f) Teste Suet. *De Illust. Gramm.* 4. ubi erudita sunt, que adnotavit H. Casaub. *p. m. 731.*

Grammaticam olim Romæ ne in usu quidem, nedum in honore fuisse, rudi scilicet ac bellicosa tuu civitate, docet Sueton. *de Illust. Gramm.* I. ex quo etiam discimus, mediocre ejus existisse initium, profitentibus eam artem non nisi semigræcis, immo & libertinæ conditionis hominibus. Sane L. TITINIUS L. AMASON GRAMMATICVS memoratur apud Reinef. *Insfr. Class.* I. 228. p. 216. M. L. FORTVNTVS GRAMM. apud Gruter. *Insfr.* p. 1035. 6. ut alia jam exempla prætermittam, quæ & ipse Suetonius suggesterit. Primus hoc studium in urbem intulerat Crates Malleotes, qui missus ad Senatum ab Attalo Rege, inter secundum & tertium bellum Punicum, quum fracto cruce decumberet, adsidue disserendo, Rōmana ingenia excitavit. Sequuti cum sunt alii, præcipue post Q. Metelli tempora, post quæ adeo sensim crevit grammatices honor, ut ne clarissimi quidem viri ab ea se abstinerent & aliquando super viginti celebres scholæ in urbe florarent. Suet. *de illust. Gramm.* 3 Sed plerique docebant privatum, aut certe magno virorum illustrium ære conducti. Primum centena in annum festertia accepit Verrius Flaccus sub Augusto, & Tiberio. Suet. *de Gramm.* 17. Postea sensim invaluit, ut & Grammatici publicis invitati stipendiis docerent. El. Spartian. *Vir. Hadr.* 17. adeo ut stipendium eorum ordinarium temporibus Luciani essent proprie*ter* specie*bus* id est, festertia quadraginta, aurei quadrangenti, vel mille coronati monetæ Belgicæ. Gronov. *de pecun.* ver. 54. cap. 11. p. 729. Immo & annona iis quotannis caput distribui, quam aliquoties iis diminutum restitutumque esse, patet ex Symmach. *Ep.* I. 33. Cæsiudor. *Ep.* 9. 21. ut & I. 11. C. Theod. *de Medic. & Professor.* Lib. 13. Tit. 3.

§. 17. Serius multo, immo & difficilius Romæ recepti sunt rhetores, quippe quos anno U. C. I<sup>o</sup>xcii. C. Fannio Strabone, & M. Valerio Messala Coll. SCo; deinde anno U. C. I<sup>o</sup>cxi. a C. Domitio Ahenobarbo, & L. Licinio Crasso censorio edito, urbe expulsose esse constat. Suet. *de clar. Rhet.* I. Postea & rhetoricam privatim docere coepertunt plures, quorum aliquot recenset Sueton. *de clar. Rhet.* 3. seq. Primus,

ut

ut discrete notat Euseb. in *Chron.* n. 2104. publice Romæ docuit, salariumque e fisco accepit Quintilia-nus, idque sub Domitiano. At jam Vespasianum Latinis, Græcisque rhetoribus annua centena, id est, aureos mille e fisco constituisse, tradit Sueton. *Vesp.* 18. Postiores Imperatores ea in re modo liberaliores, modo tenaciores fuerunt. Sub Marco enim rhe-torum stipendum fuere drachmarum decem millia, Lucian. *Eunuch.* p. 161. T. 4. id est, aurei 333. & regales IV. ceu rationes init Theod. Marci. ad *Suet. Vesp.* cap. 18. vel 400. uti Gronovius. Tatianus, qui sub Commodo floruit, sexcentos aureos philosophis scribit datos, ex quo & salaria rhetorum sexcen-torum aureorum fuisse videntur Theod. Marci. ad *Suet. Vesp.* l. c. Immo Eumenius rhetor liberalitate Prin-cipis salarium sexcentorum millium nummum sese ac-cipere gloriatur, in *Orat. pro restavr. schol.* 11. qui ex Gronovii calculo coacervant 45. millia florenorum Hollandicorum.

§. 18. Eadem pene Romæ philosophorum sata fue-runt. II quoque cum Rhetoribus pulsí A. U. C. 592. Idem siue factum, cum ante tempore Catonis, tum etiam sub Domitiano, Suet. *Domit.* c. 10. sub quo Epicetus quoque Roma excedere jussus est. Interē tamen semper privatum floruit philosophiae stu-dium. Primus philosophis stipendia & honores con-cessit Antoninus Pius. Jul. Capitol. *Vit. Anton.* 11. (Herodian. *Histor.* 1. 2. ), ut & post eum D. Mar-cus, qui, uti ipse serio philosophabatur, ita omnis generis doctoribus annuam mercede constituebat. Xiphilin. 71. p. 815. Hoc quoque salarium annum or-dinarie 600. aureorum fuisse, ex Tatiano colligimus eum Casaub. *Not. ad Sueton. Vesp.* c. 18. At nonnullis tamen minus datum est. Luciani enim tempore sin-gula philosophorum genera acceperunt decem millia drachmarum; id est, 400. aureos, Lucian. *Eunuch.* p. 161. Tomo 4. Tantundem datum fuit Theodo-ro Sophistæ apud Philostr. *Vit. Sophist.* lib. 2. c. 2. p. 566. edit. Olear. Tantundem destinatum etiam Christo, apud euindem lib. 2. cap. 11. §. 1. p. 591.

§. 19. Medicina Romæ sero coli, & in aliquo pre-

tio haberet cœpit. Servos ac libertos artem hanc fecisse, negat quidem Carolus Sponius dans les recherches d'antiquité dissert. 27. sed eum artis sue anno te falli, satis patet ex Sueton. Calig. 8. Quinctil. Inst. 7. 2. Senec. de Benef. 3. 24. Varr. de re rust. I. 16. Ipsi lapides nobis plura exempla servant. Apud Renesium Inscr. Class. 11. 8. est Q. CLODIVS, Q. L. NIGER, MEDICVS OCVLARIS. Apud Grut. p. 1111. 6. Fabret. Inscr. c. 2. p. 300. Spon. Misc. Errad. Ant. p. 143. & Malvas. Marm. Felsin. pag. 219. TIBERIVS (ILLVSTRIVS) TI. CAES. AVG. SER. CELADIANVS MEDICVS OCVLARIUS. Alia marinera, quæ Gruterianus Index in titulo: officia domus augustae & private, facile unicuique suggestet, hinc prætermittimus. Immo & servas & libertas facili se medicinam, patet ex marmoribus apud Grut. Inscr. p. 636. ubi occurrit IVLIA Q. L. SABINA MEDICA, MINVRIA. C. L. ASTE, MEDICA, SENTIA ELIS, MEDICA. Tales etiam erant obstetrices, quæ medicamenta dare solebant, l. 9. pr. D. ad L. Squal. veluti SVAVITAS, L. AGREPINÆ, OBSTETRIX, apud Gruter. Inscr. p. 636. 4. Ceterum primus medicos civitate donavit Julius Cæsar. Suet. Jul. 42. Augustus vero Antonii Musæ, liberti, opera & gravi ac periculoſo morbo restitutus, Musæ jus aureorum anolorum, universo medicorum ordini immunitatem dedit. Dio Cass. 52. p. 517. Hinc multis Vespasiani, Hadriani, aliorumque rescriptis firmatum est illud privilegium l. ult. §. 30. D. de mun. & bon. Postea quin nimis multi medicinam professi immunitate fruarentur, certum definiri numerum placuit. l. 6. §. 2. D. de excusat. Alexander potto medicis annam addidit. Lamprid. Alex. 42. Posteriores vero Imperatores eorum imminutatem auxerunt plurimis constitutionibus, quæ exstant in C. Theod. tit. de medic. & profess. Briffon. Ant. Sel. 2. 3. qui etiam sequente capite ostendit χαρηπης simul fuisse plerosque medicos. Hinc & vulnerariis, vel vulnerum medici vocantur. Plin. Hist. Nat. 29. 1. nec non medici chirurgi in Marmore hoc apud Manut. Orthog. 243.

CARESTAE. CONSERVAE. ET. CONIVGI.  
GELADIUS. ANTINOVS. DRVSI. MEDICVS.  
CHIRYRG.  
BENE. MERENTI. FECIT. EA. VIXIT. ANN.  
XVII.

Apud Grut. *Inscr.* p. 400. 7. laudatur MEDICVS.  
CLINICVS. CHIRVRGVIS. OCVLARIUS. Ce-  
lebres etiam fuere *jatraliptæ*, seu medici unguen-  
tarii, de quibus Plin. *Hist. Nat.* 29. 1. (Add. Ägi<sup>1</sup>.  
Mcnag. *Amanit.* iur. civ. c. 35. & V. C. Lampi  
*Dissert. de privil. medicorum* c. 1. Barn. Brisson. *de*  
*verb. signif.* p. 810. edit. nov.)

§. 20. Jurisprudentiæ studium Romæ semper flo-  
ravit. Primus tamen illud publice professus est Tib-  
erius Coruncanius. l. 2. §. 35. D. de orig. iur. Quem  
deinde alii sequuti sunt, qui vero, ut Cicero ait in  
*Bruto* 41. nullum sibi ad eam rem tempus ipse sepon-  
ebant, sed eodem tempore & discentibus satisfacebant.  
Sic verbi gr. Q. Scaevola, quamquam nemini se do-  
cendum dabat, tamen consulentibus respondendo, stu-  
diosos audiendi docebat. Cic. *Brut.* 89. Vid. supra  
*Proœm.* n. 42. 43. Neque tamen certi quidam, atque  
ordinarii erant juris professores, sed, ut quisque stu-  
diorum suorum habebat fiduciam, ita consulentibus  
atque ac discentibus, se videtur dedisse. Postremo &  
jureconsulti publice, certo stipendio conducti, Romæ  
docere coeperunt, eaque schola juridica Romana, in  
occidente una, tam frequens fuit, ut ex omni oc-  
cidente eo juvenes confluenter. Sic Rutil. *Numat. in*  
*ninerar.* Lib. I. v. 109.

*Facundus juventis, Gallorum nuper ab arvis  
Missus, Romani discere jura fori.*

Constantius in *vita S. Germani* Cap. 3. Us in eum  
professio litterarum plena confluveret, post auditoria  
Gallicana intra urbem Romanam JURIS scientiam pleni-  
tudini perfectionis adjecit. Plura de hac schola Roma-  
na juridica dabunt Jo. Savato ad *Sidon.* Apollin. Ep.  
I. 6. ubi Sidonius Romanum domicilium legum vocat,

Franc. Juret. ad Symmoc. Epist. 9. 83. & Dadin. Al-  
teserra Rer. Aquit. 3. 5.

§. 21. Florentissima ergo Roma fuit schola, in auditorio Capitolino, in qua Theodosii, & Valentinianni ævo docuerunt Rethores Latini tres, Grammatici Latini decem, Sophistæ Græci quinque, Grammatici Græci decem, Philosophus unus, juriū professores duo. Couring. Antiqu. Acad. Dissert. I. pa-  
gina 22.

§. 22. In provinciis quoque floruerunt scholæ, Au-  
gustoduni, Burdegalæ, Tholosæ, Narbonæ, Medioli-  
ni, Carthagine, & in plerisque civitatibus honoratio-  
ribus, in quibus tamen non nisi rhetores, & gram-  
matici utriusque linguae docuisse videntur. Couring.  
I. c. pag. 16. sequ. In oriente alia quoddammodo fuit  
scholarum conditio. Alexandriæ enim jam inde ab An-  
toninorum ætate floruit schola ~~parvissim~~, id est,  
medicorum tantæ celebritatis, ut ad commendationem  
medici illud satis esse videretur, si fuisset Alexandriæ  
aliquamdiu coinnoratus. Annian. Marcellin. His. 22.  
16. Couring. Medicis. Hermet. 9. Beryti vero & Con-  
stantinopoli etiam jus civile traditum. Et Beryti qui-  
dem jam saeculo tertio exente studia juridica florue-  
runt, I. I. C. qui etas, vel profess. se excus. eamde-  
que scholam eodem saeculo medio, observante Menz-  
gio Amant. jur. 24. magnopere celebravit Gregor.  
Thaumaturg. Paneg. Origen. p. 186. Tanta sane hujus  
scholæ fuit celebritas, ut eam ~~universitas~~ rōmānū, ma-  
estrem legum adpellare non dubitet Eunap. vit. Proæref.  
p. 150. τὸ ἔστιν Χαράτος, Graiarum sedem Joannæ in  
Anthol. Lib. 1. cap. 63. Epigr. 29. τὸ δὲ σουαικού-  
πας, ἡ τὰς νόμου τέταρτη πασδελεῖγος civitatem plane  
Romanam, & legum Romanarum Gymnasium, Grego-  
rius Thaumaturg. I. c. διατάξεις ἀποθεωτικού, juris  
domicilium & urbem jureconsultorum, Non. in Dis-  
cysis. lib. 41. v. 145. Legum denique nutricem Ju-  
stinianus Constat. omnem §. 7. ad Antecess. Beryto  
vocari consueisse juris peritos, qui adfiderent magi-  
stris, ut sine favore & odio cognoscerent, ex ve-  
rete chirographo observat Jac. Gothofred. ad I. I. C.  
Theod. de adfess. domest. Docebant ibi Antecessores  
qua-

quatuor, ceu ex d. *Conf. omnem*, ad *Antecessores* colligit Menag. *Aman. Jur. Cap. 24. p. 134.* Sed urbs, quæ in jure nostro pulcherrima & splendidissima, immo metropolis vocatur, paullo post Justiniani tempora terra motu eversa est. *Agath. 2. p. 285.* Quam ruinam epigrammate non uno defteri vides in *Anthol. I. 68. Epigr. 19. & sequ.* Constantinopoli juris professores duos reliquis addidit Theodosius, philosophis vero doctorem adjecit Justinianus, ut adeo schola Constantinopolitana Rome illi per omnia fuit similis. *Conting. Antiq. Acad. Diss. 1. p. 21. sequ.* Aliibi, quam Romæ, Constantinopoli & Beryti jus Romanum doceri, & maxime Alexandrinos & Cæsarienses antecessores juris habere, vetuerat Justinianus. *Conf. Omnem. §. 7. ad Antecessores.* Ea tamen paullo post sc legalium studiorum causa Alexandriae commotatum esse, testatur Agathias *lib. 2. p. 48.*

§. 23. Omnes ergo Grammatici, rhetores & medici Romæ docentes, aut in patria has artes exercentes, qui intra numerum erant, a tutela & cura habebant vacationem §. 14. *Inst. b. t. l. 6. §. 1. D. h. t. & tit. C. de profess. & medic.* Iisdem & philosophi accensentur, l. 6. §. 5. D. h. t. nec non jure consulti Romæ docentes. l. 6. §. 12. *D. cod.* immo omnes ubique artium professores. l. 6. *C. de profess. & med.* Minus vero eo privilegio gaudebant hydraulæ, poetæ, aliquique, quibus nullis in scholis publicis erat locus. *Vinn. Comm. ad §. 16. Inst. b. 2 p. 139.* (multo minus mechanici & ludorum magistri, qui a professoribus diserte discernuntur. l. 1. pr. & §. 6. *D. de extraord. cognit.*)

## TITULUS XXVI.

*De suspectis curoribus, vel curatoribus.*

§. 1. *Suspecti crimen e 12. Tabulis.* §. 2. *Quinam suspecti fieri posuerint?* *Quinam postulare?* §. 3. *Suspectis interdicetur administrassione.* *Eorumdem remoto & infamia.* §. 4. *Pena tutorum quorundam extraordinaria.* §. 5. *Allio de distractis rationibus.*

**N**ON solum excusari, sed & removeri a tutela & curatione nonnulli poterant, si vel dolose, vel segniter pupillorum, minorumque res administrare & curare dicerentur, vel ulla malæ fidei in eos caderet suspicio. Tales dicebantur **SUSPECTI**, & de his ad hunc titulum agendum.

§. 1. **SUSPECTI** crimen ex lege 12. Tabularum descendere, ipse agnoscit Imperator princ. *Inst. b. t. ue & Ulpianus l. 1. §. 2. D. de susp. sus.* nec obsecare id testatur Cic. *de offic. 3. 13.* In iis tabulis ex Jac. Gothofredi sententia, cautum fuerat: **SI TUTOR DOLO MALO GERIT VITUPERATO, QUANDOQUE FINITA VTELA ESCIT, FVRTVM DVPLIONE LVITO.** Quanvis vero *suspecti* vocabulum in hac lege, si ita concepta fuit, non occurrat: præcipue tamen veteribus *suspicio* esse dicebatur, ubi dolus malus videbatur metuendus. Hinc Terentius *Eunuch. 3. 3.*

- - - - *Jam tum erat suspicio,*  
*Dolo malo hac fieri omisa.*

Quum ergo de eo tute in lege ageretur, qui minus ex fide tutelam gereret: jureconsulti eum vocarunt **SUSPECTUM**, quemadmodum & actionem ipsam *crimen suspecti* (z) appellabant. *princ. Inst. b. t.*

*Quam-*

---

(z) Crimen hic est idem ac accusatio, quare & Theophilus *zatwy: ejus* vertit. Vid. Brisson. *de Verb. sign. voce crimen p. 276.*

Quamvis autem ex 12. Tabulis sit hoc crimen: Decemviri tamen illud, sicut & alia iura, ab Atheniensibus acceperant, apud quos nota erat *in iuris potestis pueris*, quam cuivis instituere licebat adversus tutorem, qui pupillum ulla adfecerat injuria. Jul. Pollux Lib. 8. cap. 6. Seg. 35.

§. 2. Suspecti postulari poterant omnes tutores, sive dati ex lege Atilia, sive testamentarii, sive legitimi. l. 1. §. 5. D. b. t. Immo & patroni huic iudicio erant obnoxii, ita tamen, ut eorum famae patceretur. l. 1. §. 5. D. §. 2. Inst. b. t. l. 9. D. de obseq. par. & patr. id quod etiam in adgnatis observari, ipsius pupilli videbatur interesse: unde & his potius curator adjungi solebat. l. 9. D. b. t. Præterea & omnes postulare suspectos poterant promiscue, unde & quasi publica erat haec accusatio. §. 3. Inst. b. t. l. 1. §. 6. D. b. t. Quamvis enim vere publicum non esset hoc iudicium, quum caussa ne quidem criminalis haberetur, et hinc apud magistratus qui jurisdictione tantum gaudebant, e. g. apud Prætorem institueretur: in multis tamen imitabatur iudicia publica. Præterquam enim quod cuivis e populo accusandi jus esset, vocabula etiam ejus modi adhibebantur, quorum alias in publicis tantum iudiciis erat usus, ut puta, *crimen*, *accusatio*, quæ omnia rati<sup>o</sup> a<sup>m</sup>on*y*as in hac caussa usurpantur, Huber. Prælett. ad Inst. 1. 26.

§. 3. Suspectis hac actione factis, primo omni administratione tutelæ interdicens, & interim dabatur curator. l. 7. C. b. t. Deinde, si eos vel dolo malo, vel culpa sua, parum diligenter tutelam gesisse, adpareret, removebantur; ab eaque interdictione & pena nec promissa fatidatio liberabat. §. 12. Inst. b. t. Præterea & infans erat tutor, quotiescumque deli, culpreve latre fuerat convictus. §. 6. eod. Commune id hoc iudicium habet cum omnibus reliquis, quæ occasione tutelæ oriuntur, veluti actionibus tutelle, &c de distractib<sup>o</sup>nibus rationibus. Hinc turpe tutelle iudicium memorat Cicero de Orat. I. 26. & pro A. Cacina 3. Idem pro L. Roscio Comædo 6. Si que sunt pri-

privata judicia summe existimationis, & pene dicam  
capitis, tria haec sunt, fiducia, tutela, societas.  
Aque enim perfidiosam & nefariorum est, fidem fran-  
gere, quæ consumat vitam, & pupillum fraudare, qui  
in tutelam pervenit: & factum fallere, qui se in ne-  
gotio conjunxit.

§. 4. Nonnunquam etiam, si dolum insignem, alii-  
que delicta intervenisse, adpareret, tutores tum nefarii  
ad praefectos urbi remittebantur, extra ordinem pu-  
niendi: §. 10. Inst. b. 1. maxime si libertus tutor fi-  
lios, vel nepotes patroni fraudasset. §. 11. eod. Quin  
enim merum in urbe imperium non esset penes Pra-  
tores, sed penes Praefectum urbi, cuius erat, ani-  
madvertere in crimina, quæ intra urbem, vel centesi-  
mum milliare extra eam, committerentur: Tacit. An-  
nal. 6. 11. Dio Cass. 52. p. 480. Suet. Aug. 37. l.  
1. princ. §. 3. 4. 10. D. de offic. præf. urb. oportebat  
eminio pretorem reos animadversione, vel supplicio  
dignos ad Praefectum urbi remittere. Quia remissione  
opus non erat in provinciis (a) ubi Procoff. & Pra-  
fides & jurisdictione, & imperio mero gaudebant.  
Insigne hujus severitatis exemplum statuit Galba, Lu-  
sitanie præses, qui tutorem, quod pupillum, cui sub-  
stitutus erat, necasset, in crux sustulit, & quem  
se civem esse clamaret, ei crux dealbatam, & ce-  
teris altiore statui jussit. Sueton. Galb. 9.

§. 5. Ceterum ab hoc judicio diversa erat actio de  
disfrabendis rationibus, quæ finita demum tutela con-  
tra tutorem, qui furtum aliquid subraxerat, dabatur  
in duplum, l. 55. §. 1. D. de adm. & peric. tut.  
quo pertinent ultima legis 12. Tabularum verba:  
QUANDOQUE FINITA TUTELA ESCIT, FVR-  
TVM DVPLIONE LVITO. Sed de ea actione facis  
mul-

(a) Præterquam si quid contingere in municipio. Tunc  
enim ea juris municipalis ratio erat, ut reus mortis ad  
præsidem remitteretur. Et ita locum Joannis 18. 31. ex-  
pliicit Huber. dissent. 1. 3. sequ.

multa notant doctores, nihil ut a nobis jam addendum videatur.

## A D P E N D I X

De jure antiquo civium Romanorum latinorum,  
Italæ, Provinciarum, nec non condicione  
peregrinorum.

§. 1. In Romano imperio alii erant cives, alii Latinæ, alii Italici, alii provinciales. §. 2. Peregrini qui fuerint?

**L**iber primus institutionum totus agit de divisionibus personarum, ratione status. Quum vero personarum status maxime triplex in jure Romano tradetur, LIBERTATIS puta, CIVITATIS, & FAMILIÆ: Tribonianus non nisi eas attulit divisiones personarum, quæ ad libertatis, familieque statum pertinere videbantur. De civitatis statu nihil disseruit, forsitan, quod ea, quæ hoc pertinuerint, iuris tantum non omnia everterat Antonini Caracallæ constitutio, de jure civitatis cum omnibus orbis Romanorum incolis communicando l. 17. *D. de statu hom.* Ait quamvis excusari mereatur Tribonianus: nos tamen forsitan non æque videtur excusandi, si tam præclarum antiquitatum Romanarum partem, quæ tot juris nostri, veteriusque auctorum locis tam egregiam lucem accedit, intactam plane prætermittetemus. Juvabit itaque post Car. Siganii, Ez. Spanhemii, aliquisque luculentissimas commentationes (*b*) ea de JURE CIVIUM ROMANORUM, LATINORUM, ITA-

(*b*) Haud pauci de hac re egregios ediderunt commentarios. Caroli Siganii, & Ez. Spanhemii eterna atque eximia opera nemini ignota sunt. His addendi Alex. ab Alex. Gracial. Dier. 4. 10. Onuphr. Panvin. de Imp. Rom. 5. Sel.

ITALORUM, PROVINCIALIUM, deque statu & conditione PEREGRINORUM, hic conjunctim exhibere, quae ad illustrandum jus Romanum quam maxime facere videbuntur.

§. 1. Ex quo Roma initio per Latium, tum per Italiam, ac denique per universum pene terrarum orbem arma victoria circumulit: quadripartita esse cepit hominum huic imperio subjectorum differentia. Alio enim jure CIVES, alio LATINI, alio ITALICI, alio denique PROVINCIALES utebantur. Prior res tres gradus conjungit Claudius Imp. apud Tacit. Annal. II. *Omnia P. C. que nunc verissima creduntur, nova fuere: plebeii magistratus post patricios, LATINI post plebejos, ceterarum ITALIAE gentium post Latinos.* Habes hic CIVES, ex quibus patricii, & plebeii magistratus creati: habes LATINOS, & ITALICOS ita conjunctos, ut intelligas, *civitatem jure Latii, hoc jure Italico praestitisse.* Omnia postremæ conditionis erant PROVINCIALES, quos ideo Italici postponit Suet. Vesp. 9. *Ordines exhaustus supplevit, honestissimo quoque ITALICORUM, ac PROVINCIALIUM adlegio.*

§. 2. Quicumque civitatis jure non fruebantur, ii veteribus HOSTES, & paullo post, inflexa in determinius hujus vocabuli significatione PEREGRINI vocabantur. Cic. de offic. I. 12. Festus voce hostis p. 297.

## C A P. I.

### *De Jure Quiritium, & Civitatis.*

§. 3. Olim omnes, qui Romam contingravissent, promiscue cives facti. §. 4. Postea & aliis, qui in oppidis suis manebant, jus civitatis datum. Unde cives ingenni, alii municipes. §. 5. Municipum duplex

---

¶. Selden. de Syntdr. 2. p. 62. Henr. Dodvvel. *Prædicti Cambden.* p. 194. Petr. Ios. Cantelius de Rom. p. 108. & alii.

plex erat patria, sed Roma tamen patria major. §. 6. Hinc porro civitate donati etiam Latini quidam, sed non eodem jure. §. 7. Qui in latinis civitatibus magistratus siebant ei es. §. 8. Civitatem quoque imperabant Latini, si stirpem domi reliquissent, aut aliquem accusassent repetundarum. §. 9. Civitas cum omnibus Latinis, & Italos communicata legibus Justitia, & Ploria. §. 10. Paullo post & Gallis & Salpinis civitas data. §. 11. Ut & aliis quibusdam gentibus. §. 12. Augustus parce civitatem, sed quibusdam tamen dedit. §. 13. Liberalior ea in re Claudius. §. 14. Quibusnam Nero, Galba, Otho, Vitellius, & Vespasiani civitatem dederint? §. 15. Trajeni, & Hadriani in danda civitate liberalitas. An Hadrianus auctor constitutionis, qua civitas cum orbe Romano communicata? §. 16. An ea Constitutione tribuenda Antonino Imperatori? §. 17. An eam Marcus Imp. ediderit? §. 18. An ea tribui possit Commodo, Pertinaci, Juliano, Pescennio, Severo? §. 19. Verus auctor est Caracalla. §. 20. Constitutione ea ad ingenuos, non item ad libertinos pertinuit. §. 21. Ast cum his quoque civitatem communicavit Justinianus. §. 22. Jura civitatis sensim ceperere incrementa. §. 23. Aliud fuit jus Quirinum, aliud ius civitatis. §. 24. Quae jura utrumque complexum sit? §. 25. Cives Romani erant a potestate dominica. §. 26. Liberi quoque a dominatu tyrannorum. §. 27. Liberi a licentia magistratum. §. 28. Remedia adversus magistratum insolentiam. §. 29. Tribunorum plebis auxilium. §. 30. Libertas civium Rom. a sexiis creditorum. §. 31. Libertas suffragandi data per leges tabellarias. §. 32. Jus gentilitatis. §. 33. Jus connubiorum inter solos cives, nec omnes tamen promiscue fuit. §. 34. Cum peregrinis & barbaris nullum connubium. §. 35. Lex Papia Poppaea de connubio Senatorum cum libertinis. §. 36. Libertinas ducere olim non licuit: at permisit lex Papia Poppaea. §. 37. An eadem lex Papia prohibuerit nuptias sexagenariorum, & quinquagenariorum? §. 38. Concubinatus origo? §. 39. Quae concubine esse putuerint? §. 40. An & ingenuae honestae?

§. 41.

§. 41. *Quinam concubinas adscriverint?* §. 42. *Fuerē concubine similes uxoribus ad morganaticam.* §. 43. *Quando legibus interdicitus concubinatus?* Tom. IV. hujusce Edit. §. 44. *Leges Romuli & XII. Tabularum de divortiis.* §. 45. *Divortiorum origo, & frequentia sequiore aevi.* §. 46. *Eisam uxoribus licuit a viris divertere.* §. 47. *Solemnitates in divortiis olim observatae.* §. 48. *Ritus sequiore aevi usitati.* §. 49. *Quid repudium?* §. 50. *Jus Patrionum, legiti- ni dominii, testamenti, hereditatis, usucaptionis.* §. 51. *Jus census.* §. 52. *Censu etiam jus civitatis adquiri potuit.* §. 53. *Census Romæ, professio in provinciis.* §. 54. *Quid lustrum?* §. 55. *Pana in- censorum.* §. 56. *Jus militiae antiquum.* §. 57. *Quid in his mutationib. sub Imperatoribus?* §. 58. *Jus tri- butorum.* §. 59. *Jus velligalium, qualia erant por- toria.* §. 60. *Decuma, & scriptura.* §. 61. *Anno- ne salary.* §. 62. *Vicesima.* §. 63. *Nova volugali- lia ab Imperatoribus inventa.* §. 64. *Jus suffragiorum.* §. 65. *Illud sub Imperator. mutationem.* §. 66. *Jus honorum, & quidem sacerdotiorum.* §. 67. *Et magistratum.* §. 68. *Quomodo sacerdotes adlecti sub Imperatoribus?* §. 69. *Quomodo creati magistratus?* §. 70. *Jus sacerorum, tum publicorum.* §. 71. *Tum privatorum.* §. 72. *Civitatum duarum, vel plurimis ciuis nemo esse poterat.* §. 73. *Civitatem invisa nemo amitterebat.*

§. 3. Ac primo quidem, quum nova urbs non admodum adflueret civibus, promiscue iura civitatis im- petrabant, quicunque, vel in urbe, vel in agro Ro- mano Lares figere constituerant. Liv. 1. 8. Immo tan- tum erat Romuli studium amplificandi civitatem, ut & hostes devictos plerumque in urbem transferret, a- groque adsignato, in curias adscriberet. Hunc in mo- dum civitatis iura communicavit cum Cæninenibus, Camerinis, Antemiatibus, Crustuminiis, ac postremo etiam cum Sabinis. Dionys. Halic. Antiquit. Rom. 2. p. 103. & 111. Liv. 1. 13. Unde Claudio apud Tacit. Annal. II. 24. At conditor noster, Romulus, tantum sapientia voluit, ut plerosque populos eodem die basiter, desse

dein cives habuerit. Sequuti sunt hoc exemplum certi Reges, qui Albanos, aliosque populos devictos Romanum transulerunt, ac civitatis fecerunt participes. Liv. 1. 29. 33. Qua de re Cicero pro Cornel. Balbo 31. Illud vero sine omni dubitatione maxime nostrum fundavit imperium, & populi Romani nomen auxit, quod princeps ille, creator hujus urbis, Romulus, fadere Sabino docuit, etiam hostibus recipiendis augeri civitatem oportere. Sic initio, ut recte observat Dionysius 4. p. 256. οὐταν τοῦ ξένου ἐπιτίθεται τὸν πόλεμον πορίχεν, quoslibet exterorū admittēbant ad ius ciuitatis, ne iis quidem exclusis, qui e justa servitute fuerant inanumissi. Hos enim omnes e Ser. Tullii instituto cives Romanos factos, & in quatuor urbanas ciuitum Romanorum tribus descriptos esse, ex eodem adsparet Dionysio. Non segnius aliquandiu, libera jam republica, providerunt Romani, ut ciuitatis iura cum ampliorimis communicarentur, maxime post captam & incensam a Gallis urbein, quam ut tanto splendidius instaurarent, novos & peregrinos cives adseiverunt ex Vejentibus, Capenatibus, & Faliscis, iisque agri partem adsignarunt, teste Livio 6. 4. Et sane prudenter id provisum a Romanis. Quoniam enim Romanae reipublicae salus in armorum vi posita videretur, que nulla esse poterat sine numero civium multitudine, merito de augendo ciuitatis numero quam maxime fure solliciti, ut luculenter ostendit Dionys. Halicarn. 2. p. 89. & 3. p. 148.

§ 4. Postea factum est, ut prætor eos, qui dominium in urbe, vel agro Romano constituerant, quive in urbanas, vel rusticas tribus fuerant descripti, etiam peregrinis aliorum oppidorum, & qui in iis remanebant, incolis, aut viatis etiam, nec tamen in urbem abductis hostibus, modo singulis, modo univer-  
sis, jus Romanæ civitatis Senatus, populiisque judicio atque auctoritate defterretur. Sic Dionysius Halic. 2. p.  
§ 9. observat, Romanos captas urbes non exscidisse, sed in alios misisse colonos, *etiam si à torveis vita  
siderum, aliis civitatem dedisse*. Quo pertinent etiam illa Livii 26. 24. Jam inde a majoribus traditum memorem colendè socios, ex quibus alios in civitatem, as-

que eorum secum jus receperissent. Quicumque ergo adepti Romanæ civitatis jura in oppidis suis inanebant, ii MUNICIPES dicebantur. Simil ac vero Romæ fortunatum suarum sedem collocabant, CIVES INGENUI erant, ceu eos vocat Cicero in *Bruto Cap. 75.* Sic M. Porcius Cato, quandiu Tusculi est commemoratus, municeps fuit: ubi Romanam commigravit, civis Romanus, quamvis jam ante jure civitatis Romanæ etiam in municipio suo frueretur. Sicut de antiquo jure civ. Rom. I. I. p. 16. Ex quo patet, alios fuile cives INGENUOS, vel optimo jure cives, alios MUNICIPES. Illi Rome domicilium, tribum, & honorum petitionem fuerant consequuti: hi, tametsi tribum, atque honorum petitionem adepti essent, tamen domicilio carebant.

§. 5. Illi (tametsi alias civis Romanus plurimum civitatum civis esse haud posset) tum in municipio suo, tum Romæ magistratus recte gerebant, ideo quod non tam duarum diversarum civitatum, eti aliquia inter eas privati juris esset varietas, quam unius, cives converserunt. Ez. Spanheim. Orb. Rom. Exerc. I. Cap. 6. p. 35. seq. Duplex ergo municipibus erat patria: altera, in qui nati; altera, qua excepti erant, quamvis hac veluti major esset, & illa in hac contineri videretur, ut præclare ostendit Cicero de Leg. 2. 2. quem locum totum adscribere sicebit. Interrogaverat Atticus, cur Cicero Arpinum germanam patriam suam adpellari? Cui Cicero: Ego mehercule & Catoni, & omnibus municipibus duxi esse censeo patrias: unam NATURÆ, alteram CIVITATIS: ut ille Cato, quamvis esset Tusculi natus, in populi Rom. civitatem suscepimus est. Itaque quem oriu Tusculanus esset, civitas Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris. Et quibusdam interjectis: Sic nos & eam patriam duximus, ubi nati, & illam, qua excepti sumus. Sed necesse est, caritate eam prestatre, qua resp. nomen universæ civitatis est: pro qua mori, & cui nos tuos dedere, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. Dulcis autem non multo fecus est, que genuit, quam illa, que excepit. Itaque hanc meam esse patriam, prorsus numquam negabo, dum illa sit MAJOR,

JOR, & hec in ea continetur. Hinc saepe siebat, ut unus, idemque & Romæ, & in municipio suo summos honores gerret. Ita Milo, dum jam Romæ consulatum petebat, Dictator erat Lanuvii in patria naturali. Cicero pro Milone 37. Et Ciceronis filius Ædilis apud municipes suos. Arpinates patris voluntate factus est, teste eodem Cicerone Epist. ad Fam. 13. 11. Immo ipse Hadrianus jam Imperator veteri ritu in patria sua Quinquennalem se creari passus est. Spartian. vir. Hadr. 20. Inter municipes tamen, & cives ingenuos aliquam fuisse privati juris varietatem, paullo post docebimus.

9. 6. Postea, ubi major paullatim dignatio Romanae civitatis esse coepit, jus civitatis parcus datum, & vix cum quibusdam Laciis populis vel ad augendam rem Romanam, vel honoris caussi communicatum est. Liv. 8. 13. & 14. Ejus beneficij Lacinorum populis, ac Hernicis dati primus auctor Sp. Cassius, tertium Consul circa annum U. C. 268. Dionys. Hal. 8. p. 538. seq. Ast quum consul ille popularis, & de affectata tyrannide suspectus, tam late hoc populi Romani beneficium interpretaretur, ut Latinis, & Hernicis cum jure civitatis etiam jus suffragii datum contenteret; solebant deinde Romani jus civitatis ita dare, ut pro diverso sociorum in populum Romanum studio, modo jus suffragii simul concederent, modo illud disertis verbis exciperent. Primi sine jure suffragii civitatem accepérunt Cærites (c) Strabo Geogr. 5. p. 222. Gell. Nott. Att. 16. 13. Mox & Campanis equitibus, Fundanis, & Formianis eadem lege data civitatis jura. Liv. 8. 14. nec non Acerranis, Liv. 8. 17. Anagninis, Liv. 9. 43. aliisque pluribus, de quibus

ac-

(c) Inde factum, ut censores eos, quos suffragii iure privabant, in Cærium tabulai reserre dicerentur. Gell. 1. 6. Alcon. Pædian. in Cicer. Divinat. pag. 1759. De his intelligendus Horatius Epist. 1. 6. v. 62.

— — — Cærise cera

Digital, remigium vitiōsum Iibacensis Ulyssis,

250  
accurate Ez. Spanheim. *Orb. Rom. Exerc.* I. cap. 7. p.  
39. Contra ea Lanuvini, Aricini, Nomentani, Pedani, aliquie in civitatem ita accepti sunt, ut & jure  
ferendi suffragii, & capiendi in urbe munericis gaude-  
rent: unde & ejusmodi oppida veluti *\*xv\** *\*xi\** *MU-*  
*NICIPIA*, dicta, ut docet Ulpian. l. 1. S. 1. D. ad  
*municipi.*

§. 7. Invaluit præterea, ut etiam a jure Latii via patet ad jura civitatis iis omnibus, qui in patria, Latio donata, magistratus gesserant. Appian. de Bell. Civil. 2. p. 443. Strabo 4. p. 187. Quod jus Trajanum adhuc ævo valuit, ut patet ex verbis Plinii Paneg. 37. His quoque, quibus per Latium civitas Romana patuerit.

S. 8. Postremis reipublice temporibus Iactus paul-  
latim diffusum est illud Romanæ civitatis beneficium.  
Quum enim paullo ante quibusdam tantum Latii ur-  
bibus jus civitatis Romanæ summi beneficii loro con-  
cederetur: lata deinde lex est, ut e sociis ac Latinis  
nominis promiscue, qui stirpem ex se domi relique-  
rant, cives Romani fierent, Liv. 41. 8. Accessit alte-  
ra lex anno 10CLXIII. a Servilio Glaucia, de repe-  
tundis lata, ut Latinis esset jus civitatis consequendz  
in illius civis, seu senatoris locum, qui accusatus ab  
iis repetundarum, a Romanis fuisset damnatus. Cice-  
ro pro Balbo 24.

S. 9. Primus L. Julius Cæsar, (d) occiso jam, ut

(d) Non leviter errat editor Ciceronis orationum Parisiensis novissimus, qui hanc legem Julianam latam putat a Sex. Julio Cæsare, Consule A. U. C. 662. Multoque gravior error est Ant. Augustini de Leg. & SC. pag. 12<sup>da</sup> T. 1. Tbes. Ant. Rom. qui Cæsarem Dictatorem hujus legis auctorem singit. Sex. Julio Cæsari tribuere videtur Appianus de Bello Civ. I. pag. 179. Sed quum Sex. Julius Cæsar anno U. C. 563. cum L. Marcio Philippo; L. Julius Cæsar vero anno sequente cum P. Rutilio Lupo consulatum gesserit: verosimilius est, hunc legem tulisse, & quidem, collega Rutilio jam occiso. Unde simul patet, cur a solo Julio lex nomen accepit, nulla collegia facit.

videtur, collega P. Rutilio Lupo anno U.C. I<sup>o</sup>CLXIII. lata lege Julia, civitatem sociis ac Latini nominis dedit, qui flagrante bello Italico in fide manserant. Appian. *Bell. Civ.* 1. p. 379. Cicero *pro Balbo* 12. Vell. Patric. 2. 16. 17. Postea confecto tristi illo bello sociali, vel anno U. C. I<sup>o</sup>CLXV. Cn. Pompejo Scra-  
bone, & L. Porcio Catone consulibus, ut patet ex Ascon. Paedian. ad *Orat.* Cic. *pro C. Cornel.* vel sequente anno I<sup>o</sup>CLXVI. L. Cornelio Sulla, & Q. Pompejo Rufo Cosl. (e) lata lege Plotia a M. Plautio Sil-  
vano, & C. Papirio Carbone Tribunis plebis civitas communicata cum omnibus sociis Latini nominis, immo & peregrinis illis, qui federatis civitatibus adscripti fuissent, si tum quam lex cerebatur, in Italia domicilium habuissent, & se sexaginta diebus apud Pratorem essent professi. Cicero *pro Archia Poeta* 7. Postremi arma posuerant Lucani, & Sammites, sed & hos tamen civitate donari placuit A. U. C. I<sup>o</sup>CLXX. Flor. *Epit. Liv.* 84. ex quo loco etiam constat, novis his civibus per universam Italianam jus suffragiis fuisse datum. Et initio quidem in octo novas, id est, postremas tribus urbanas conlecti fuerant; Vellej. 2. 20. Postea in veteres 30. post irritos P. Sulpicii Tribunis plebis, & C. Marii conatus translati sunt a C. Cinna consule. Appian. *de Bello civ.* 1. p. 380. Epit. Liv. 30. Ex quo tempore aequo per omnia jure usi sunt ci-  
ties Romani veteres, & novi per universum Latium & Italianam, aeo ut & jus petendi honores habuerint (Cic. *pro Sulla* 6. 7.) & jus census (Onuphr. Pan-  
et fast. *consul.* anno I<sup>o</sup>CLXVIII. jus sacerorum pu-  
blicorum. Noris *Cenotaph. Pis. Diff.* 1. cap. 5. p. 72.  
Ez. Spanh. *Orb. Rom. Exerc.* 1. cap. 10. p. 59. sequ.  
§. 10. Italia tunc a supero mari Arimino, & An-  
conia, seu Rubicone fluvio, ab inferiore Luca terminabatur: reliquum tractum ad Alpes usque Galli Ci-  
sal.

---

festa mentione. Vid. Schyvarz. *de jur. Ital.* §. III. E-  
tech. Spanhem. *Orb. Rom.* 1. 1. 13. p. 30.  
(e) Minime vero subsequenti Cingz consulatu, us tre-  
dis Flor. *Epit. Liv.* Lib. 80.

240

falpini & Veneti infederant. Galli porro in Cispadanos, & Transpadano dividebantur. Priors civitate donati Cispadani, utpote Italiz propiores. Ez. Spanh. Orb. Rom. Exere. I. Cap. 11. p. 61. Postea & Transpadani civitatis jura obtinuerunt una cum Venetis. Nam quum antea Latii jus impetrassent a Pompejo Strabone ( Ascon. Pædian. in Ciceron. Pison. p. 262.) ipsum civitatis jus eis dedit C. Julius Cæsar anno U. C. 150CCVII. Dio Cass. Hist. 41. p. 118. Unde non mirum Galliam hanc Cisalpinam ab eo tempore TOGATAM dici cœpsisse. Tam pleno enim jure fuerant civitatis jura consequuti, ut & ad suffragia ferenda, petendosque honores non minus, ac reliqui cives, admitterentur. Sueton. Cæs. 9. Ez. Spanh. Orb. Rom. Exere. I. Cap. 13. p. 76.

S. 11. Extremis reipublicæ temporibus non intra alpes stetit datæ civitatis Romanae beneficium: sed & cum multis aliis gentibus est communicarum. Exemplo esse possunt universi Gaditani in ulteriore Hispania, quos secundo consulatu civitate donavit Celar. Dio Cass. Hist. 41. p. 164. Idem pro lubitu deinde quasdam alias civitates Hispanæ hoc ingente beneficio ornavit. Dio Cass. 43. p. 233. Quemadmodum & medicis, aliisque ea jura concessit. Suet. Cæs. 42. immo & Siculis omnibus civitatibus, inaudito exemplo, testamento legaverat, quod legatum lata lege confirmavit Antonius. Cic. Epist. ad Fam. 14. 12. Philipp. 1. 124. Verum tamen ea lex Antonii non valuisse videtur. Sane sub Augusto adhuc plerasque Sicilia civitates Latini juris fuisse, discimus ex Plin. Hisp. Nat. 3. 8.

S. 12. Sub Imperatoribus multo magis prolati sunt Romanae civitatis fines. Augustus equidem, teste Suetonio Aug. 40. civitatem pareissime dedit, adfirmans, se fatilius passurum fisco detrahi aliquid, quam civitatis Romanae vulgari honorem. Idem leges haud pauca dedit, quibus aditus fordidis hominibus intercluderetur ad civitatem. Quales præcipue sunt leælia Sentia, & Eufia Caninia, de quibus supra suo loco actum. Vid. Sueton. Aug. 40. Inimo inter extrema mandata ejus, Tiberio, & S. P. Q. da-

data etiam hoc erat, unde et ab invictis suorum  
civitatis, ita nouo ducorum auctori opere ut cunctis, n.  
Ne Multis jure civitatis donarent, quo magnum inter  
ipsos, & subiectos discrimen remaneret. Dio Cass.  
56. p. 591. Quibusdam tamen Augustum jura civitatis  
dedisse, pacet ex Suet. Aug. 47. Idque in primis  
etiam dicimus ex ejus numis, in quibus laudantur  
Hispanie municipia, de quibus Jo. Vaillantius de  
Colon. num. & Ez. Spanh. Diss. de prest. numism. 5.  
pag. 767. & Orb. Rom. 1. 2. 12. p. 47. seq. Eadem  
Hoerilicate etiam Tiberius, & Caius Ciligula civitatem  
quibusdam dederunt, seu ex numis & inscriptionibus  
idem docuit Ez. Spanhemius.

§. 13. Claudius Imperator varie se pessit in con-  
cedenda, negandave civitate. Quosdam civitatem Ro-  
manam usurpantes, in campo Esquilino fecerunt perca-  
sis. Suet. Claudio 25. Idem tamen Latinis, nave mer-  
caturae causa fabricantibus, jus Quiritium dedit. Suet.  
ibid. 19. Ulp. Fragn. 3. 1. & 6. Quin non solum  
Gallie Comatae primoribus; sed & universæ Gallie  
Comatae, jus ferendi suffragia, petendique honores  
dedit. Qua de re Tacit. Annal. 11. 24. Senec. de  
Benef. 6. 19. Immo multis cum conferrim jura civi-  
tatis, ac sine discrimine dedisse, ac venalia prope illa  
ejus libertos habuisse, testatur Dio Cass. Lib. 60. p.  
676. Unde lucem capit vox illa Tribuni militum A-  
fior. 22. 23. ἐπει τὰς ισορίας τὰς τοιαύτας ταυτά  
τινα πλούτοις. Ego vero magnō aere hanc civitatem compa-  
ravi; quain egregie illustrat Ez. Spanh. Orb. Rom. Ex-  
erc. 1. Cap. 16. p. 94. sequ.

§. 14. Nero, postquam in municiis & curulibus apud olympianum agonibus vicit fuerat a judicibus proclamatus, universam Achajam libertate, judices ci-  
vitate Romanæ, & pecunia grandi donavit, quod  
beneficium etiam iis, qui pyrrhichiam saltaverant,  
concessit. Suet. Ner. 12. Galba civitatem Romanam  
raro dedit, teste Suet. Galb. 8. dedit tamen Bargia-  
senibus, Lacobrigensibus, Deobrigensibus, & Ta-  
librigensibus, immo & Vesontinis: & Cluniensi-  
bus, si fides numis sub Galba cufis, in quibus haec  
oppida Hispanie & Gallie MUNICPIA dicuntur.

Claud. Chifflet. *Vrsont.* T. 28. Hasduin. *Nom. Urb.* p. 120. Vaillant. *de Colon.* T. 1. p. 105. De Othonne constat, eum, præter quasdam alias largitiones, Lingonibus universis civitatem Romanam dedisse. Tacit. *Hist.* 1. 78. Vespasianum Stobienses (*f*) in Macedonia civitate donasse, constat ex nummo apud Spanhem. *Diss. de nion. prov.* 676. & Plin. *Hist. Nat.* 4. 10. Sed & filii sœpe ius civitatis veteranis, liberis, posterisque eorum dederunt, ut patet ex marmoribus apud Gruter. *Inscr.* p. 573. 2. p. 574. 5. 6. & p. 575. 1.

S. 15. Hispania potissimum Trajanus favit, ipse Hispanus. Unde in ejus namis occurunt municipia, Italicense, Inlipense, Albense, Urgaonense. Quibus ex marmore apud Gruter. *Iscr.* p. 162. 3. addendi Izeditani, Lancientes oppidani, Talori, Interamenses, Colani, Lancientes, Transudani, Aravi, Medubrigenses, Arabrigenses, Banienses, Pæfures, quos omnes a Trajano denum civitate donatos, non vana divinatione conjicit Ez. Spanh. *Orb. Rom. Exerc.* 1. *Cap.* 18. p. 108. sequ. Idem Princeps singulis quibusdam subinde civitatis iuta dedit, rogatu amicorum, ut patet ex Plin. *Epist.* 10. 22. 6. 107. 108. Quin quum vicefimas hæreditatum antea pendere cogerentur novi cives; eos hoc onere primum Nerva, deinde & Trajanus liberavit. Quod Principis beneficium collaudat Plin. *Paneg.* 37. Hadrianus, sequutus Trajanum, *Latium multis civitatibus dedit, tributa multis remisit*, ut loquitur Spartan. *Vit. Hadrian.* 21. Ait data ab eo civitatis in munis & Ispidibus nulla usquam sit mentio, nisi quod in marmore sub eo legantur **MUNICIPES MVNICIPI T. ÆLI HADRIANI AVG. CIVILITANI.** Grut. *Inscr.* p. 362. 1. Unde Civilitanos ab eo civitate donatos, colligit Spanh. *ibid.* p. 109. Sunt equidem, qui Hadrianum auctorem putant celeberrimam illius constitutionis de civitate cum uni-

verso

(*f*) Eos tamen sua aetate juris Italici fuisse, tradit *Usp. l. 8. D. de sensib.*

verso orbe Romano communicata l. 17. D. de statu hom. quos in eum errorem induxit Chrysostom ad Act. Apost. 25. p. 875. Tom. 4. edit. Savil. Sed hos rationem fugere, paulo post clarissim: adparebit.

§. 16. Æque fallitur Justinianus Imperator, qui celebrem illam constitutionem Antonino Pio tribuit Nov. 78. s. quamvis eum ante Spanhemium tantum non omnes cœra fide sequuti sint (g). At quanquam amplificatum esse ab Antonino civium numerum vel ex numero præ ipius raritatis constat, in quo AMPLIATOR CIVIUM dicitur: dis rimen tamen civium, Latinorum, Italicorum, provincialium, etiam post Antonini Pii tempora superfluisse, cum ex aliis locis adparet, tum ex Inscriptione apud Gruter. p. 408. 1. ex qua simul discimus, Antoninum Carnis, & Caralis propter ædilitatis gradum apud Tergestinos gestum, jura civitatis Romanæ dedisse.

§. 17. Non minus errant, qui cum Aurelio Victore in vita Marci cap. 16. M. Antoninum hujus constitutionis auctorem faciunt, in quam sententiam etiam Casaub. ad Spartan. Hadr. 21. paulo videtur proclivior. Nam superfluisse sub hoc principe inter cives & peregrinos discrimen, patet ex celeberrima Lugdunensium Epistola apud Euseb. Histor. Eccles. 5. 1. ubi ajunt. *Contra alios id est uti possit, ut peregrines rursum accepimus, rursum dicitur, uti peregrines et omnes.* Quicumque Romani cives reperti sunt, capite truncati, reiqui traditi besillis. Atqui scripserunt huc Lugdunenses extremis Marci Imperatoris annis: adeoque inde recte colligi videtur, M. Antoninum non solum illud discrimen, quod inter cives ac peregrinos intercessit. Illud tamen certissimum est, tam liberalem in dando civitatis jure fuisse M. Antonini.

(g.) Contrarium tamen ante Spanhemium observarunt Wetembec. Parat. ad tit. D. de statu hom. num. 5. Petit. Leg. Ante. p. 136. Vafel. in Not. ad Excerpta Dionis p. 102. Claud. Salmas. de modo usur. cap. 19. p. 854. sequ. Rupert. ad l. 2. D. de orig. jur. c. 1. p. 17. 18.

ffinum, ut Aristides Rhetor Orat. in Rom. pag. 372. scribere non vereatur, quod est scripsisse. Ita etiam si  
magistratus, nec peregrinum censeri quicquam, qui  
magistratus, vel fide dignus sit, non Romanus est sed  
alii prius Roma exiit et sic dicitur. Romanum non arbitri  
aliquis, sed communis cuiusdam generis nossem esse:  
et que sunt hujus generis alia. Ez. Spanh. Orb. Rom.  
2. c. 2. p. 119. seq.

§. 18. Non minus liberaliter jura civiratis Roma-  
ne plurimis dedisse videntur Commodus, Pertinax,  
Didius Julianus, Pescennius Niger, Severus. Sed nec  
hos tamen discrimen illud sustulisse luculentter ostendit  
Spanh. Orb. Rom. Exerc. 2. c. 3. p. 129. seq.

§. 19. Verus ergo famosae illius constitutionis au-  
tor est Antoninus Caracalla, qui primus edixit, ut,  
in orbe Romano qui essent, omnes cives efficerentur.  
L. 17. de statu hom. Occasionem datam hujus legis do-  
cere Excerpta Dionis Valesiana p. 745. Jam pridem  
Augustus vicefimam hereditatum indixerat, locuplet-  
tando exercito militari, quod vestigia ex hereditatibus  
dependebat; de quo jam pridem luculentter egerunt  
Valesius ad illum Dionis locum, Salmat. de modo u-  
ser. 19. Petr. Burmannus de Vestigial. populi Romani  
14. & iam ante hos Jac. Cujac. Obs. §. 16. 11. 24.  
Pendebant istud vestigia ex Augusti instituto heredes  
extranei, Romani cives, qui hereditatem adibant,  
nisi vel pauperes essent hereditates, vel ipsi heredes  
adgnationis jure ex lege XII. Tabularum hereditates  
sortirentur. Dio Cal. 55. p. 565. Postea mitiores  
principes quibusdam cognatis vicefimae vacationem su-  
binde dederunt. Plin. Paneg. 27. At Caracalla, quem  
largitionibus stupendis eluvionem fisso intulisset, du-  
plicato illo onere, decimali loco vicefimae induxit,  
cujus decimali preter Excepia Dionis meminit etiam  
Ulpianus apud Auctorum Collat. Leg. Mof. & Rom.  
16. fin. Ut ergo vestigia istud a quamplurimis depen-  
deretur, omnibus, qui in orbe Romano erant, civi-  
tatem dedit, λέγε μὲν τινῶν, ἐπειδὴ οὐτοὶ εἰσίν  
αὐτῷ καὶ ἡ τὸ τοιότερον πόλις, διὸ τὸ τοῦ θεοῦ τὸ τοῦ  
αὐτοῦ μὲν σωτηρίου, specie quidem honorem eis triduum,

sed

372.  
qui  
urbis  
esse:  
Rom.

oma-  
nax,  
ed nec  
cendit

: au-  
, ut,  
ter.  
s do-  
ridem  
uple-  
tibus  
erunt  
do u-  
mani

. 24.  
eredes  
ant,  
eredes  
itares  
tioce  
n su-

quum  
, du-  
xit,  
etiam  
Rom.  
epen-  
civi-  
tatis  
e n  
soni,  
sed

sed revera ut fiscum suum augeres: quippe quam peregrini pleraque horum vogitacionum non penderent; ut sit Dio in Excerpt. Pales. p. 745. Ceterum quamvis successor Caracalla, Macrinus, decimam illam, civibus tam molestam, aboleret; jus tamen civitatis orbis Romano semel datum non ademit, unde sensim exolevit in orbe Romano antiquum illud inter cives, & peregrinos discrimen.

S. 20. Illud adhuc monendum, ad solos ingenuos pertinuisse Antonini Caracalla constitutionem, non ad libertinorum conditionis homines. Nov. 78. 5. Unde etiam post eam constitutionem salvum mansit discrimen inter libertinos cives, Latinos Junianos, & deeditios, ex Salviani adversari avarit. lib. 3. 7. animadveiterunt Jac. Cujac. Observ. 4. 3. & Ezech. Spanheim. Orb. Rom. Exerc. 2. 5. p. 147. seq.

S. 21. Exposuimus hactenus, dico eruditissimo Spanheimio, dare civitatis Romae historiam, ostendimusque, ita paulacim gradum esse factum, ut civitas pri-  
mum omnibus, qui Romae, aut in agro Romano domi-  
ciliū constituerant, deinde aliquot in Latino mu-  
nicipi, tum roti Latio, mox universæ Italie, ali-  
quot porro extra Italiam vel privatis, vel oppidis,  
vel provinciis, & postremo omnibus in orbe Romano  
ingenuis datur. Justinianus tamen, ut fuit admodum  
liberalis, sublato illo libertinorum discrimine, titulus  
C. de Lat. & dedit. lib. toll. R. Novella 78. 2. 5.  
ad ipsos quoque libertinorum conditionis homines ho-  
benicium protulit, adeoque omnes in orbe Romano  
viventes æquo jure agere voluit.

S. 22. Proximum est, ut ipsa jura civitatis paulo  
accuratius exponamus. Et de his quidem observan-  
dum, ea sensim magis magisque æcta fuisse, atque  
amplificata. Jam sub regibus cives gaudebant libertate,  
jure coniubiorum, patrio, legitimi dominii, tes-  
tamenti, forsitan & nexus, atque usucaptionis. Jus  
quoque erat suffragia ferendi in creandis magistratu-  
bus, ferendis legibus, bellis decentiis. Pulsis regi-  
bus, abdicatoque regibus imperio, paullatim provoca-  
tio concessa ad populum; magistratus, connubia,  
sacerdotia cum plebe communicata; adeoque optimo

jure cives esse coepit Romanus. Ex. Spanheim. Orb. Rom. Exerc. I. cap. I. p. 4. 5.

§. 23. Duobus vero maxime summis capitibus constituit civitas Romana, quorum alterum JUS QUIRITIUM, alterum JUS CIVITATIS appellatum est. Quamvis enim haec promiscue nonnumquam ponant auctores veteres, veluti Ulpianus Fragm. 3. 1. & 4. attamen, qui accuratius loquuntur, haec cum cura distinguunt. Plinius, Epist. 10. 32. Ago gratias, Domine, quod & JUS QUIRITIUM libertatis necessaria mihi femina, & CIVITATEM ROMANAM Harpocephati, jasalipae meo, sine mora indulessem. Et Epist. 10. 4. Quare rogo, des ei CIVITATEM ROMANAM: eis enim peregrina conditoris, manus missus a peregrina. Idem rogo des JUS QUIRITIUM libertatis Antoniae Maximilla. Manifesto hic distinguuntur ius Quiritium, & civitas Romana, inter quæ hoc interest, quod illud ad ea, quæ juris sunt privati, pertinet, haec ea, quæ juris publici sunt, continet. Spanh. Orb. Rom. Exerc. I. cap. 9. p. 57. Carol. Sigon. de antiquo iure civ. Rom. I. 6. seq. & de antiquo iure Ital. 2. 3. Quod quem non animadvertiscunt viri quidam eruditissimi, in eum prolapso sunt errorum, ut jus Quiritium in ipsis Plinii locis vel idem esse cum iure Latii existiment, vel illum cum ipsis iuribus civitatis confundant, a quo lipsu nec ipse V. C. Christophorus Cellarius sibi satis cavit in Adnotationibus suis ad Plinium (In alia tamen omnino nuper ivit Franc. Cat. Conradi in Delf. de iure Quiritium a civitate Romana non diverso. Helmstad. 1742.)

§. 24. Nonnulla, quæ tum ad jus Quiritium, tum ad civitatem Romanam pertinent, suministrat his verbis complectitur Cicero Oras. 2. de Leg. Agrar. 19. Recinet istam possessionem gratia, libertatis, suffragiorum, dignitatis, urbis, fori, iudiciorum, fessorum dierum, censoriorum omnium commodorum. Ast si accuratius singulas utriusque juris partes consideres, jus civitatis in iure census, militiae, tributorum, vectigalium, suffragiorum, honorum, & sacerdotum, jus Quiritium in iure libertatis, gentis, connubiorum,

patrio, legitimi dominii, hereditatis, atque usucapionis fuit situm. Car. Sigon. *de antiquo jure Civ. Rom.* I. 13. Ez. Spanhem. *Orb. Rom.* I. 1. 2. p. 4. De singulis nunc paucis distinctius agendum, ordiendumque a jure Quiritium.

S. 25. Primo ergo omnes cives Romani erant: LIBERI: eaque LIBERTAS eos non solum a dominorum potestate, sed a tyrannorum imperio, magistratum potentia, libidine creditorum, civiumque potentia tuos praestabat (*h*). Nullus ergo civis Romanus servus fieri poterat, nec ingensitatem, aut libertatem amittere, nisi aut captivitate, aut dolosa venditione, aut iis modis, de quibus supra lib. I. tit. 3. n. 5. seq. & tit. 16. n. 3. seq. Actum est: quamvis & in his plerunque fictione in quandam adhibitam esse, observet Ger. Noodt. *Probab.* 3. 12. p. 85. Hoc enim juris erat a majoribus proditum, ut nemo civis Romanus, aut LIBERTATEM, aut civitatem, posset amittere, nisi ipse auctor fallax esset, inquit Cicero *pro domo* 29. Sed de ingenuorum, libertinorumque conditione latius superque suis locis dictum est, nihil ut hic addendum a nobis videatur, praeter id unicum, quod eadem libertas cives immunes a verberibus, tormentisque praesertim. Quoniam enim servilis ista poena videretur, non poterat maior civi Romano injuria fieri, quam si quis verberibus, dirisque questionibus in ejus corpus seviasset. Exemplum est apud

(*h*) Cave ergo confundas libertatem juris gentium cum libertate juris Quiritium, que nulli competit, nisi cives Romanis. CIC. *pro Cæs.* 23. Qui enim potest jure Quiritium liber esse sis, qui in numero Quiritium non est? Hinc tribubus omnibus motu libertatem dicebantur amittere, etiam si haud fierent servi. LIV. 45. 15. Immo hinc intelligenda L. 5. §. 3. D. *de extraord. cognit.* ubi media capitilis diminutione, & speciatim aquæ ac ignis interdictione, etiam libertas amitti dicitur, quod de libertatis juris Quiritium verissimum est. CONF. GER. NOOD. *Observ.* 2. 21. p. 469.

§. 26. Nec minus immunes erant cives Romani ab impotente regum dominatione. Leges enim Tribunitia, lata a Junio Bruto, Tribuno Celetum, ac paulo post primo Consule, fuerat cautum, ut neino Romae regnaret, obstrictis simul jurejurando civibus, eos neminem passuros Romae regnare. Dionys. Halic. 4. p. 276. s. p. 277. Liv. 1. abr. 2. 1. Qua lege tribunitia, quum omni tyrannidi via occulta esset, mitem proscripto non est, gentem Juniam præcipue de ea esse gloriataam, numisque suis caput Libertatis præculisse, cum inscriptione LIBERTAS. Car. Patin. Famili. Rom. p. 139. Accessit postea eodem anno Lex Valeria, qua cautum, ut indicta causa interficeretur, qui regni occupandi iniisset consilia, idque impune ferret percursor, si indicia secleris demonstrasset. Plutarch. Vit. Poplic. p. 103. Liv. 2. 8. Pro his legibus dici non potest, quanta certamina per quincentos annos adierit populus Romanus, quanvis impedire hardi portuerit, quo minus ex deum a L. Sulla, ac deinde a Julio Cesare convelletur, ab Augusto vero, ejusque successorib[us] & penitus extinguerentur, siquidem hi, adspersati in specie regium nomen, titulo Principem omnia magistratum, legumque munia ad se traxerunt. Tacit. Annal. 1. 1.

§. 27. Eadem porro libertas cives immunes praestabat a duriore magistratum imperio. Latæ hanc in rem fuerant leges Valeriae a P. Valerio Poplicola coram, de quibus Livies 2. 8. Latæ deinde leges non solum, quæ regni suspicione consudem absolverunt, sed anæ ados in contrarium verterunt, ut popularem etiam faserent; inde cognomen factum Poplicole est. Paullo distinctius rem referunt Plutarch. Vit. Poplic. p. 102. sequ. & Dionys. Halic. s. p. 292. ex quibus constat, primi lege fuisse cautum, NE QUIS ROMÆ MAGISTRATUM GERERET INJUSSU PO-  
PULI: QUI SECUS FAXIT, EIUS CAPUT SA-  
CRUM ESSET: altera provocacionem concessam a magistratibus ad populum, neque permisum culquam, suppicio extremo, aut flagris, aut mulcta animadver-  
tere

tere in provocantem, donec populus ea de re iuvaret in suffragia. Posterior lex quum omnium minime placet patriciis, quippe fundamente, quam affectabant, penitus subvertens, variis artibus aliquandiu elusa, atque hinc relatione non una restituenda vita est. Retulerunt ergo eandem A. U. C. 304. L. Valerius Poplicola Potitus, & M. Horatius Birbatus Coss. teste Livio 3. 55. Reuulit tertium alter M. Valerius Corvus anno U. C. 462. Quia de re idem Livius 10. 9. Tertium et lex cum post Reges exallos lata est, semper ab eadem familia. Caream renovanda sefius non aliam sufficeret, quam quod plus paucorum opes, quam libertas plebis poterant. Quidam ne sic quidam consulum populo videretur, semper in contrarium nitentibus patribus, quarum de provocatione populum rogavit M. Pertius Laeca, qui etiam graviore poena animadvertisendum statuit in eos, qui civem Romanum vel verberassent, vel necassent. Liv. 10. 9. Cujus legis Porciæ insigne monimentum existet numus gentis Porciæ, in quo vir paludatus, medius inter rogatum provocantem, & lictorem virgas minantem, conspicitur, addita inscriptione: PROVO-  
CO. Fulv. Ursin. de Famil. Rom. p. 229. edit. Patin. Porciæ legem, quin & ipsa vetustate obsolevisset, denuo in usum revocavit C. Sempronius Gracchus, cui ex fragmanto orationis Gracchana apud Gellium Nost. Attic. 10. 3. acute colligit Car. Sigonius de antiquo jure civ. Rom. I. 6. Sed nec leger sacrae hic prætermittendæ, lata anno U. C. 260. Sp. Cassio Vitcellino, & Postumo Comitio Aurunco II. Coss. quum plebs, pertusa usuraria iniquitatis, in montem sacrum fecerit. Pace enim facta hac lege, ut plebi sui essent magistratus, quibus auxiliatio adversus consules esset, neve cui patrum capere eum magistratum licet, Liv. 2. 3. Brutus, primus tribunus plebis, leges tulerit, primo, ut ne patricida esset, qui eum, qui plebiscito sacer sit, occiderit. Dionys. Halic. 6. p. 410. deinde, ut tribuni plebis sacrosancti haberentur, eosque qui violarint, sacri essent. Id. ibid. Tertia lex justit tribunos plebis non nisi e plebe creari. Accessere duas aliæ leges, ne de capite civis Roma-

ni, nisi comitiis centuriatis, agi posset, neve privilegia irrogarentur. *Car. Sigon. de antiquo jure civi. Roms. I. 6. pag. 84.* Exque leges omnes dictae sunt *sacrae*, non modo quia cives per omnia sacra jurant, utique se his legibus sempiternis usuros, addita imprecatione, ut earum observatoribus superi & inferi essent propitii, transgressoribus vero contraria onania acciderent: *Dionys. Halicarn. 6. pag. 410.* verum etiam, quod loco poenae adjectum esset, eos, qui fecus fecissent, cum pecunia, familiaque Deo alieni factos futuros (*i*). *Fest. voce Sacrae.* Omnes enim leges hujusmodi sanctione penaliter munitas, *SACRATAS* dici consueverunt, observat *Jac. Perizon. Animad. Hist. p. 418. seqq.*

**S. 28.** Hisce legibus satis tuti erant cives Romani ab omni magistratum tyrannie. Primo enim, si quid contra leges auderent magistratus, maximum cuique remedium erat in provocatione ad populum. Deinde de capite civis Romani non nisi universus populus in comitiis centuriatis judicabat, & tunc facie erat, vel innocentibus se a calumniatorum artibus defendere, vel poenam meritis promissa barba, lacrymis, cultuque tristiore populum ad misericordiam stellere, eoque modo effugere periculum. Denique nulli magistrati licebat eivem Romanum vel verberibus, vel supplicio adficere. Immanissimas etiam eorum sententias vox illa quiritantium compesciebat: **CIVIS ROMANUS SUM.** Saepè eo respicit Cicero in orat. adv.

*Ver-*

(*i*) De hac pena *Dionys. Halic. pag. 84.* *P. Soc. γέρων Ρωμαῖος, ὅτε τιβύλλοντο μετεῖπεν πεδίαις,* τὸ τετακτηνατα διετὸν οὐδὲν τινί, μάλιστα δὲ τοῦ κατοχθονίου λατηνού ζευσίν. *Mors erat Romanis, quos vellent impune occidi, verum corpora devovere Deo cupiunt, precipue Diis inferis.* *Festus voce sacra;* Homo facer *is* est, quem populus judicavit ob maleficiū, neque fas est eum immolari: sed qui occidit, paricidit non damnatur. Ex quo qualis hominem atque improbus facer appellari solet. *De hoc supplicio quedam habet Ravard. ad XIII. Tab. t. 42 pag. 220.*

Verrem §. 54. Plagis confeluum, dico, a lictoribus tuis civem Romanum ante oculos tuos concidisse. Ob quoniam causam? Diis immortales, tametsi injuriam facio communis causae & JURI CIVITATIS. Quasi enim possit esse illa causa, cur hoc cuiquam civi Romano jure accidat. Et eadem Oratione §. 57. Cervices in carcere frangebantur indignissime eorum Romanorum, ut etiam illa comploratio: CIVIS ROMANUS SUM, que sepe multi in ultimis terris opem inter barbaros & salutem rulit, ea mortem iis acerbiorum, & supplicium matruis, ferret. Plura ejus generis exstant apud Ciceronem Perrin. §. 62. sequi. Nec ignota sunt exempla Pauli Apostoli Ad. 22. 24. & martyrum Galliae apud Euseb. Hist. Eccles. §. 1. qui se illa voce CIVIS ROMANUS SUM, a virgarum ignominia, vel ab extremo supplicio eripuerunt.

§. 29. Sed non solum in legibus Romanis civibus maximum praefidium erat positum adversus magistratum insolenciam: verum etiam in tribunitia potestate. Si quis enim eorum libertatem violare non veteretur, tribunos plebis adpellabant, qui ipsis omnem cerebant opem, neque patiebantur, civi cuiquam fieri ullam injuriam. Plena ejusmodi exemplorum est Romana historia, & quamvis negari haud possit, ista potestate non semel abusos esse tribunos plebis; sepe tamen etiam insignia justitiae atque aequitatis specimina edebant, qualia sunt, quae Valer. Max. Lib. 6. cap. 5. refert quamplurima.

§. 30. Porro & adversus creditorum servitiam tuti erant cives Romani. Immanis erat lex 12. Tabularum, quæ cives Romanos obeyeratos creditoribus addicebat, a quibus & vinciri, & eorum corpus, id est, bona secari, & in partes dividi poterant (k), Gell. Noll. Attic. 20. 1. Et quamvis servi haud fierent hunc in modum addicti & nesci: in servitute tamen erant, servisque ipsis tractabantur durius. Ast contra hanc immanitatem auxilio civibus fuit lex Poetelia, qua cautum est, anno U. C. 427. C. Poetelio,

(k) Dicimus ea de re infra Lib. 3. Tit. 32. §. 4.

lio, L. Papirio Coss. ut quis, nisi qui novam meruisset, donec panam lueret, in compedibus, aut in nero tenebretur: pecunia credita bona debitoris, non corpus, obnoxium esset. Liv. 8. 28. Varro de Lingua Lat. 6. 5. p. 58. Successit ergo ex eo tempore in adictionis illius locum possessio, & venditio bonorum, de qua nos alibi ex instituto egimus. Qua de re Terullianus Apol. 4. Sed & iudicatos in partes secari a creditoribus, leges erant: consensu publico crudelitas postea erata est, & in pudoris notam, capitio pena conversa est, BONORUM adhibita PROSCRIPTIONE, suffundere maluit hominis sanguinem, quam effundere. Quin accessit demum beneficium celsioris honorum ex Iure Julia, de quo plura jureconsulti, & nos infra Lib. I. Tit. 30. §. 8.

§. 31. Postremo & hoc ad libertatem civium quam maxime pertinebat, quod libere, ut vellent, darent suffragia. Quamvis hinc libertas magis ad jus publicum videatur refereada. Id eis attulere leges tabellariae, seu de tabellis, quas Cicero ideo Agrar. II. 2. vindices tacite libertatis, & in Cornel. I. p. 331. principium justae libertatis adpellat. Quam enim antea viva voce in comitiis suffragia ferrentur, idque nonnumquam cum periculo videretur conjunctum: primus A. Gabinius Trib. pleb. A. U. C. 614. lege carit, ut populus non voce, sed tabella, suffragium ferret, ne quis inspiceret tabellam ne rogaret, ne adpellaret. Cic. de Leg. 3. 16. Successit biennio post altera lex tabellaria, lata a L. Caesio, Tribuno plebis, M. Æmilio Lepido Porcino, & C. Hostilio Mancino Coss. ut & judices, & populis sententias non vocerent, sed tabellis ferrent, excepto judicio perduellionis. Cic. de Amicit. 12. de Leg. 3. 16. Ascon. Pandian. in Cornelianana. p. 1313. & Verrinam. 2. p. 1320. Cujus legis insigne monumentum est nummus gentis Caesiae, in quo civis occurrit, tabellam littera A. rotatam cincte immittens, cum lemmate LONGINVS 3. 5. & Eulv. Urbin. de Famili. Rom. p. 67. Eodem pertinuit textia lex Papiria, lata a C. Papirio Carbone, tribuno pleb. A. U. C. 1231. P. Popilio Lenate, & P. Rupilio Nepote Coss. qua cancum de-

denso, ut in jubendis legibus, vetandisque populus tabella suffragia ferret. Cic. de Leg. 3. 16. Successit quarta anno U. C. ID<sup>CLXXX.</sup> a Celio Caldo Tribuno plebis lata, ut etiam in perduellionis judicio, quod Cassia lege exceptum erat, populus non voce, sed tabella sententiam ferret. Cic. de Leg. 3. 16. Quam ipsam quoque legem egregie illustrat nimus apud Pacin. de Famili. Rom. p. 79. quo præter alia litteræ L. D. in tabella conspicuntur. Significant illæ LIBERO, DAMNO. Hac enim verba loco Cassianorum ABSOLVO, CONDEMNO in criminis perduellionis adhibita esse discimus ex Cesare de Belli civili 3. 83. ex quo loco patet, tertiam quoque tunc adhibitam esse tabellam, quam imponebant urnæ, qui pecunia multandum reum judicabant. Quæ omnia eo pertinebant, ut tanto majore cum libertate suum quisque ferret suffragium. Unde denuo Cicero pro Flacc. 6. Populo grata est TABELLA, que frontes aperit hominum, meuses regit, datque eam libertatem, ut, quod velint, faciant, promittant autem, quod rogantur.

S. 32. Sequitur alterum, quod ad jura Quiritium pertinuit, JUS GENTILITATIS. Diviserat Romulus cives in duas gentes, quarum unam patres, alteram plebem, nominavit. Illos ex iis adlegerat, qui in civitate genere, virtute, atque opibus antecellebant; plebis nomine reliquos omnes adpellaverat. Quemadmodum vero e plebeis, ita ex patribus patruis nascebantur. Utrosque inter se devinxerat instituto jure illo patronatus, de quo supra plura diximus. Ad jura utriusque gentis quod attinet, de illis præcipue observandum, quod plebis jura quisque cum ipsa civitate impetrarit; patricius autem, nisi lege ad populum lata, neiro fieri potuerit. Bis patricios legit Romulus, semel ex Albanis; ac deinde Sabini. Dionys. Hal. Ant. Rom. 2. p. 111. Eundem morem posse sequuti ceteri reges, qui subinde ex gentibus devictis, ac in civitatem receptis, patriciorum numerum suppleverunt. Idem Ant. Rom. 3. p. 199. & 4. 280. Suet. Aug. 2. Libera res publica L.

Junius Brutus, primus *Cof.* patricios legit. *Liv. II.*  
 2. Sexentio post Appius Claudius e Sabinis Romanum  
 commigrans, lege consulari, patricius factus est. Dionys. Halic. V. p. 308. *Liv. 3. 4. & 10. 8.* Postremo  
 C. Julius Cæsar lege Cassia, & Augustus lege Sænia  
 (1), ac denique Claudius Imp. patricios, jam ma-  
 gna ex parte extinctos, suppleverunt. Tacit. *annal.*  
 11. 25. Suet. *Jul. 41.* Ceterum ad gentilitatis jura  
 pertinebat, quod soli patricii auspicia ex instituto  
 Romuli haberent. *Liv. 6. 42.* Id quod tamen de a-  
 vium dumtaxat inspectione & tripudio, intelligen-  
 dum, siquidem de cœlo servare etiam plebeis lice-  
 bat Cic. in *Vatinian.* cap. 7. Quam enim, fatente  
 Cic. de *Divin.* 2. 36. hanc avium, reliquorum signo-  
 rum observationem retinerent Romani tantum ad opini-  
 onem vulgi, & ad magnas militares reipublicæ, id  
 est ad plebem deludendam continentiamque in officio:  
 periculose videbatur, plebejos ad hæc mysteria ad-  
 mittere, quibus jus magistratus, & sacerdotia capien-  
 di erat ademtum. Nimirum & hoc jure ex instituto  
 Romuli gaudebant patres, ut soli Senatum, sacerdo-  
 tia, magistratus, judicia, ac denique temp. tenerent.  
 Sed paulo post ea omnia paullatim cum plebe com-  
 mu-

(1) Sed quænam illa lex Sænia? In priori editione de *Sentia suspicetas* sum. Sed errorem admetit Lips. ad *Tacit.* p. 283. Observat ille ex Dione, Augustum patricios suppleuisse τὴν σαενίην παραπλάνων τῷ τοιωτικῷ jubente Se-  
 nato, & quidem anno U. C. 15CCXXV. Atqui consul  
 suffectus in fastis adparet L. SAENIUS. Nam in fragmen-  
 to veterum fastorum apud Grut. p. CCXCIX. ita legimus.

IMP. CAES. IIII. M. LICINIUS. K. IVL.  
 C. ANTISTIVS. BELLVM.  
 ALEXANDR. ID. SEPT. M. TULLIUS.  
 K. NOV. L. SAENIUS.

Quis ergo dubitarit, ab eo SCtum tulisse nomen? Tac-  
 titus ergo pro SC. legem Sæniam dixit.

municata sunt, nisi quod interreges, flamines Diales, Martialis, & Quirinalis, Rex Sacrificulus, & Salii, ad extrema usque reipublice tempora ex patre*cis* lecti sunt: quemadmodum & comitia tributa, tribunitia potestas (m) & Aedilitas plebeja perpetuo in possessione plebis permanerunt. Reliqua, quae hac de re dici possent, a Carolo Signo*to* explicata sunt lib. I. de ant. iure ciu. Rom. Cap. 7.

S. 33. Pars haud postrema juris Quiritiona fuit JUS CONNUBIORUM, de quo quin*ti* titulo de nuptiis uberioris actum sit, jam proua quædam addimus. Romani ea in re ab iusticis plerarumque gentium discesserunt, quod ne iis quidem, qui ejusdem civitatis erant, connubii jus promiscue darent. Præterquam enim quod lege 42. Tabularum verita essem*ti* inter patricios & plebejos connubia: Dionys. Halic. 10. p. 674. Liv. IV. 4. etiam, sublata illa lege, saepe inter ipsos vicinarum regionum, aut eorum, qui sub eodem gentis nomine vulgo continebantur, populorum cives prohibita sunt connubia. Sic inter Latinos connubia commerciaque nulla esse patiebantur Romani, Liv. 3. 14. Idem de tribus Hernicorum populis patet ex eodem Livio 9. 43. Deinde Macedonia, & in quatuor regiones divisa, id etiam edixerant decem legati, neque connubium, neque commercium agrorum aedificiorumque, inter se placere cuiquam extra fines regionis sue esse. Liv. 45-29. Quod callido consilio invenerant Romani, ne mutuis affinitatibus & commerciis juncti inter se, ac colligati, eo promptius adversus rempublicam conficiarentur. Immo ne cum omnibus quidem civibus Romanis connubii jus erat civibus, Libertinas, quamvis cives, duci olim haud potuisse ab ingenuis cibibus, patet exemplo Hispalæ Fecenniæ, cui hæc potestas SC. data est. Liv. 38. 6. Sic & Campani, qui pridem civitatis iura fuerant consequuti, postea deinde impetrarunt, ut sibi CIVES Romanas ducera-

XXX-

(m) Semel tamen duos patricio. Inter tribunos fuisse, assert L. 3. 63.

*uxores liceret, & si qui prius duxissent, ut habere eas, & ante eam diem nati iusti sibi liberi, heredesque essent.* Liv. 38. 36. Qua de re plura differit Ez. Spanh. Orb. Rom. Exerc. 2. Cap. 22. pagina 357.

§. 34. Quum itaque ne inter omnes quidem ejusdem civitatis jus connubii esset: multo magis cum aliis, civitatis Romanæ exortibus, connubia erant interdicta. Unde Seneca de Benef. 4. 35. *Permisisti tibi filiam in matrimonium, postea peregrinans adaptaristi: non est mihi cum externo connubium.* Solebat tamen etiam peregrinis primum a populo, postea a Senatu, ac demum a principe concedi jus connubii, per modum lege solutionis, vel privilegii. Qua de re fuisus diximus in *Comment. ad L. Jul. & Pap. Popp. Lib. 2. c. 18. p. 321. sequi.* Adde supra *Libra 1. Tit. 10. n. 15.* Si quis vero, non impetrato illo beneficio, peregrinatum duxisset: nati ex ejusmodi nuptiis liberi, tamquam hybride, ac novum genus hominum, habebantur, neque multo melioris, quam servi, erant conditionis, cœu patet exemplo militum Romanorum, qui Hispanas mulieres duxerant, apud Liv. 43. 3. Ex quo vero cum omnibus in orbe Romano civitas fuerat a Caracalla communicata, promiscua quidem inter eos esse conperunt connubia, sed prohibita tamen matrimonia cum barbaris. *I. un. C. Theod. de nupt. gentib. Lib. 3. Tit. 14.* Quam-tamen Valentianii Senioris legem non diu valuisse, multis exemplis docent Jac. Gothoredus in *Commentario ad illam legem*, p. 306. Tess. & qui plura addit, Ez. Spanh. Orb. Rom. Exerc. 2. Cap. 22. p. 368. sequi.

§. 35. Alta quadam de prohibitis inter cives nuptiis statuit Augustus lego Papia Poppæa, cuius primo capite prohibita nuptiæ inter senatores, cuius filios, nepotesve, & libertinas, lenas, a lenone manumissas, easque, quæ artem iudicram exercerifsent, vel filias eorum, qui ejusmodi artem fecissent *I. 44. pr. D. de rit. nupt. Dio Cass. 54. p. 532.* Quum enim iam M. Antonio hoc vitio datum fuerit, quod libertini factus esset gener. Cic. Philipp. II.

II. 2. multo minus dignum videbatur saculi Augustei felicitate, senatorium sanguinem ipsorum libertinorum, lenarum, ac meretum commixtione contaminati. Scenicas vero uxores, praeter artis infamiam, etiam id indignas senatoris nuptiis reddebat (n), quod pleraque simul curtissimis se libidinibus in ipsa scena profliguerent, quemadmodum ex Plauti *prælogo Cœsin.* ostendit Lephius *Elegia.* l. 11. Rem omnem accuratius exposuimus in *Comment.* ad *L. Jul. & Pap. Popp. Lib. 2. Cap. 1.*

§. 36. Ad reliquos quod attinet ingenuos, licet iis libertinas UXORES ducere per legem Papiam Poppeam. l. 22. D. de ritu nupt. l. 15. C. de nupt. Quod ideo receptum, quia tum major erat libertina-

(n) Eam legem Iatius interpretatus D. Marcus, nuptiles Senatorum cum feminis ejusmodi non solum injurias, verum etiam irritas, esse jussit, cuius SC. mentio fit. l. 16. D. de sponsal. Et hinc inter Senatorem, & ejusmodi nuptias esse negantur. l. 42. §. 1. D. de ritu nupt. adeo, ut hac ne quidem uxores siant. l. 34. §. 3. sed. sed statim sint dimicenda. l. 43. §. 10. D. sed. Que omnia ex hoc SC. esse, sat's constat. Postea Constantinus M. hanc legem non solum a senatoribus, sed & ab aliis perfectissimis servari voluit. l. 1. C. de nupt. l. (Falso enim in textu legitur *senatoris*, sive PRÆFECTI Pro PERFECTI). Quam legem per omnia firmavit Marcellianus Imp. l. 7. C. de inst. & inst. nupt. Noy. Marcellian. post. Cod. Tit. 4. At sublata demum illa est per l. 23. C. de nupt. non a Justiniano quidem, ut inscriptio prae se fert, sed a Justino, quem Justinianus, tum adhuc Nobilissimum Cesar, ad edendum istam constitutionem induxerat, quia ipse cum Theodora, muliere scenica, & parum integre fama, nuptias affectabat. Procop. *Anedot.* p. 45. & ibi Nic. Alamannus. Ipse Justinianus paulo post ea de re aliquoties cum ad SS. Episcopos, cum ad magnificatus, rescripsit. l. 33. C. de episc. audien. Noyell. 39. 15. 117. 6. 78. 3. 51. Vid. Nic. Alamann. Not. ad Procop. *Anedot.* 41. & *Comment.* noster. ad *L. Jul. & Pap. Lib. 2. cap. 2.*

tinatum, quam ingenuarunt, copia . Dio Clas. Hist.  
54. p. 531. Quo sit, ut & vetera marmora sepe me-  
mimerint conjugii civium cum libertabus . Reinel.  
*Inscr.* p. 759. 131.

## D. M.

C. SALVIUS. RESTITUTVS. FECIT.  
SIBI. ET.

SALVIAE. NYMPHIDIAE.  
LIBERTAE. SVAE. ET. CONIVGI.  
OPTIMAE. B. M. DE. SE. ET.  
NICERO. L. L. Q. S. P. Q. S.

Et alibi p. 760.

## D. M.

SEPTIMIAE.  
TYCHAE. QVAE.  
VIXIT. ANNIS.  
XXXVI. SEPTI-  
MIVS. JULIA-  
NVS. CONIV-  
GI. ET. LIBERT.  
KARISSIMAE.

Addo p. 772. Grut. *Inscript.* p. 567. 8. 935. 4. 940.  
4. 957. 7. in quibus sepe laudantur LIBERTAE.  
ET. CONIVGES. OPTIMAE. BENEQUE. ME-  
RENTES. KARISSIMAE. FIDELEISSIMAE. DVL-  
CISSIMAE. AMANTISSIMAE. DVLCISSIMAE. A-  
MANTISSIMAE. INCOMPARABILES . Prohibita  
tamen manserunt nuptiae inter libertum & patronam ,  
patronive uxorem , vel filiam , quas affectantes liberti  
& damnatione ad metalla puniebantur , nisi patronus  
effet vilioris conditionis , l. 13. D. de rit. nupt.  
Paull. *Recept.* Sent. 2. 19. 7. Et hinc rarissimi exem-  
pli est , *inscriptio* apud Fabretum pag. 289. IV-  
NIAE. FESTIVAE. PATRONAE. ET. VXORI-  
KARISS. C. IVNIUS. MERCVRIVS. Cui tamen  
similes deprehendisse mihi videor apud Guter. *Inscr.*  
p. 582. & Reinel. *Inscr.* Clas. 12. 24. Sed quamvis  
lex Papia permitteret , ut libertinae ducerentur uxori-

res: non poterant tamen duci LENÆ, A LENONE  
LENAVE MANUMISSÆ, AUT IN ADULTERIO  
DEPREHENSÆ, QUÆVE ARTEM LUDICRAM  
FACERENT, FECISSENT. l. 43. D. de rit. nupt.

§. 37. Pierique existimant, eadem lege Papia Poppæa prohibitas nuptiæ sexagenariorum masculorum, & quinquagenariarum feminarum, idque colligunt ex fragmento Senecæ apud Laetant. Inst. Divin. I. 16. Ulpian. Fragn. 16. 1. & 1. 27. C. de nupt. Quibus auctoritatibus commotus Jac. Gothofredus hoc caput legis Papiae Poppææ commentus est: SEXAGENARIO MASCULO, QVINQVAGENARIAE FEMINAE NVPTIAS CONTRAHERE IVS NE ESTO. Jac. Gothofr. ad leg. Pap. Popp. 2. Sed luculenter cœvicit V. C. Jac. Perizonius Diff. ad Leg. Focon. p. 153. sequ. caput illud de sexagenariis & quinquagenariis non esse ex lege Papia Poppæa, sed ex Senatusconsulto quodam, facto temporibus Tiberii. Res patet ex luculento loco Sueton. Claud. 23. Capiti Papiae Poppææ legis, a Tiberio Casare, quasi sexagenarii generare non possent, addito, abrogavit. Mirum quidem in turbando hoc Suetonii loco est criticorum follertia ('): sed constanter hanc lectionem præferunt meliores codices, nec ipse sensus ullam postulat emendationem. Optimus Suetonii interpres est Ulpianus Fragn. 16. 3. ubi jureconsultus: Qui, inquit, intra sexagesimum, vel, quæ intra quinquaginta annum, neutri legi paruerit, licet ipsis LEGIBUS post hanc etatem liberatus esset, perpetuis tamen panis tenebitur ex SC. PERNICIANO. Sed CLAU-

(') Cujacius, & Torrentius plane efficiunt Tiberium, & locum ita resinguunt: Capiti Papiae Poppææ legis, quasi sexagenarii generare non possent, editio abrogavit. Pulmannus pro editio habet editio. Jac. Gothofredus Not. ad Leg. Pap. Popp. reliqua admittit, sed pro editio legi juber edantio. Ast nullam harum emendationum vel textus admittit, vel accuratiores Codices, qui teste Cassubono præscrunt; addito abrogavit, vel quantivis presili locus Ulpiani, ut in sequentibus adaptabat.

**CLAUDIANO SENATUSCONSULTO** major sexagenario, si minoren quinquagenaria duxerit, perinde habebitur, ac si minor sexaginta annorum duxisset uxorem. Et paucis interiectis: Quod si major quinquagenaria minori sexagenario nupserit: impar matrimonium adverbatur, & SC. **CALVITIANO** caveretur, non proficere ad capienda hereditates, & legatas docebat. Itaque mortua muliere dos caduca erit. Ex his ergo locis egregia lux adfunditur Suetonio. Dicimus enim 1. quid in lege Papia Poppaea de sexagenariis & quinquagenariis fuerit cautum, ut huius, sexagenarios masculos & quinquagenarias mulieres, ob etatem a penis legis liberos, liberasve fore. Dicimus 2. quid addiceret huic capituli Tiberius. Quam enim animadvertisset, mulcos ad hanc etatem pervenire, qui legi numquam ante paruisse, statuit, ut sexagenariorum & quinquageniarum nuptiae non quidem essent irritae, sed nihil tamquam ad effugendas celibatus penas proficerent. Id quod sanctum est SC. **PERNICIANO**, vel, ut Cl. Perizonius p. 156. mavult, **PERSICIANO**, ita dicto a Paulo Fabio Persico, qui tertio ante excessum Tiberii anno Consul fuit cum L. Vitellio (p.). Dicimus 3. qua in re **CLAUDIUS** Tiberii legi obrogaverit. Perpetuis enim penis illis eximit sexagenarios, dummodo quinquagenariis ducillente minores, quandoquidem ex qualitermodi maternis proles adhuc sperari poterat. Denique & hoc 4. inde dicimus, postremo accessisse SC. **CALVITIANUM**, vel, ut Perizonius, **CALVSIANUM** (q), quo cautum, ut quod semi masculo, ducenti juvenculam, dedisset SC. **Claudianum**, non item.

(p) Ille sane Falinus plerisque **persicis** non addito nomine gentili appellatur. Vid. Seneca de Benef. 2. 21. & lapis apud Gruter. Inscript. p. 700. NON. MAGIS. POENITENDI. SVNT. SENATORES. QUAM. POENITET. PERSICVM. NOB. VIRVM. AMICVM. MEVM. INTERIMAGINES. MAIORVM. ALLOBROGICI. NOMEN. LEGERE.

(q) Nullus in fasibus post Claudi tempora occurrerat Cal.

item valeret de nuptiis venire cum viro juvene ,  
quippe nullam spem prolis facturis . Sed & haec ju-  
ra una litura delevit Justinianus l. 27. c. de nupt.  
Vid. Comment. nosfr. ad l. Jul. & Pap. Lib. 2. Cap. 3.

S. 38. Si quas personas uxores ducere haud possent  
Romani : eas tamen CONCUBINAS habere poter-  
rant. l. 1. §. 2. D. de concubin. Concubinatus enim  
per leges nomen adsumserat. l. 3. S. 1. eod. vi per  
iuris, pro lege habebatur, teste Clem. Alex. Pa-  
dag. 3. 3. Illum enim eum idem sapien-  
tes leges permittunt, Id. ibid. Leges nimirum Julia,  
& Papia Poppea, quas non iuribus vel leges esse  
dictas jam Lepidus Excess. ad Tacit. Ann. 3. lit. c.  
observavit. Ante celeberrimam sane illam legem con-  
cubina, & pellei pari passu ambulabant, nec alte-  
ra altera erat honestior : post illam autem pellei er-  
rat, que cum aliquo, cui uxor erat, corpus mis-  
cebat ; que autem, cum aliquo, cui uxor non es-  
set, vivebat, ea honestiore nomine vocabatur ani-  
ta, vel contubina, l. 144. D. de V. S. convictrix,  
Grut. p. 795. 8. phanta in sibipos, Id. p. 780. 9.  
uxor gratuita, id est, que per coemissionem haud  
convenierat in manum, Idem p. 806. 21. fidelis-  
tia, Grut. p. 602. 5. amica, cum qua quis sine  
mendacio vivebat, l. 35. D. de aux. arg. mund. leg.  
Hinc honestum ex eo tempore erat concubinare no-  
men, l. 144. D. de V. S. licita cum ea consuetudo  
l. 5. c. ad SC. Orphis. adeo ut ab uxore solo dele-  
ctu, & animi destinatione, Paul. Rec. Sent. 2. 20.  
2. & dignitate differret, l. 49. S. 4. D. de legat. 3.  
Immo uxoris loco haberetur. l. 144. de V. S. tamen  
huc conjunctio dici non poterat legitima, quia lex  
concubinas habere permettebat, non tamen initam  
cum iis consuetudinem eadem efficta habere parieba-  
tur, que tribuit matrimonio. Id quod contra Cui-  
cium recte docuit Em. Merill. Obs. 3. 15. & Variant.  
Cujac. 1. 34.

§. 39.

Calvitias : at sub Neronc & sequentibus Imperatoribus  
multi laudantur Calvissi.

**S. 39.** In concubinatu vero esse poterat, quæunque nos poterat esse uxor, vel in quam stuprum non committebatur. *I. i. S. 1. D. de concub.* Quod tamen recte intelligendum. Non enim quas honestas, & jus illud, quod impressum mentibus nostris circumserimus, a toro virorum arcebant, cum iis concubinatum inter licebat, uti sibi persuasit Cujacius *obs. 5. 6.* sed cum illis tamquam, quæ per leges mere civiles uxores esse non poterant. Hinc fas erat ingenuo concubinam habere, judicio publico damnataam, *I. i. S. 2. D. de concub.* mulierem quæstuantur am. *I. 16. D. de his,* quæ ut indigna obscuro loco natam, *I. 3. pr. D. de concub.* ancillam *I. 38. pr. D. de rob. adl. ind. poss.* mulierum provincialem, in qua quis officium administrabat, *I. 5. D. de concub.* etiam senem, & cuiuscumque ætatis, modo posset virilis patientia legem accipere. *I. i. S. 4. ead.* At non poterat quis in concubinatu habere feminam quamcumque, si haberet justam uxorem. Paul. Rec. Sent. 2. 20. *I. i. ult. S. 2. de divor.* Multo minus plures final concubinas habere licebat, quia semper infamis Romanis videbatur vita, inter supra concubinarum, & oscula, vel mollia concubinarum & spaudorum agmina, transacta, qualemin Sophonio Tigellino & Fabio Valente reprehendit Tacit. Hist. I. 72. 3. 20. in Commodo Imperatore Æl. Spartian. Vit. Com. Cap. 5. Et Justinianus mulieres, quæ uni vita corpora præbent eodem tempore, non concubinas, sed prostitutionem dicendas, indignisque coconcubinum juribus judicent. Nov. 18. cap. 5. Minime omnium inter eas personas honestus erat concubinus, quis sanguinis propinquitas, vel affinitas & matrimonio arcebat, ut pafin docet Ulpianus *I. i. S. 3. D. de concub.* *I. 56. D. de R. N.*

**S. 40.** Sed adjecimus tamen, ne tunc quidem locum concubinatu fuisse, si femina esset talis, ut iam stuprum committeretur. Stuprum vero committitur in virginem, vel viduam ingenuam, vitæque integrum: *I. 6. S. 1. D. ad 1. Jul. de adult.* non autem in obscuro loco natam, ludionis, lenonis, acuarii filiam, vel quæ quæstum corpore fecerat *I. 3.*

pr. D. de concub. Unic & Ovidio de arte amandi l.  
v. 30. amplexus hujusmodi multicularum sunt *Venus rusa*, & *concessa furtæ*, quia qui cum tali feminis rem habuerat, stupri reus haud erat ex Leg. Julia de adulteriis. Hæc ergo & in concubinari esse poterat; non feminine ingenuæ & honestiores. Hiac, si he cum viris essent, aut uxores præsumebantur, aut stupri reus uterque erat, si se negaret vivere in matrimonio, nec tamen mulier testationem interposuisset, se sua sponte in concubinatur, vivere l. 3. pr. D. de concub. Cui legi male vulgo obverti l. 24. D. de R. N. & l. 31. pr. C. de donis, satis perspicue ostendimus in Comment. ad Leg. Jul. & Pap. Popp. Lib. 1. c. 4. p. 172. sequi.

S. 41. Quanvis autem & licita, nec inhonestata Romanis videretur hæc consuetudo, ac vere inequale esset matrimonium: L. 3. C. de natur. lib. tamen nec ipse concubinae uxorum dignitate & juribus fruebantur, nec liberi inde nati legitimi erant, sed naturales, quorum de conditione supra Tis. 10. quedam notavimus. Hinc & ii fere, qui jam ex iusto matrimonio liberos procreant, patriæque & Priamo fecerant satis, concubinam solebant in lectum adsciscere, ne liberis induceret novercam, spemque hereditatis iis, nihil tale meritis, interverterent. Sic Vespasianus Imp. post uxoris excessum Cæniden, Antonia liberum, revocavit in contubernium, & pene justa uxoris loco, id est, in concubinatu habuit. Suet. Vesp. 3. Idem fecit Antoninus Pius, Jul. Capitol. Vir Anton. cap. 8. idem & Marcus Antoninus recti exempli imperator, qui, amissa uxore, concubinam sibi adscivit, procuratoris sui filiam, ne tot liberis novercam superduceret. Id. Vit. Marci cap. 29.

S. 42. Talis utique fuit veterum Romanorum concubinatus. Unde ii cum larvis pugnant, qui audito concubinæ vocabulo, statim sibi aut prostibulum aliquod, aut plane pellicem, animo concipiunt. Id vero non magis verum est, quam si quis idem iudicium ferendum putaret de uxoribus ad morganaticam, quas Principes, & viri illustres ea lege adsumunt in

torum, ut nec ipse mariti dignitate, nec liberi te-  
liquorum liberorum iuribus, truantur. 2. *End.* 29.  
His uxoribus per omnia fere similes erant concubinae  
Romahorum, postquam *nos*, & lex *maculosum edo-*  
*muerat nefas*, & Augustus concubinatum a pellitur  
fecreverat.

S. 43. At iste concubinatus paullatim evanuit, post-  
quam Christiana pietate indignus videri coepit. Pri-  
mus eum subruere conatus est Constantinus M. sed  
ita ut obliqua quasi via procederet, nec, se id ag-  
re, pra se ferret. Quum enim ita inolevisset ista con-  
suetudo, ut impar sibi prope videretur ei abolende;  
id agebat potissimum, ut cives uxores, quam con-  
cubinas, habere malent. Hinc primo liberis naturalibus  
quidquam relinqui retinet, tenui colligimus ex *l. 1. c.*  
*Theod. de natur. lib.* Deinde ideo adinvenit legitimati-  
onem per subsequens matrimonium, non in futurum  
tamen valituran, ne parentibus occasio defessa signan-  
di tabular, & concubinas iustis sibi nuptiis jungandi.  
*Def. Herald. Rer. Quotid. T. 4. 2.* Denique ne viri  
dignitaribus fulgentes, alios exemplo corrumperent,  
durissimam illam *l. c. de nat. lib.* edidit, qua co-  
cubinas a viris illustribus, clarissimis, specabilibus,  
perfectissimis, haberet vetus. Nec successus forsitan de-  
fuisset illis Constantini M. consiliis, si successoribus  
ista potuisset probare. Sed hi faciliter tulerunt con-  
cubinarum, adeo ut nulla eorum constitutio, isti con-  
junctioni apposita, in codicem relata sit a Justiniano,  
sed hic ipse potius concubinatum adhuc licetam vo-  
carit *consuetudinem l. 5. c. ad SC. Orphir.* in eaque  
*caste vivi posse scriperit.* *Nov. 13. cap. 5.* Primus  
ergo in Oriente eum subraisse videretur Leo Sapientia.  
*Nov. Leon. 91.* In Occidente eum multo diutius man-  
fuisse, satis ostendunt leges veteres Francorum, Longo-  
bardorum, Germanorum, de quibus fusus a nobis &  
etum in *Elementis juris Germanici*.

S. 44. In titulo de auptiis accuratiis egimus de  
diversis ritibus nuptiarum per CONFARREATIO-  
NEM, COEMITIONEM, & USUM, deque po-  
testate maritorum in uxores; de quibus multa potius  
quam

quam optima collegit Carolus Sigenius de *antiquo iure civ. Rom.* 1. Quare de DIVORTIIS tantum nonnulla adjiciemus, maxime quum eam doctrinam in Institutionibus suis prætermisserit Justinianus. Divortium maritis quidem permiserat Romulus, at non uxoris, ut tradit Plutarch. *Vit. Romuli* p. 39. Sed nec illis quidem, eodem teste Plutarcho, sine causa fontica licebat uxoris mittere nuncium, verum si constaret, eas aut stuprum esse passas, aut venenum parasse, aut liberos, clavesve subiecisse. Forsitan & temulenta inter causas divortii fonticas fuit, quippe quam maritus, causa cum cognatis cognita, severo vindicare in uxore consueverat. Dionys. Hal. 2. p. 96. Eadem lex deinde migrasse videtur in duodecim tabulas, secundum quas, addita causa, justum fieri potuisse divortium, colligitur ex l. 43. D. ad Leg. Jul. de auct. & præcipue ex loco Ciceronis Philipp. 2. 28. *Nolite, nolite querere: frangi factus est: nimam illum suam suas res sibi habere iussit*, ex 12. Tabulari causam addidit, exegit. Quanvis enim hoc causam addidit suspectum videatur P. Victorio Var. Lett. 2. 2. & Mur. Var. Lett. 9. 8. & quidem ob locum Nonni 4. 152. in quo legitur: *claves admisit, forsque exegit.* Grammaticos tamen saepe ex auctoribus fragmenta non integri sensus exscribere, & hinc emendationem auctorum ex fragmentis illis periculosa semper esse, predenter monuit eruditissimus Perizonius *Animadu.* Hist. cap. 9. p. 371. sequ. Utcumque series habeat, videtur sane lex 12. Tabularum non promiscue, ac sine causa concessisse repudium, siquidem veteres auctores saepe ejusmodi causarum meminerunt (r). Nævius apud Festum *roce fonticum.* p. 441.

Son-

(r) Non solebat antiquitus uxori dari repudium, nisi causa cognita in concilio cogensitorum. Val. Maxim. 2. 1. 4. & 8. Quia iuxjurandum praetari solebat iubentibus censoribus, divortium ex justa causa esse factum. Gell. 17. 21. Solebant præterea illa causæ, ipsumque factum divortium in acta referri. Seneca de Benef. 3. 16. Quia Hein. Antiq. Rom. T. I.

Sonticam esse oportet causam, quamobrem perdas  
mylierem.

Et Varro apud Non. 2. 73. Tenerere est ire. Varro te  
naturis non tamen: A se, annos multos quod parere  
non posset, eam tenerere foras iussit. Si sine justa &  
sontica causa factum a marito erat divortium, Ro-  
mulus, teste Plutarcho sanxerat, tunc uicar autem non  
populi tunc pluvia viris, ne dicitur Anquintius ipsi, ut  
eius bona partim cederent uxori, parsim Cereri sacra-  
essint. *Vit. Romul.* p. 39.

S. 45. Aut quamvis divortia viris permitterent le-  
ges: non tamen ullum Romae existit exemplum ante  
annum ab U. C. circiter quingentesimum, quo pri-  
mus uxorem ob sterilitatem dimisit Sp. Carvilius Ru-  
ga. Dionys. Halic. *Ans. Rom.* 2. p. 96. Plutarch.  
*Romul.* p. 39. & in *Numa* p. 77. Valer. Max. 2. 1.  
4. Gell. Noñl. Att. 4. 3. Aut postea frequentissima  
Romæ fuere divortia, & quidem non solum ob cau-  
fas alicujus momenti, veluti sterilitatem, L. 60. l.  
62. D. de donat. *int. vir.* & *ux.* Suet. Ner. cap. 35.  
simultates cum socris, Sueton. *Ang.* cap. 62. morum  
peruersitatem, idem *ibid.* cap. 62. impudicitiam, Plu-  
tarch. *in vit. Caton.* p. 770. & Pompej. p. 623. Sueton.  
*Vit. Claud.* cap. 7. 26. verum etiam ob cauñas  
levissimas. Facile enim, vel ob levem tantum sus-  
picionem, domo ejiciebatur uxor, quamvis innocen-  
tissima. Papiriam sane quum dimitteret Paullus Æ-  
milius, mirantibus amicis, & causam querentibus,  
nullam certam attulit, sed se tamen ab ea le-  
sum, significavit. Plutarch. *Vit. L. Paulli* p. 257.  
*Tom.* I. Nonnumquam causa interferebatur quidem,  
sed levis, & quæ vix mereri videbatur tantam anti-  
madversionem. Sic C. Sulpicius Gallus extrusit uxo-  
rem, quod foris nudo capite versata esset: Q. Anti-  
stius Vetus, quod cum libertina vulgari secreto collo-

ca-

---

vero nulla sine divortio acta sunt, quod sepe audiebant  
facere dicerent. Addit. Lips. ad Tacit. *Ann.* 5. p. 251.

cuta: P. Sempronius Sophus, quod ludos spectasset, se ignorantem. Val. Max. 6. 3. 10. seq. Cicero ipse (at quam honestatis studiosus?) Tertium obæs alienum nova dote ex solvendum: & Publiliam, quod Tulliae morti letari visa esset, domo exegit. Plutarch. Vit. Ciceron. p. 881. Tomo I. Alii propter senectutem abiecabant uxores: l. 62. de don. inter vir. & ux. alii quia jam cum alia fuerat transactum. Quo pertinet illa Juvenalis Sat. 6. v. 147.

- - - Exi

Ocyus, & propera, siccò venit altera neso.

Immo quum dimissa ob mores graviores uxore, matritus dotem lucratetur, siebat aliquando, ut viri data opera male moratas dominum ducerent, cummodo bene dotatæ essent. Sic. C. Titinius Minturnensis, Fanum uxorem impudicam de industria duxerat, ut eo crimine repudiata dote spoliaret. Quod exemplum, latamque a C. Mario sententiam referunt Plutarch. in vita Marii p. 247. & Valer. Max. 8. 2. 3. Denique etiam nonnumquam bona gratia a se invicem discedebant conjuges, & tunc plerunque uxor non solum dotem recipiebat, sed & dona, & munera, a marito data, lucrabatur. Unde Ovid. de Remediis Amoris, v. 669. sequi.

Tutius est, aptumque magis DISCEDERE PACE,

Quam petere a thalamis litigiosa foro.

Munera, quæ dederas, habeat sine lite iubato,

Esse solent magno damna minora bono.

§. 46. Ceterum quum olim maritis tantum jus esset dimittendi uxores, ceu ex Romuli lege observavit Plutarchus in Vita Romuli pag. 39. idque jus adhuc vigeret temporibus Plauti, ceu ex ejus Mercator. Att. 4. Scen. 6. constat: postea etiam uxores cooperunt a viris divertere, idque tam frequenter, ut graviter scribar Seneca de Benef. 3. 16. Numquid jam illa repudio erubescit, postquam illustres quadam, & nobiles feminæ non consulum numero, sed maritorum, annos suos computant, & exequunt matrimonii causâ, nubunt repudiat? Et Juvenal. Sat. 6. v. 20.

*Sic fiunt oīo mariti  
Quinque per autumnos.*

*Et Martialis. Epigr. 6. 7.*

*Aut minus, aut certe non plus, trigesima lux est  
Et nubit decimo jam Thelstina vivo.  
Quae nubit roses, non nubit, adultera lege est,  
Offendar moechia simpliciore minus.*

Nec gravioribus opus erat caussis, si uxor a marito, quam si hic ab illa, se se jungaret. Sæpius enim & mulieres sine caussa divorcebant a viris. Exemplum habes in Ciceronis Epist. ad Fam. 8. 7; ubi Cælius ad Ciceronem: *Paulla Valeria, soror Triarii, divorceum sine causa, quo die vir e provincia venturus erat, fecit. Nuptura est D. Brutus.* Soli libertæ non licebat per legem Papiam Poppæam a patrono discedere, cui erat matrimonio copulata, cœu ipsa legitima verba docent, quæ servavit Ulpianus *I. tit. D. de divorciis.* quaque diligentius interpretati sumus in Comment. ad L. Jul. Pap. & Popp. Lib. 2. Cap. 12. p. 244.

S. 47. Fiebat ɔltm divortium non sine solemnitate. Quemadmodum enim uxores in manum conveniebant per confarreatiōnem: ita se jungabantur alio sacrificio, quod DIFFARREATIO appellabatur. Fest. voce diffarreatio p. 280. DIFFARREATIO genus sacrificii, quo inter virum, & mulierem siebat dissolutio. Dista diffarreatio, quia siebat farres libo exhibito. In usu erat hoc sacrificium adhuc Plutarchi ætate, quoties inter flaminem Dialem, & flaminicam siebat discidium nupiliarum. Quum enim antea flaminibus nefas esset, uxores a se dimittere: rescripto id primus permisit Domitianus, teste eodem Plutarch. *Quæst. R. p. 276. Tom. 2.* Qui & hæc addit: *ω δε τοις παρηγόντες τη τε γάμου δικαιοσυνη, πολλα σεραδεις η αδόντα, η εὐθύπα σπέντε.* At sacerdotes reliqui, qui interfuerunt, quum ejusmodi matrimonium dissolvetur, multa horrenda, inaudita & tristia fecerunt. Unde patet, triste admodum ac mali omnis fuisse.

fuisse hoc diffarreationis sacrificium, in quo multos ritus ac ceremonias tristiores adhiberi oportuerit. Coemtione contracte nuptiæ REMANCIPIATIONE solute videntur Jac. Rovardo, *de Leg. 12. Tab. 22. pag. 99. seq. Tom. 1. Oper.* Praterquam enim quod nihil tam naturale est, quam unumquodque eo modo dissolvi, quo colligatum est, *I. 35. D. de reg. iur. omniaque, quæ in jure contrahuntur, contrario jure pereant: I. 100. D. eod. remancipationis hujusmodi disertis verbis meminit Feitus voce remancipatam p. 493.* Remancipatam Gallas Aelius esse ait, que mancipata sit ab eo, cui in manum concenerat. Ita sane Caronem Uticensim uxorem Marciam, praesentem despontissim Hortensio, refert Plutarch. *in Caione. p. 77 I. Tom. 1.* Et Tiberium Neronom Liviam uxorem etiam prægnantem Augusto cessisse, ex Tacit. *Ann. 5. 1. & Dionis Lib. 48. p. 383.* novimus. Id quod remancipationis ritu factum esse, non dubitaverim. Convenisse enim Liviam in manum, ex verbis Dionis, colligas: *Εἰδεντοι δια τὴν γάμου μάρτυραν ὁ θεός, ἀργούσην τοις νεαροῖς.* Elocavit illam ipse maritus, tanquam filiam. Usu denique qualita uxor, si veller a viro divertere, usurpatione rescindebat matrimonium, si nondum circumacto anno, a viro trinoctium absuisset. Gell. *Noct. Att. 3. 2.* Macrob. *Saturn. 1. 3.*

§. 43. At postea invaluit, ut, paucioribus adhibitis ceremoniis, quæ legitime observationis vocabulo veniant in *I. 35. D. de don. int. vir. & uxor.* dissoluerentur matrimonia, quas summatum recentebimus. Primo constringebantur tabulae dotalis, ut patet ex Tacito *Ann. 11. 30.* & Scholiasta Juvenalis *ad Sat. 9. v. 75.* Deinde adimebantur claves. Quemadmodum enim novæ nuptiæ, ingressæ domum mariti, claves in signum communicati cum ea dominii tradebantur: Barn. *Briffon. de rite nupt. pag. 232.* ita, clavibus ademis, dirimebantur coemtia. Cic. *Philipp. 2. 28.* Petr. *Victor. Var. Lett. 2. 2.* Tum porro dicebantur solemnia verba. His enim omnino opus fuisse, vel inde patet, quod Cicero *de Orat. 1. 40.* ait: *Certis quibusdam VERBIS, non novis nuptiis, fieri cum superiori divorzium.* Verba vero

illa haec erant: RES TUAS TIBI HABETO. VEL TUAS RES TIBI AGITO, l. 2. §. 1. D. de divorc. Barn. Brisson. de Form. 8. p. 722. eaque pronunciare solebat libertus. L. 9. D. de divorc. Juvenal. Sat. 6. v. 145.

*Collige sarcinulas, dicer LIBERTUS, & EXI:  
Jam gravis es nobis, & sepe emungeris, EXI.  
Ocyus, & propera, siccō venit altera nasi.*

Solabant ergo nuncium mittere coniugi, eaque specie-  
tum dicebatur renuntiatio matrimonii. Immo & libel-  
lus dabatur, cui eadem procul dubio verba inscripta.  
Quo libello jam oblato, locus quidem erat paeniten-  
tiae, si consux repudiatus consentiret: l. 7. D. de di-  
vort. non si huic placeret conditio. Tunc enim disso-  
lutum censembar matrimonium, libello etiam noxi-  
dum tradito. L. 6. C. de repud. Car. Sigon. de anti-  
quo iure civ. Rom. 1. 9. p. 132. Denique Augustus  
( qui & alias divorciis modum imposuit, teste Sue-  
tor. Olev. 34. ) lege Julia de adulteriis cavit, ut di-  
vorticium fieret, adhibitis prater libertum septem testi-  
bus, civibus Romanis, pauperibus: alias pro irrio  
haberetur. L. 9. D. de divorc. Barn. Brisson. ad Leg.  
Jsl. de adult. 28. p. 123.

§. 49. Sed haec omnia ad *divortium*, inter conju-  
ges pertinent. Laius patebat REPUDIUM, quod et-  
iam sponsus sponsa, vel haec illi date solebat. Paulus l. 191. D. de Verb. signif. Inter divortium & re-  
pudium hoc interest, quod repudiari etiam futurum  
matrimonium potest: non resle autem sponsa divortisse  
dicitur. Et Modestinus l. 101. §. 1. D. eod. Divor-  
tium inter virum & uxorem sicut dicitur; repudium  
vero sponsa remitti videtur: quod & in uxoris per-  
sonam non absurde cadit. In repudio sponsa mittere  
solemnia erant verba: TUA CONDITIONE NON  
UTOR. l. 2. §. 2. D. de divorc. repud. Tantum autem  
abest, ut hic causa aliqua sonica opus esset, ut  
ex sponsalibus, quantumvis stipulatione firmatis, nul-  
la oriretur civilis actio, sed infinita esset repudiorum  
licentia. L. 1. C. de sponsal. l. 2. §. 1. 2. D. de di-  
vort.

port. l. 2. c. de repud. l. 2. c. de iniustil. stipul. Nec contrarium evincitur ex loco Ser. Sulpicij apud Gell. Noch. Att. 4. 4. Actio enim illa ex sponsu , cuius ibi meminit Sulpicius, non ad Romanos , sed Latii incolas, pertinebat. Attamen & ab orbis Romani incolis certas repudii caussas observari voluerunt Theodosius , & Valentin. l. 8. c. de repud. & Justinianus l. 10. 11. c. eod.

§. 50. Sufficient haec de tertio jure Quiritium , id est, de jure conubiorum . Quartum fuit PATRIUM , de quo tamen vix est , quod hic addamus , quum supra Lib. 1. Tit. 9. de patria potestate , civibus Romanis propria , accurate nos agere meminerimus , quemadmodum & de adoptione , legitimatione , emancipatione , aliisque , quae hic pertinent , ubetius suis locis differuimus. Idem de quinto dicendum . Quot modis enim jure Quiritium rerum adquiratur DOMINIUM , & quemam fuerint ejus dominii effecta , statim dicimus Lib. 2. Tit. 1. De sexto quoque , id est , de jure TESTAMENTORUM plenus agemus Lib. 2. Tit. 10. seq. De septimo , seu de jure HÆREDITATUM LEGITIMARUM Lib. 3. Tit. 1. & sequentibus. De octavo denique , id est , de USU CAPIONE Lib. 2. Tit. 6. plura monebimus , nihil ut hic de illis addendum præterea videatur . Progrediemur ergo ad ea jura civium Romanorum , quae ad jus publicum potius spectant , & κατ' ἄρχοντα CIVITATIS jura adpellantur .

§. 51. Prima civium Romanorum prerogativa , quæ ad jus publicum pertinet , est JUS CENSUJS . Census qualis Roma fuerit , & a quoniam sit institutus , diximus supra , ubi de capitibz diminutione actum est. Auctor nimirum hujus moris Servius Tullius , Rex , qui primus iussit cives omnes in sua quenque classe & centuria , daco iurejurando , apud eum , penes quem jus esset censendi populi , nomina sua , uxorum , liberorum , libertorum , servorumque suorum profiteri , prætereaque etatem omnium , regionem , quam habitarent , & fortunarum suarum estimationem deferre . Hoc autem jus censendi pri-  
M 4 po-

postremo censorum fuit. Quae omnia ideo instituta sunt, ut de civium, qui Anna ferre possent, numero, pecuniaeque magnitudine, qua belli sumus sustinentur, & totius reip. viribus tanto certius constaret. Unde de Servio Tullio Florus 1. 6. *Ab hoc populus Romanus relatus in censum, digestur in classes, curiis atque collegiis distributus, ut omnia patrimonii, dignitatis, aetatis, artium, officiorumque discrimina in tabulas referrentur, ac sic maxima civitas minime domus diligentia continerentur.*

S. 52. Quicunque jura nomina dabant censoribus, eaque inscribenda curabant talibus censualibus, eo ipso jus civitatis consequebantur, adeo ut & servi, non modo manumissi, verum etiam cives viderentur, si nomina, consentiente domino, profiterentur apud censores, ac deinde luctro intercesserent. Ulp. *Frags.* 1. 8. Cic. de *Orat.* 1. 40. Aet adultiore jam civitate, non promiscue omnibus licuit in tabulas censuales irretere. Quum enim plerique socii ac Latini nominis hoc modo jus civitatis furtim consequi studerent, nominibusque tabulis censualibus inscriptis, deinde Roman commigrarent: conquesti sunt anno U. C. 562. \*M. Æniilio & C. Flaminio Coss. legati sociorum Latin nominis, magnam multisitudinem civium suorum Roman commigrasse, & ibi censos esse. Quo intellecto Senatus Q. Terentio Culleoni, Praetori, negotium dabat, ut eos conquerireret, & quem C. Claudio, & M. Lvio Censoribus, postve eos Censores, ipsam parentemque ejus apud se censum, esse probassent, ut rendire eo cogeret, ubi censi essent. Liv. 39. 3. Quamvis ergo tunc ea conquisitione duodecim millia Latinorum domos redire cogerentur: paulo post tamen A. U. C. 576. iterum auditæ sunt legatione sociorum ac Latin nominis, conquerentium, cives sunt Romæ censos plerosque eo denigrare. Quod si permittatur, per paucis lustris futurum, ut deserta oppida, deserti agri, nullum militem dare possint. Re vero expensa paulo accuratius, prodiit edictum, qui soci ac nominis Latinis ipsi majoresque ipsorum, M. Claudio, T. Quintilio censoribus, posteaquam apud socios ac nominis Latinis censi essent, ut omnes iu  
suam

suem quisque civitatem, ante Kal. Nov. redirent. Liv. 41. 12. 13. seq. Id jus aliquamdiu viguit, siquidem & L. Postumium Consulem anno U. C. 580. pro coniunctione legitimus edixisse, ut, qui socium Latini nominis ex editio C. Claudii Cos. redire in civitates suas debuissent, ne quis eorum Roma, sed omnes in civitatibus suis, censerentur. Liv. 42. 10. Quum ne sic quidem fraudes iste impeditarentur: in eamdem sententiam anno 15CLVIII. a L. Licinio Crasso & Q. Mucio Scævola coll. Ita est lex *Licinia & Mucia*, ut socii & Latini nominis in sue quisque civitatis jus redigerentur (f). Verum ea lege ita alienati sunt animi principum Italicorum populorum, ut ea vel maxime causa fuerit confusati paullo post belli Italici. Cicero pro *Corn. Balbo* 21. de *offic.* 3. 11. pro *C. Corn. Frig.* p. 330. Alcon. Pædian. ad eam. orat. p. 1309.

§. 53.

(f) Existit etiam in eamdem rem lex quedam Papia, cuius disertis verbis incinuit Cicero pro *Balbo* 23. Valer. Max. 3. 4. 5. Unde fallitur Steph. Vin. Pighius, in *Observat. ad Valer. Max. 1. c.* qui hanc legem plane expoundendam putat. Nec minus errat Car. Sigan. de *antiquo iure Ital.* 3. 1. qui eamdem confundit cum lege Papia de *peregrinis*, de qua infra agimus. Hac enim lege non omnes peregrini ejicibantur, sed socii & Latini nominis, qui Romanam commigraverant, dominum redire jubebantur, cta exemplis a Valerio Maximo Cicerone adiatis patet. Quam vero lex *Claudia prima* fuisse videatur, qua ea de re actum est, eaque lata sit anno 15LXXVI, post legem vero *Liciniam Muciam*, latam anno 15CLVIII. statim bellum Marsicum exarcerit, quo composito dataque Latinis civitate, lege hujusmodi non amplius opus fuit, latam esse oportet hanc legem inter annum 15LXXI. & annum 15CLVIII. Quumque porro ex hac lege damnatus sit M. Perpennæ Cons. pater, idque factum sit brevi post mortem filii, quæ in annum 15XXIV. incidit: facile patet, non multum ante hunc annum legem hanc Papiam conditam esse. Vid. *Comment. nost. ad Leg. Tit. & Pap. Popp.* 1. 1. c. 1. p. 12. (Tom. 8. hujuscce Edit.)

M 5

§. 53. Quum vero censis fierent Romæ, oportebat cives, qui nomina fortunasque profiteri cuperent, eo commigrare. Hinc P. Scipio in oratione, quam censor ad populum habuit, inter alia, quæ contra majorum instituta fierent, etiam hoc reprehendit, quod absentes jubeantur censeri, ut ad censum nemini necesse sit venire. Gell. Noct. Attic. s. 49. In provinciis non census habebatur, sed siebat *professus censualis*, i.e. ult. C. sine censu vel reliq. Qua [de re] vetus fragmentum jureconsulti, quod ex codice Rumpfiano edidit Salmas. de mod. usur. 19. pag. 873. οὐτε τὰ πόλεις θεωρίαι μόνον ἀποτίμησιν ἀγράρια διδόνεται, ἐν δὲ ταῖς πόλεσιν αὐτογραφίαι γένεται. Que ita redduntur in fragmento Latino, quod edidit Pittacus: Sed in civitate tantum Romana censum agi declaratum est: in provinciis autem magis professionibus vivuntur. Ex quibus simul patet, qualis fuerit illa αὐτογραφή, cuius meminit Lucas 2. 1. Agebantur haec αὐτογραφή initio per Equites Romanos, ceu ex Grut. Insc. p. 55. 6. colligit Reinel. Insc. p. 171. Talis est LEG. AVG. CENSEBVS. ACCIPIENDIS. PER. HISPANIAM. CITERIOREM. apud Reinel. Insc. 2. 26. nec non DISPENSATOR. AD. CENSVS. PROV. LVGDVNENSIS. apud eundem Class. 9. 99. 99. Ab aliis auctoribus vocantur *censores*, veluti a Lactant. de Mort. persecu. cap. 23. quibus additos legimus ministros susceptores, dictor *Ducenarios*, horumque *adjutores*, itemque *scribas*, *chalcologos*, *accessos*, *compulsores*, de quibus apud Grut. Insc. p. 434. 3. & p. 403. 5. Reinel. Comm. ad Insc. p. 271. Postremis temporibus censorum munus personale, nec admodum honorificum fuisse, dicitimus ex L. 1. §. 2. 4. 17. §. 9. 16. D. de man. & honor. Per multum ergo inter censum urbanum & provincialem intererat. Quamvis enim etiam provinciales ille professions nonnumquam censis nomine veniant, ut vel ex Digestorum & codicis titulis de censibus & censoribus, nec non ex Lactant. de mort. persecutor. cap. 23. intelligimus; vel maxime tamen eo differebant, quod Romæ tantum censerentur cives, ut reipublicæ virtus ciuiumque facultates paterent, ac deinde veteri ritu

Iustrum accederet. In provinciis vero census novum odus, & nova tributa in-solum & capita adferebat. Ann. Marcellin. Hist. 19. 11. Post Antonini tamen Caracalle constitutionem supra explicatam parum inter censum professionemque provincialem videtur interfuisse. Lustralis enim census iam a Vespasiani temporibus ab usu recesserat (†), teste Censorino de die Nat. c. 18. Ait non ideo etiam census Rone, & in provinciis obsolevit, qualem etiam Ulpiani tempore, licet sine iusto, conditum, ex multis juris nostri locis discimus.

S. 54. Quum vero olim censui Rone accedere consueverit *iustrum*: id quoque, quale fuerit, ex antiquitatibus Romanis viderur explicandum. Peracto scilicet censu populus jubebatur armatus adesse in campo Martio ubi iustrabatur, sue, ove & tauro, quae animalia ter circum exercitum agebantur ab iis, quibus essent faulsa nomina, Cie. de Divin. 1. 45. ac dein immolabantur Marti. Liv. 1. 44. Varro de re Rust. 2. 1. Dionyl. Halic. Ant. Rom. 4. p. 255. Unde & solenne istud sacrificium dictum SUOVETAVRILIA, a sue, ove & tauro, vel, ut alii malunt, SOLITAURILIA. Sed priorem vocis formam confirmat apid Grater. Inser. p. 127. 1. HVIVS OPER. PERFECTI CAVSSA. LVSTRVM. MISSVM. SVOVETAVRILIB. MAIORIBVS. Hujus iustri quum maxime habebant rationem jureconsulti, quum plerisque non a censu, sed a iusto potius, jura novorum civium Romanorum initium capere viderentur. Cicero de Orat. 1. 40. Hinc vetus fragmentum jureconsulti apud Pithœum: Magna tamen dissensio inter prudentes, utrum eo tempore vivet accipiant omnia, in quo iustum conditur? Existimant enim censum descendere ad diem iustri, non iustum decurrere ad diem cen-

---

(†) Lustralem tamen censum Rone egit Decius Imp. ut auctor est Trebell. Pollio Valerian. 1. & 2. Sed ultimum, ac longo repetitum intervallo fuisse illud exemplum, notat illic If. Casaubonus.

*census. Propterea quæsumus est, quia omnia censu aguntur, iustro confirmantur. Addc Cujac. Observ.*

3. 22.

§. 55. Quemadmodum vero census proprium *jus erat civium Romanorum*: ita & graviter animadvertebat in eos, qui illum subterfugissent, quippe quos, publicatis bonis, verberatos venisse, tradunt Dionys. Hal. 4. p. 221. Cic. pro A. Cacin. 24. Ulpian. *Iug. XI.* 11. Qua in re fictionem quimdam intercessisse, supra diximus, ad titulum de capitib[us] de minutione.

§. 56. Alterum *jus civitatis Romanae erat JUS MILITIAE*. Quum enim Romana militia lecta partim legionibus, partim auxiliis constaret: in legiones nemo jure adlegebatur, nisi civis Romanus. Immo nec cives quidem omnes idonei videbantur legionarii; sed oportebat hos esse ingenuos, & in quinque classibus censos. Unde excludabantur libertini, capite censi, histriones, ex qua hominum colluvie, non nisi cogente necessitate, & in re tuepida, legebantur milites, ut satis accurate docent Just. Lips. de Milit. Rom. 1. 2. p. 14. Carol. Sigon. de antiqua jure civ. Rom. 1. 15. p. 172. seq. ubi etiam rationem habendi delectum ex Polybio e regie explicant. Alii erant socii, qui olim ex Italib[us] & locis Latinis nominis, & posteaquam hi *jus civitatis imprebarant*, e provincialibus & exercitiis regum, sociorum populi Romani arcerebantur. Si qui ex aliis gentibus adsefererentur, ii levioris armatae dicebantur. Vid. Savil. de Milit. Rom. p. 334. sequ. Cives sacramento militari adstricti (cujus formula est apud Gell. 16. 4. ubi addendus Lips. de Milit. Rom. 1. 6. p. 45. seq.) taendu[m] militabant, donec vel missione five HONESTAM, five CAUSSARIAM impetrarent, vel IGNOMINIAE caussa ab exercitu abesse juberentur. Ista missio dabatur iis, qui vel legitima confecerant stipendia, vel maiores erant quinquaginta annis. Illa ob merbum affectamque valitudinem; haec ob crimina admissa dabatur: de quibus omnibus Sigon. L. v. p. 18. ipisque JCti ad ris. D. de re militari.

§. 57. Eninvero hec omnia mutata sunt, ex quo rem-

republican invaserant principes. Jam Augustus quod civibus modo, verum etiam Latinis & Italis, necessitatem milicie remiserat, inventra militia mercenaria, Herodian. *Hist.* 2. II. & ideo plerasque legiones conscriperat e provincialibus; prætorianas, & quæ ad urbis adhibebantur custodiam, ex Italibus. Schel. *Nat.* ad Hygin. de *castramet.* pag. 13. Idque eo magis invaluit post datam ab Antonino Caracalla orbis Romano civitatem. Ex eo enim tempore, quæ ante legiones ex Romanis tantum civibus, vel urbanis, vel Italiam provinciasve habitantibus, constabant, ea ex provincialibus plerumque deligebantur: quæ auxilia vero e sociis olim seu provincialibus atcessabantur, ea e nationibus barbaris, quæ vel pretio, vel sponte, in eam se militiam dabant, conscribebantur. Ez. Spanh. *Orb. Rom.* 2. 21. p. 349. Immo adeo a veteri instituto deiciverant Romani principes, ut postremis temporibus integras legiones e barbaris conscriberent. Talis est *legio Zianorum* apud Ammian. Marcell. 26. 1. *legio Gruthungorum* apud Claudian. in *Europ.* 4. 58. Immo talis magna pars exercitus Theodosiani, de cuius conditione & laxa disciplina queritur Zosim. *Hist.* 4. 30. & 31. Quo magis mirandum, prostituta barbaris militia, libertatem conditionis homines tam severè ab omni, etiam palatina militia exclusisse Valentinianum 3. Imp. 4. 3. C. *Theod. de libert.*

§. 58. Sequitur tertium, quod ad civitatem Romanam pertinuit, JUS TRIBUTORUM & VECTIGALIUM. *Tributum* erat pecunia, populo imperata, quæ tributum a singulis exigebatur. Quæ vero pecunia alio quocunque nomine pendenda erat, *vestigal* solebat appellari. Varro de *Ling. Lat.* 4. 16. p. 29. Sam. Petit. *Var. Lef.* 2. 1. Tributorum tria genera erant, unum, quod *in capita*, alterum quod *ex censu* conferrebatur, tertium quod imperatum extra ordinem, adeoque *temerarium* dictum. *Tributum in capita* (quod postea etiam *tributum capitale*, *capitulare*, ut & *pecunia pro capitibus*, dici coepit, teste Lindenbrogio ad Ammian. Marcell. p. 50.) sub primis Romanorum Regibus in usu fuit, adeo ut

ut quin regi opus esset pecunia aequo pauperes ac divites onere premerentur. Dionys. Halic. 4. p. 223. Invento autem censu, tributum illud capitis desit, civesque cooperant tributa conferre pro suo quisque censu, qua de re Livius 1. 43. Quadrifariam enim urbe divisa, regionibus collibusque, que habitantur partes, tribus eas adpellaveris, ut ego arbitror, a tributo, nam ejus quoque aequaliter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est. Tarquinius Superbus veterem tributa exigendi rationem restiuit; auxilique in tantum, ut pro suo quisque capite decen penderet denarios. Halic. 4. p. 245. Ejutato regno, Valerius Poplicola Servii institutum revocasse, cumque in finem Quæstores creasse, videtur. Immo pauperes, aliquandiu tributorum onere sunt exsoluti, donec decrevit Senatus anno U. C. 349. ut plebi, quæ co usque suis sumtibus militaverat, stipendum quotannis ex æario solveretur. Hoc enim facto coacti sunt omnes, tributum ex censu quotannis in stipendum militare conferre. Liv. 4. 59. 60. Hinc magna subinde certamina inter patres & plebem de conferendis tributis, quæ saepe a Tribunis impedita, saepe a Senatu remissa, nec raro ob necessitatem reipublicæ aucta sunt, ut refert Car. Sigon. de antiquo jure civ. Rom. I. 16. p. 197. seq. Quin indicta saepe tributa temeraria, propter periculi magnitudinem, veluti post urbem a Gallis captam, item bello Punico secundo, Valerio & M. Claudio Marcello coss. quando ipsæ matrone aurum & ornamenta sua conferre non dubitabant. Fest. voce tributum p. 469. Liv. 26. 36. Postremo annua tributa plane remissa sunt A. U. C. 676. postquam L. Paullus e præda Macedonica incredibilem viam aucti intulerat in æarium. Cic. de Offic. 2. 22. Plin. Hist. Nat. 30. 3. idque ad consulatum usque Hirtilii & Panæ mansisse, tradit Plutarchus Vit. Paull. p. 275. Tom. 1. Post ea tempora tributi collati frequentissima sit mentio, & sub Imperatoribus eores rediit, ut multa invenirentur nova tributa locupletando æario, & non solum provinciis a populo stipendia, a principe tributa imponerentur, Theoph.

§. 49. *Inst. de rer. divis.* Cujac. Obs. 7. 3. verum etiam durior subinde hac in re fieret conditio civium Romanorum.

§. 59. Diversa a tributis erant VECTIGALIA, Cujac. Obs. 7. 4. que vel portorii, vel decimarium & scripturae, vel salis, vel vicefinae nomine exigebantur. Portoria pecuniae erant, que portitoribus penderabantur, id est, iis, qui mercedes pro mercibus in portum, vel per pontem devehendis exigabant. Hist. Bell. Alex. 13. l. 67. §. 8. D. locat. conduit. Jul. Cæs. Bell. Gall. 3. princi. Sed illa portoria lege lata, civibus in urbe ac per Italiam remisit Q. Metellus Nepos, Dio Cass. 37. p. 57. Postea tamen peregrinarum mercium portoria denuo instituit Jul. Cæsar, teste Sueton. Inst. 43. Eaque diutissime exacta sunt sub Imperatoribus sequentibus, quippe que primum penitus remisisse legimus Helvium Pertinaceum, Herodian. Hist. 2. 4. quamvis illa restituta esse a successoribus, ex l. 21. pr. D. de dom. inter vir. & ux. intelligamus.

§. 60. Decimae exigebantur a civibus Romanis vel Latini nominis sociis, qui in Italia, aut extra illam publicos agros arabant. Id enim fiebat ea lege, ut frumenti decimas penderent. Sin vero quis silvis vel pascauis publicis hoc modo frueretur pecunia; que inde ad tempore publicam redibat, Script. appellari consuevit. Solebant scilicet Romani agros, hostibus bello ademtos, si culti essent, civibus; si inulti, Italicis hominibus per censores locare, ea lege, ut decimam frumenti, quintam reliquarum fructum praestarent; e pascauis vero certum penderent stipendum. Postea quam divites pleraque ad se rapuissent: A. U. C. 377. a C. Licinio Stolone lata est lex, ne quis plus quam quingenta jugera agri, censum pecoris majoris capiat, quingenta minoris possideret. Liv. 6. 37. 7. 16. Aurel. Victor. de vir. illustr. 20. Sed quam parum ea lex valuerit, vel inde patet, quod non multo post ipse ille Licinius Stolo a M. Popillio Lenate ex sua lege 10. millibus acriis est damnatus, quod M. iugiterum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset. Liv. 7. 16.

Hinc

Hinc eamdem legem postea A. U. C. 610. retulit Tiber. Sempronius Gracchus Trib. pl. cuius tamen sanctionem mox elusit Senatusconfalatum, quo agri vendi iussi sunt; unde denuo divitibus cesserunt folis. Quare denique Sp. Thorius, Trib. pl. lege lata sanxit, ne agri amplius dividerentur, sed possessores in iis relicti, vestigalia pro iis penderent, eaque pecunia plebi distribueretur. Cuius legis fragmenta ex antiqua tabula ænea edidit Carol. Sigon. *de antiquo jure Ital. 2. 2. p. 638*. Denique alias tribunus totum illud vestigal nova lege sustulit. Appian. *de Bello civ. 1. p. 366*. Quumque solus superesset ager Campanus, eum quoque divisi Jul. Cæsar Consul. Suet. *Jul. 20*. Unde ex eo tempore conquestus est Cicero, *Ep. ad Att. 2. 16*. *Portoriss Italia, agro Campano divisio, vestigal nullum superesse domesticum, præter vicem*.

§. 61. Tertium vestigalis genus ex sale redibat. Instituerant enim Romani post exactos statim Reges, ut sal non a privatis venderetur, sed minoris e publico acciperetur. Liv. 2. 9. Bello autem Punico secundo, vestigal novum a censoribus Claudio Nerone & Livio Salinatore, maxime tamen ab hoc, institutum ex salario annona (n), ut restitur Liv. 20. 37. Sal enim hi centores sextante Romæ; pluris in conciliabulis; & alibi alto pretio præbendum locaverunt, eoque novo vestigali locupletarunt aerarium. Sed & hoc vestigal demum ab usu recessit, ut pareat ex verbis Ciceronis paullo ante relatîs, quamvis, quo tempore id factum, haud adeo liquidum sit. Sigon. *de ant. jure civ. Rom. 1. 16. p. 207*.

§. 62. Diutius Roma in usu fuit quartum genus vestigalis, quod vicefima dictum. Ejus origo reseranda in annam U. C. 398. quo Cn. Manlius legem novo exemplo ad Sutrium in castris tributim de vi-

ces-

(n) Et inde alteri Censori Salinatoris cognomen hæsit. Errat ergo Balingr. *de Vestig. P. R. 15.* qui Salinatorem non introduxit, sed restituisse hoc vestigal existimat. Vid. V. C. Burmann. *de Vestig. P. R. 6. p. 116.*

cessima eorum, qui manumiscentur, tulit. Patres, quia ea lege hand parvum vestigial inopi arario esset, antores fuerunt. Liv. 7. 16. Quoties ergo servus manumiscebatur, vel herus, vel libertus pendebat vicesimam. Arrian. Diss. Epist. 2. 1. O'rae ἐν τοῖς  
τοῖς σπουδαῖς τοῖς δηλοῖς ἀποίνεται, τοῖς, ἵστοροῖς  
τοῖς δέσμοις τοῖς εἰστάτοις, ἀποδέσμοις τοῖς τοῖς  
τοῖς δέσμοις τοῖς εἰστάτοις. Quando quis servum suum apud  
Pratorum verit, num ista vertigine nihil egit?  
Enim vero egit aliquid. Quid autem? Servum suum  
verit apud Presorem. Numquid præterea? Inmo  
dum vicesima solvenda erit. Similis est locus apud  
cundem Arrian. Dissert. Epist. lib. 2. cap. 1. lib.  
3. c. 26. Tardius tamen ab Augusto id etiam ad ser-  
vos venales prolatum videtur, pro quibus vicesima  
quinta (x) pendenda erat ab emtore, si Tacito Ann.  
13. 31. finem habemus. Aurum vicesimarum in san-  
ctiore arario (y) ad ultimos reip. casus servari con-  
suevit. Liv. 27. 10.

S. 63. Oppressa per Principes republica, multa  
nova inventa sunt vestigalia, quibus locupletaretur  
ararium. Unde de Augusto Suet. 49. *Aerarium mi-*  
*litare cum vestigib[us] novis instituit*. Talis erat cen-  
tesima rerum venalium, quam A. U. C. 739. insti-  
tuerat Augustus, teste Dion. Cass. 55. p. 569. Quam-  
vis enim ibi tantum quinquagesima mancipiorum ve-  
nalium meincerit Dio; fieri tamen potuit, ut reli-  
quarum rerum venalium centesimam instituerit. E-  
ius enim mentionem facit Tacitus, additque ,  
hanc

(x) Tacit. Ann. 13. 31. hujus vicesimæ quintæ memi-  
nit. Sed ex Dionis Hisp. 55. p. 569. constat, Augustum,  
auctorem hujus vestigialis non quintam & vicesimam, sed  
quinquagesimam τὸ τέλος τῆς πατριωτῆς a servis venali-  
bus exegisse. Alterum ergo errasse dixi: nisi forte  
aliquis ex Augusti successoribus hoc vestigial auxerit.

(y) Huic vestigali colligendo præfectus aliquis fuit,  
qui appellabatur *Vicesimarius* vel *taxatorem*: si sequamur  
tmendationem in verbis fragmenti Traguriani Petronii,  
quam representat V. C. B. III. de Veti. P. R. 10. p. 191.

hanc centesimam Tiberium primum firmasse, Tacit. *Annal.* 1. 78. postea, ut populo aliquid daret, ducentesimam induxisse. Id. *Annal.* 2. 42. denique quum iterum in usum revocasset centesimam, eandem Italica remisisse Cajum Caligulam. Dio *Cass.* 59. p. 647. Ex quo loco patet, in Suetonii *Cal.* 16. auctore Caſaubono, reſcribendum eſſe: *Centesimum auctorium Italicæ remisit*, quum vulgo ibi legatur *ducentesimam*. Ceterum non aliud hoc erat vētigal, quam centesimus rerum in actione venalium numerus, qui interfabatur ærario militari, ut recte docet Lips. ad Tacit. *Annal.* 2. p. 104. seq. Sepiſſime tamen illius vētigalis quantitas videtur vel aucta, vel imminuta. Nam & quinquagesimæ fit mentio. Inimo Theodosius & Valent. Auguſti conſtituerunt, ut nundinis quibusdam ex qualibet negotiacione mercium fisco in ſingulos ſolidos venditor dimidiā ſiliquam, & ſimiliter emitor dimidiā interret. Idque eſt vētigal **SILIQUATICUM**, de quo Caſſiod. *Var.* 4. 19. *In rebus omnibus nundinandis providam definivisse antiquitatem*, ait. Ipmam conſtitutionem Theodosianam, quinjam pridem in lucem protracterit Cajac. *Obs.* 16. 22. mirandum fane eſt, virum doctissimum, Guid. Panciroli. *Thesaur.* *Var.* *Lest.* 3. 31. p. 494. exiſtimare, ſiliquatricum in fructibus conſtitille, e. g. ſiliquis, ſilibulque, eosque fructus loco numerum ſuiffe praetendos. ſiliqua hic eſt vicesima quarta pars ſolidi aurei, ſeu ejusdem ſemiuncia. Gronov. *de Pe.* *Vit.* L. 4. c. 18. adeoque ſatis grande hoc vētigal ſuiffe animadvertemus. Eſt & vētigal **QUADRAGESIMÆ**, ſive litium, ſive portorii loco ſolvendum, cuius meminete Quinctilian. *Declam.* 35. Symmach. *Ep.* 5. 62. 65. inmo & Suet. *Vesp.* c. 1. Ei praefectum legimus **QUINCTIONEM**, AUG. LIB. TABULARIUM XL. GALLIAR. apud Reines. *Inſcr. claff.* 9. 36. Paullo obſcurius eſt vētigal *ansaria*, ut in L. 1. c. Hermog. *de jure ſifici* vocatur, vel *ansarii* & *fervenularii*, vel *foricularii*, quorum meminit elegans marmor Romanum apud Grut. *Inſcr.* pag. 199. 6.

IMP. CAESAR. M. AVRELIVS. ANTONINVS. AVG.  
 GERMANICVS. SARMAT. ET. IMP. CAESAR. L. AVRELIVS.  
 COMMODVS. AVG. GERMANICVS.  
 & SARMATIC.  
 HOS. LIMITES. CONSTITVL.  
 IVSSERVNT.  
 PROPTER. CONTROVERSIAS. QVAB.  
 INTER. MERCATORES. ET.  
 MANCIPES. ORTAE. ERANT. VII.  
 FINEM.  
 DEMONSTRARENT,  
 VECTIGALL. FORICVLARI. ET.  
 ANSARI.  
 PROMERCALIVM. SECUNDVM. VETEREM.  
 LEGEM.  
 SEMEL. DVM TAXAT. EXIGVNT.

Differit de his vestigalibus Jac. Cujac. Obs. 14. 3.  
 sed ita, ut lectors non multo reddat certiores, item  
 que V. C. Petrus Burmannus de *vestig. pop. Rom. c.*  
 5. p. 73. seq. edit. nov. Mirum est vestigal pro *umbra platonis* exactum, de quo Plin. Hist. Nat. 12. 1.  
 multoque mirabilius *et idem*, quod pro celi aeris  
 que usu pendebatur, de quo quedam haud protracta  
 habet idem laudatus Cujac. Obs. 10. 7. Buleng. de  
*vestigal. pop. Rom. c. 17.* & Burmann. c. 12. p. 209.  
 ed. nov. Denique etiam novis illis vestigalibus vel maxi-  
 me accensenda vicefima hereditatum, de qua jam  
 ante §. 18. plura apud Dionem notavimus.

S. 54. Pergimus ad jus SUFFRAGIORUM, quod  
 & ipsius ad iura civium Romanorum pertinuit. Com-  
 itia Romulus instituerat, civibusque libera permis-  
 erat suffragia, quoties vel lex ferenda, vel circulus  
 magistratus, vel bellum denique decernendum videre-  
 tur. Dionys. Halic. 2. p. 87. Quam vero iudicio cur-  
 riatis suffragia ferrentur in comitiis curiatis: postea  
 centuriata comitia invenit Ser. Tullius, quibus id  
 consequutus est, ut ditionem prævalerent suffragia,  
 quum

quum in comitiis curiatis turba egenorum civium optimates & ditiones facile numero suffragiorum obreueret. Dion. Hal. 4. p. 224. seq. Et ex eo tempore ferre diceis tantum & auspiciorum causa rogationes curiatim perlatæ, & denique ipsa illa comitia adumbrata sunt per 30. lictores. Cic. de leg. agrar. 2. 12. Qua de re tamen haud levis fuit virorum doctissimum alteratio, Nicolai scilicet Grucchii & C. Sigenii, quorum scripta critica repetita editione vulgavit vir de his litteris immortaliter meritus, Jo: Georg. Gravius Tom. I. Thes. Ant. Rom. (z) Denique etiam tributa inventa sunt comitia, quibus populus per tribus, quarum decim 35. erant, ferobant suffragia, eaque coepérunt A. U. C. 263. A. Scipronio, M. Minucio Coss. Quemadmodum vero centuriata comitia non nisi a majoribus, ita tributa a minoribus æque ac majoribus magistratibus haberi poterant. In his suffragium ferebant omnes, qui erant tribubus adscripti, præter impuberes, ætarios, & sexagenarios, quos deponentes ideo dictos, alibi observavimus. Aliquando unus idemque civis in duplice tribu

fe-

(z) Quæstio inter hos viros doctissimos fuit de lege curiatis. Nic. Grucchini existimat, patricios magistratus olim binis comitiis esse creator, centuriatis & curiatis: plebejos idem binis, tributis, & curiatis: denique, quum obsoleverint curiata comitia, magistratus omnes binis comitiis creator, centuriatis & tributis. Negat id Car. Sigenius, magistratus tantum unius generis comitiis creator existimans, Consules nimirum centuriatis, alios magistratus patricios curiatis, ita tamen, ut deinde iterum de idem magistratibus judicatum sit, populisque priora comitia reprehendere posuerit. Ergo de consilibus his pertat comitiis, sed non aliis quam centuriatis, judicatum, de aliis quoque his, sed non nisi curiatis. Ab eruditorum vero senatu jam pridem secundum Grucchium fuit judicatum, uti observat V. C. Jo: Gravius pref. Tom. I. Ant. Rom. (in hunc locum consuli meretur docti iurisconsulti Neapolitani Annotatio, que extat in ultima Cis Edit. Genovesi T. VI. qui prodidit hoc an. 1745.)

seebat suffragia, si se dedisset alteri in adoptionem. Tunc enim & patris naturalis tribum retinebat, & tribui patris adoptivi adscribatur. Hinc Augustus in lapide Brixiensi apud Grut. p. 216. vocatur C. IV-LIVS, C. F. FAB. SCAPT. CAESAR. AVGVS-TVS, quia tribui Fabio & Scaptiae erat adscriptus. Suet. Aug. c. 40. & ibi Torret. De his comitiis plura Sigen. de ant. iure civ. Rom. I. 17. p. 212.

§. 65. Sed illud suffragiorum jus primus imminuit Julius Cæsar, dictator perpetuus, comitia cum populo ita partitus, ut, exceptis consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur, pro altera parte, quos ipse dedisset. Sueton. Jul. cap. 42. Augustus equidem populo restituit suffragia redacto pristino comitiorum jure, & multiplici pena coercito ambiro: Sueton. Aug. cap. 40. Ait sub Tiberio denuo ademptum fuit populo jus suffragiorum, & ad solum Principem ac Senatum traductum, seu, ut ea de re Tacitus Ann. I. 15. tunc primum ecam po comissa ad patres translata. Dio Cass. Histor. 58. pag. 633. seqq. Reddita quidem esse populo a Cajo illa suffragiorum jura, tradit idem Dio Histor. 59. p. 648. sed Suetonius Calig. c. 16. tamum tentasse eum, ait, comitorum more revocato, suffragia populo reddere. Certe nec sub ejus successoribus in ferendis legibus aliisque rebus majoribus populi suffragia valuisse, jamdudum observarunt viri docti (4),

Ju-

(4) Retenta quidem aliquando sunt comitia; sed dicit causa, & tanquam prisca libertatis simulaera. Solebant enim magistratus, a Principe vel Senatu designati, in campum Martium prodire cum necessariis, ibique coram populo, more veteri congregato a precone pronunciar. Qua de re Dio Cass. LVIII. p. 634. qui ubi de perpetuo Tiberii in creandis consulibus modo egisset, statim addit: η πατρικόν τον δημόπουλον, καὶ τὸ πατριθέα, αὐτὸν δικαιοσύνης δικαιοσύνης οὐκείσαι τοῖς πολιτευόμενοι, εἰσερχομένοις, εἰσερχομένοις. Detinendae ad populum οὐ πιεβειν σι τοις πολιτευόμενοι. Detinendae ad populum οὐ πιεβειν σι τοις πολιτευόμενοι.

Justus Lips. *Excurſ. ad Tacit. Annal.* I. 5. Ezech. Spanh. *Orb. Rom.* 2. 20. p. 336. Unde & leges illas de ambitu suo aero obſoleville fatetur Modestinus *lib. 1. D. ad Leg. Jul.* de ambītū quāta ad curam principis magistratū creatio perīneat, non ad populi favorem.

S. 66. Quintum jus civium Romanorū fuit jus HONORUM, sive magistratum, sive sacerdotiorum, quippe quos nemo civis Romanus gerere poterat. Si quis enim, civitatis expers, honores ad se rapuisset: re comperta, honorum gradum cum toto civitatis jure amittebat, ut docet exemplum M. Petrense, apud Valer. *Max. 3. 4. 5.* (b). Honores partim in sacerdotiis, partim in magistratibus, erant possiti. Utique ex instituto Romuli proprii erant patriciorum, quia voluerat Romulus ipsius tū d'ar'atpi dat u' d'ezēn, ut sacra curarent, & magistratus gererent patricii. Dionys. Hal. 2. p. 87. Ejctis regibas, post multas lites, cum sacerdotia, tum magistratus sensim experunt cum plebe communicari. Et sacerdotia quidem patriciis eripuit Lex Ogulnia, de qua fusius *Liv. 10. 6.* Manserunt tamen patricii in possessione aliquot sacerdotiorum, quae nunquam a plebeiis sunt gesta, veluti Regis sacrarum, Flaminum majorum, Saliorum Palatinorum Potitorum, Pinariorum, Lupercorum, Curionum, non autem Virginum Vestaliū, uti

dicit causa, sicut nunc etiam, ut imago quedam frisi ritus exhiberi videatur, prodeentes, renunciabantur. Et hinc intelligitur quanam sint illa comitis consularia, quorum sub Imperatoribus etiam sit mentio apud Sueton. *Vitell. 11. Vesp. 5. Domitian. 10. Add. Ezech. Spanh. Orb. Rom. 2. 20. p. 338.*

(b) Non tamen acta ejusmodi magistratus, jure hacten rescindebantur, ut patet exemplo Barbarii Philippi *Pratoris lib. 3. D. de offic. Prator.* De quo memorabilissimo exemplo existat singulatis virti eximii, Jac. Gothofredi *Dissertatio, quam de electione Magistratus inhabilis inscripsit.*

ut sibi persuasit Paull. Merula de Leg. Rom. 2. 11. Virgines enim Vestae etiam ex gentibus Manilia, Tarentia, Caelia, plebeis captas esse, ex marinoribus apud Grut. Inscript. pag. 310. 2. 5. 312. 3. patet. Quin Dio Cass. l. 54. p. 563. refert, demum in Vestae atrium admissas, *q̄ v̄ Ē t̄ m̄ d̄ s̄ ī c̄ r̄ p̄ ī m̄ ū t̄ ā s̄*, *ex libertinis parentibus natus*. Id quod legē quadam Papia inventum esse, ex Gellii Nost. Att. 1. 12. docuiimus in Comment. ad leg. Jul. & Pap. Popp. l. 1. c. 1. p. 2. seq. Reliqui etiam sacerdotes pattim e patriciis, partim e plebiis creati sunt. Cic. pro domo 14. Et primis quidem temporibus rex sacrificulus centuriatis, flamines curiatis creati, reliqui sacerdotes a collegis cooptati. Liv. 40. 42. Postea C. Licinius Crassus Trib. pl. legem tulit, qua cooptatio collegiorum ad populi beneficium translatum, quam tamen dissuasit Lælius. Cic. Læl. 25. Post hunc etiam Cn. Domitius Ahenobarbus Trib. pl. anno 650. jus subrogandorum sacerdotum a collegiis ad populum transtulit, ita quidem, ut qui a tribubus esset electus, is a collegio cooptatur, ut docent Sueton. Neron. 2. Cicero Agrar. 2. 7. Collegiis arbitrium cooptandi denuo restituit L. Sulla. Ascon Pædian. in Cic. Div. Verr. pag. 1759. anno 689. legem Domitiam reduxit T. Attius Labienus. Dio 37. p. 46. eamdem abrogavit M. Antonius teste Dione Cassio 44. p. 269. ac tertia vice restituit Pansa, ut, patet ex Cic. Ep. ad Brut. 5. Adde Manut. de Legibus 2.

§. 67. Idem pene de magistratibus observandum. Omnes initio penes patricios erant ex instituto Romuli. Dionys. Hal. 2. p. 83. Ejectis regibus, idem aliquamdiu placuit. At paullo post Tribunos ac Aediles plebs extortis, qui non poterant per legem sacram, nisi e plebe creari. Liv. 4. 25. Deinde & Consulam alter plebejus creari cepit, primusque e plebe consul factus est L. Sextius, anno 389. Liv. 6. extr. Immo aliquando uterque consulum plebejus fuit, quod quando primum contigerit, patet ex Liv. 27. 31. Quumque in redhostimentum communicati secum consilatus plebs novos magistratus patricios, puta pre-

turam & ædilicatem curulem, concederet patribus ; paulo post hi quoque communes patriciis & plebeis esse coepiunt, primusque e plebe prætor creatus est P. Publilius Philo. Liv. 8. 15. Ædiles autem, verecundia imposita senatui, statim sequente anno, alterius vieibus ex plebe creari, & postea id promiscuum esse coepit. Liv. 7. 1. Postremo omnes omnino magistratus cum plebeis sunt communicati, veluti Di-  
catura. Liv. 7. 17. Censura, Liv. 7. 22. Quæstura  
Liv. 4. 43. & 54. adeoque omnes honores plebeis,  
præterquam dignitas interregis, quam tamquam propriam possessionem semper retinuerunt patricii. Cic.  
*pro domo* 14.

§. 68. Sed Imperatoribus alia plane coepit esse rerum facies. Nam quod ad sacerdotia attinet, jus ex conferendi ad se rapiebant Principes, siquidem Senatus, teste Dione Cassio Hist. 51. p. 457. inter alia Augusto id quoque concesserat, ut sacerdotes, quocumque vellet, neglecto etiam numero antiquitus recepto, constitueret. Videtur tamen Augustus, ut erat civilissimus, aliquando rei ad Senatum retulisse. Unde Drusus Germanicus in vetere nummo dicitur SACERD. COOPT. IN OMNI COL. SUPRA NUMER. S.C. Eodem modo & aliæ dignitates sape vel ex SCo, vel solis Principum codicillis date sunt. Testis est *versus Inscriptio* apud Gruter. p. 300.

LATERANO. ET. RVFINO. COS.  
SVPER. NVMERVM.  
COOPTATVS. EX. S. C. M. AVRELIVS.  
ANTONINVS. CAES. DESTINATVS.

Uti ergo hic consul SCo, sic & sacerdotes facti sunt codicillis, unde & codicillares dicti, de quibus Lamprid. Alex. Sev. 49. Add. l. 43. C. Theod. de decur. l. 12. c. de dignis.

§. 69. Ad magistratus denique quod attinet, eos quoque suo arbitrio creabant Principes, eaque dignitate non solum Romanos, sed & exterios, ornabant ; qualis procul dubio fuit ille Herodes Atticus bis Consul,

sal, de quo copiosius agit Ez. Spanh. Orb. Rom. p. 341. Talis etiam Soemus, Rex Armenie, qui Vologæso pulsus Romanum confugerat, mutatoque nomine dictus M. Aurelius Soemus, Consulique ordinarius fuit anno E. C. 913. cum L. Papirio Ælianio. Phot. Biblioth. Cod. 95. Reines. Comm. ad Inscr. pag. 219. Mitte Dionem Cassium, Polonensem, aliosque consules peregrinos. In primis vero post constitucionem illam Antonini Caracalle adeo proniscue ad summos honores evecti sunt Romani, Itali, & exteri, ut ne barbaris quidem ac peregrinis, qui orbem Romanum jam ab aliquo tempore compleverant, via ad honores interclusa videretur. Unde uti Roma ~~sup~~ papa <sup>ex</sup> intrando, barbarorum domicilium dicitur Zosimo 4. 59. ita non mirum est, ibi consulares fasces, aliasque dignitates deinceps cum barbaris & peregrinis esse communicatas. Nazar. in Panegyri Constant. Aug. dicto: *Sensiisti, Roma, tandem te arcem omnium genium & terrarum esse reginam, quum ex omnibus provinciis optimates viros curiae tue pignoraveris, ut Senatus dignitas non tam nomine, quam re, esset illustrior, quum ex totius orbis flore constaret.* Aristides de Roma p. 372. *Vir s' escait, apxen: n' n' que d'ne ains. Peregrinus habetur nemo, qui vir sic dignus magistratu, aut fide. Denique Rutilius Numatian. Itiner. I. v. 13.*

*Relligiosa pater peregrina curia Laudi,  
Nec putat externos, quos decet esse suos.  
Ordinis imperia collegarumque fruuntur;  
Et partem Genii, quem venerantur, habent.*

Vid. Spanheim, *Orb. Rom.* 2, 20. p. 344. seq.

S. 70. Ultimum esto JUS SACRORUM, quod & ipsum iuribus civitatis Romanæ a numerandum est. Sacra Romanorum omnia aut publica erant, aut privata. Publica, censente Festo voce publica pag. 385. erant ea, que publico sumptu pro populo fiebant: privata, que pro singulis hominibus & familiis. Tam necessarium enim videbatur, sacra publica, sumptibus  
Hein. Ant. Bon. T. I. N.

publicis peragi, ut, Theodosio Magno negante, se  
impensis in sacrificia Romanorum superstitionis  
factum, responderet Senatus, *ad eam* & spir *rever-*  
*teris et rite* *deus*, *qui duxit et servavit nos*,  
*non rite fieri sacrificia*, *nisi publico fierent sumu-*  
*Zosim. Hist. 4. 59.* Publicum totius urbis focum Ve-  
stales sanctissime observabant: publicos curiarum fo-  
cos triginta cum suis curialibus curiones, pagorum  
ipso singulorum pagorum sacerdotes. Privatum suos  
quisque Lares familiates aluisse, qui sacris istis pri-  
vatis praesent, satis adspicer ex marmore apud Reim.  
*Inscr. Class. 5. 53.* in quo memoratur L. POLITI-  
CENVS. L. F. PHILIPPICVS. SACERDOS.  
SERG. FAM. Dii neque novi, neque exteri adscisci  
poterant a Romanis, nisi publica auctoritate, que  
in aedem Æsculapium ex Epidauro, Cybreni Phry-  
gia publico decreto accitos, & quasi civitate donatos  
esse constat. Petr. Faber *Semestri. 3. 1.* Bynkersh. de  
*Relig. peregr. Diff. 2. p. 246. seq.* Hinc si quis pri-  
vato arbitrio peregrina sacra induxerat, Senatus ea  
publica auctoritate damnabat. Quale quid referit Liv.  
4. 30. 25. 1. 39. 15. Valer. Max. 1. 3. Integrum  
SC. Marciatum, Bacchinalibus oppositum, edidit  
Raph. Fabrett. *inscr. c. 6. p. 427.* & lucuento com-  
mentario illustravit laudatus Bynkersh. *ibid.* At sub  
Imperatoribus omnis exeteratum gentium supersticio  
Romam confluxit, veluti Sacra Isidis, Abnubidis,  
Mithrae, Dei elagabali, taurobolia, cribolia, zogob-  
olia, & innumera alia, de quibus jam ab aliis accum.  
Ab his omnibus abhorruerant Romani tempore liberar  
reip. & sacra patria adeo sibi propria servaverant, ut  
vel ideo municipes non viderentur opeimo jure cives  
esse, quia non illdem ac ii, qui Romanum incolebant,  
Dii sacrificique uterentur (c). Sigon. *de ant. iure civ.*  
*Rom. I. 8. p. 116.*

S. 71.

(c) Ea tamen sacra municipalia ne tunc quidem detinabant municipes, quando Romanum commigraverent. Festus municipalia p. 324. Municipalia sacra dicta sunt ea, quae initio habebant ante civitatem Romanam occidentem, quia

§. 71. Sed erant præter hæc sacra publica quædam gentium propria, vel ut Livio 5. 52. vocantur, *gentilicia*, a quibuslibet familiis ex usu domesticæ celebritatis observanda, ut ait Macrobius *Saturn.* 1. 16. Ea adeo unius gentis erant, ut nemo illorum esset particeps, nisi qui vel natura, vel pontificum auctoritate, in patrisfamilias mutu ac potestate esset, quales erant uxores quæ in manum convenerant, liberi que, cum naturales, non adoptivi. Colebantur vero domi Penates, iisque etiam anniversaria sacra ab universa gente fiebant, ne fervente quidem bello intermitenda, ut patet ex Liv. 5. 52. Quale in gente Fabia erat sacrificium statum, in monte Quirinali quotannis peragendum, de quo Liv. 5. 46. Dionys. Halic. *Antiquit. Rom.* 9. p. 577. Simile gentis Claudiae solemne memorat Dionys. Hal. II. 696. gentium Aemiliae, Juliae, Corneliae, Macrobius *Saturn.* 1. 16. gentis Servilie Plinius *Hist. Nat.* 34. 13. Atque inde intelligitur, quid sibi velit Cicerio *de Harusp. Resp.* 27. quando in posteris transferri ait *parentum nomen, sacra, memoriam, genera.*

§. 72. Hæc sunt illa jura Quiritium, civiumque Romanorum, quæ oinnes, qui optimo jure cives erant, consequebantur. Illud unum addendum videatur, fuisse quædam jurisprudentia Romanorum publica principia, aliis civitatibus incognita. Tale erat

*Observare eos valuerunt pontifices, & eo more facere, quo adseruerint antiquos. Unde de se, & Arpino municipio suo loquens Cicero *de Leg.* 2. 2. His gens, hic sacra, hic majorum multa vestigia. Quemadmodum ergo municipes Roman commigrantes, servabant sacra municipalia: ita & coloniaæ retinebant sacra populi Romani, cui eruditus probat Henr. Noricus *Cenotaph. Tifon. Diff.* 1. c. 5. pag. 72.*

erat illud, I. quod vetere jure (d) nemo posset simul Romæ, alteriusque civitatis civis esse. Cicero pro Corn. Balbo 28. *Duarum civitatum civis esse nostra jure civili nemo potest; non esse hujus civitatis civis, qui se alii civitati dicavit, potest.* Et in oratione pro A. Cacina 36. *Nam quum ex nostro jure duarum civitatum nemo esse possit, cum amittitur hec civitas denique, quem sit, qui profugit, receptus est in exilium, hoc est, aliam civitatem.* Hoc secus fuisse in Græcia, ubi multarum iidem homines civitatum esse potuerint, idem observavit Cicero pro Archia 5. Idque cum ex aliis exemplis patet, quæ colligit Ez. Spanhem. Orb. Rom. I. 5. 25. tum maxime ex marmore illo apud Rein. Inscr. p. 607.

C. CALPVRNIVS. ASCLEPIADES.

PRVSA. AD. OLYMPVM. MEDICVS. \*

PARENTIBVS. ET. SIBI. ET FRATRIB.

CIVITATES. VII. A. DIVO. TRAIANO.

IMPETRAVIT.

At Romæ hoc, ut dixi, nemini licebat, sicutquidem civitatem is amitterebat statim, qui alteri se civitati adscribi passus erat. Hinc de T. Pomponio Attico Corn. Nepos in vita ejus 3. *Athenis autem sic se gerebat, ut communis insimilis, par principibus videbatur.* Quo factum est, ut huic omnes honores, quæ possent, publice haberent, civemque facere studerent. *Quo beneficio ille usi noluit* (e) *: quod nonnulli ita interpretantur, amitti civitatem Romanam, alia ad-*

*scri-*

(d) Aliud jure novo. Nam sepe quibusdam civibus Romanis concedebant imperatores, ut alterius quoque civitatis jus haberent. Sic Dionis Chrysostomi avus ab Imperatore *αὐτοῖς τὸν Παρθενῶνα ποιήσας, ἢ τὴν Αἰγαίου ἔρηξεν, simus Romanam, & Apamensem civitatem obtinuit.* Dio Chrysost. Oeat. 41. p. 500.

(e) Hinc de solo domicilio Athenis constituto intelligendus est Cicero, quoties hunc T. Pomponium civem Atticum appellat, quod facit Epist. ad Attic. 1. 16. 2. 1. ubi Demosthenem Attici civem vocat.

*scisa.* Atque hinc intelligitur, qui factum sit, ut ii, quibus aqua & igni fuerat interdictum, tum demum civitatem Romanam amitterent, quum in eam civitatem essent recepti, quo vertendi, id est, mutandi solidi causa venissent. Cic. pro Domo 78. Qua de re diximus supra l. 1. tit. 16. §. 10.

§. 73. Accedit & alterum juris publici principium, quod civitatem nemo amittere posset, nisi ipse esset auctor factus: Cic. pro Dom. 78. de quo jure eodem loco diximus, & ex Ger. Noodt addidimus, fictionem semper intercessisse, si quando vel preceps loco, vel ob aliam causam (f), quibusdam jus civitatis adimeretur. Hinc ad artes Sulla tyrrannicas pertinet, quod municipiis quibusdam civitatem, lege centuriatis comitiis lata, eripuit. Cic. pro Dom. 79. Sallust. Fragn. Hist. 1. Sed quod scemel tentaverat Sulla, saepius deinde factitabant Imperatores, & quotecumque principatum Romae affectabant. Sic Antoniuin agros, civitatem, immunitates, aliosque id genus honores privatis & regibus ademisse, tradit Dio Cass. Hist. 45. p. 282. Augustus quoque, confectis bellis, libertatem ac ius civitatis aliis dedit, aliis ademit, teste eodem Dion. Hist. 54. p. 538. Et Claudius civitatis jure privavit legatum, Lycium origine, quia Latine interrogatus, quod quiscum esset, haud intellexerat. Dio Cass. Hist. 60. p. 676.

## C A P. II.

## De Jure Latii.

§. 74. Varia Latinorum nomina. §. 75. Qui, & quales fuerint? §. 86. Fœderis cum populis Latii antiquissima. §. 77. Ea deinde saepius repetita. §. 78. Fœdus cum Volscis, & Æquis. §. 79. Item cum Hernicis. §. 80. Cum incolis Latii novi. §. 81. Latini denum civitate donati. §. 82.

Jus

(f) Tribus ex caussis amitti videbatur divites, filii, illo felicet, quo bona venibant, & aqua, & igni ineradicabatur, postea in re rejctione civitatis. Cic. pro Balbo 28. 29. Pompon. l. 3. §. 3. D. de capite & pusilim.

*jus Latii* deinde alieis populis & civitatibus datum. §. 83. *Latinis Juniani libertinae conditiones*. §. 84. *Latini fuere civibus deteriores*. §. 85. *Non gaudebant libertate juris Quirinum*. §. 86. *Nec iure connubii cum civibus*. §. 87. *An habuerint ius patrium, legitimi dominii, testamenti fationis?* §. 88. *Suis uteruntur legibus, nisi fundi facti*. §. 89. *Eras Latinis iuris census*. §. 90. *Ut & ius militiae inter socios*. §. 91. *Latinis an tributaris?* §. 92. *An ius habuerint suffragii?* §. 93. *Item ius potendi honoris?* §. 94. *Ei ius sacerorum?* §. 95. *Latinis, securum in censum irreppensis, repeti poterant a magistris*.

§. 74. **S**Ufficere hæc dicta arbitramur de iuribus ciuium Romanorum. Proximum est, ut de JURE LATII differamus, quod proxime accessit ad civitatis Romanae prærogativam jam supra diximus. Idque vel inde patet, quod Dion. Hal. 8. p. 25. 540. eos *periborque etiam civitatem, participes juris, quod civitatem quasi aquas, eleganter adpellat*. Multa vero Latinorum sunt nomina. Dicti enim sunt socii (g) & socii Latinis, socii, nomenque Latinum, socii ab nomine Latino, socii, ac Latinum, uti producuntur Livio, Sallustio, Valerio Maximo, testimonii ostendit Car. Sigon. de ant. iure Ital. 1. p. 473.

§. 75. Latinis ergo, vel socii Latinis nominis, temporibus antiquissimis erant *Latii incole, populi Romani federati, iure Latii donati*, ut eos definuit Sigon. de iure Ital. 1. 2. p. 476. *Latii incole* dicuntur, ut a reliquis Italis, populi Rom. Federati, ut a Latii incolis, qui tamen Latii iure haud fruebantur, secererentur.

§. 76.

(g) Sepe enim confunduntur nomina, ut & Itali ciuii iuriis homines sociorum, & Latinorum, & Latinis Italiorum nomine veniant. Quod itidem recte monuit Car. Sigon. L. 1. p. 474. Id quum non attenderent recentiores quidam scriptores, ceteroquin eruditissimi, mirum in modum totam hanc differentiam Latinorum, ac Italorum perverterent. Exemplo esse potest Hardwicke Not. & Rem. ad Plin. p. 332. Tom. 1.

S. 76. LATIUM olim duplex erat, VETUS, & NOVUM. Vetus a Tiberi ad Circejos, novum a Circejis ad Lirim, & Sinuissam usque productum est. Paullo latius utriusque Latii terminos profecti Servies ad Virg. Aeneid. 1. v. 6. Latium duplex est, unum a Tiberi ad Fundos, aliud inde usque ad Voltumnus fluvium. Sed errorem hujus Grammatici jam alii ostenderunt. Latium ergo vetus Tiberi, Antene, Usente, flaviis, marique Tyrrheno concludebarur, illudque infederant Albani, Rutuli, & Eque. Novum, quod ab Usente fluvio ad Lirim protenditur, Ofcis, Ausonibus, Volscis, praebeuit sedes. Plin. Hist. Nat. 3. 5. Strabo Georg. 5. p. 231. Ex his primi foedus cum Romanis Albani jam ipsius Romuli tempore fecerant, quo cautum fuerat, ut ne bellum inter se gererent locis civitatis; alioquin, quae bellum intulisset prior, alterius judicium ac multam subiret, Dionys. Hal. 3. p. 138. Addit Strabo Georg. 4. pag. 265, tam arctam fuisse inter hos populos necessitudinem, ut, quam propria uterque regem haberet, connubia tamen, & sacra, & cetera jura civilia, communia haberent. Victoria polita a T. Hostilio Albanis, ex foedate impetratum est, ut juventutem in armis haberent, utendam Rege Romanorum, quam res postulareret. Liv. 1. 26. Diruta paullo post Alba, legatos Romanos miserunt ad triginta urbes, quae in Albanorum fuerant ditione, postularuntque, ut & ipsi dicto essent audientes. Abuentibus his, novum exarsit bellum, quo in quintum annum populationibus magis, quam justis praeliis, extracto, pax demum facta, foedusque renovatum est. Dion. Hal. 3. p. 175. Rege hoc morte intercepto, plerique Latini soluta esse Regis obitu foedera dicabant. Unde maiore conatu domiti a Tarquinio Prisco, eas pacis conditiones acceperunt, ut agros suos, ac leges haberent, ac socii populi Romani dicerentur illi quidem, sed ad regis ramen Romani mandata armati presto essent. Dion. Hal. 3. p. 191. Firmavit id foedus Tarquinius Superbus, Liv. 1. 52. qui, ut tanto sanctiore vinculo sibi conglutinaret hos socios, primus ferias Latinas, Romanis cum Latii populis communes, institut. Dion. Hal. 4. p. 250.

§. 77. Exactis regibus novum statim bellum contum est cum Latinis, qui a Romanis denuo descreverant. Cum his tamen, ab A. Postumio Dictatore viettis ad lacum Regillum, denuo fodus percutsum A. U. C. 260. Sp. Cassio Vicellino, & Postumo Cominio Aurunculo 2. Coss. iis legibus, ut inter Romanos, Latinasve civitates omnes eterna pace esset, neque ipsa inter se bellarent neque alii inde hostes inducerent, neque hostibus tuos transitus preberent. sed bello oppressis open pro virili ferrent, spoliorum ac prede partem aqualem haberent: privatarum liciunt judicia illi, quibus mandata cognitio fuerit, intra decem dies peragerent: hisque legibus nihil addi deinde posset, nisi si Romanis, Latinisque ita placuerit. Hanc enim foedus formulam (b) nobis servavit Dion. Hal. 6. p. 115. quocum jungendi sunt Liv. 2. 22. Cic. pro Corn. Balbo 21. Et hoc est fodus illud Latinorum, quod ceteris firmius manuit. Quamvis enim subinde rebellarent Latini, veluti A.U.C. 304. & 366. si se tamen vieti, si reducti ad officium, postremo illius federis leges quod cum Latinis omnibus Sp. Cassio, & Postumo Cominio Coss. initum fuerat, recuperarunt (i), ut patet ex Cic. pro Corn. Balbo.

§. 78. His antiqui Latii populis accessere deinde Volsci, & Equi, Latinorum, judge Floro Hist. Rom. 1. 11. periculisissimi, & quotidiani prope Romanorum hostes. Volscis, si Dion. Hal. 3. pag. 181. credimus, Ancus; si Livio 1. 53. Tarquinius Superbus pri-

(b) Pluribus tamen aliis capitibus illud constituisse vel ex Feste adparet, qui voce nanciscitur p. 327. etiam hæc sceleris verba allegat. PECUNIAM QUI NANCISCITUR, HABETO, ET SI QUID PIGNORIS NANSCITUR, SIBI HABETO.

(i) Postremo enim bello a Q. Publicio Philone Cos. ad Intercessionem cæsi, plerisque juribns fuerant spoliati, ex eoque tempore etiam concilium Latinorum ad Iucum Ferentina convocari desiderat, cen ex Cincianis commentariis observat Festo voce piet. p. 376.

primus bellum intulit, qui & Aequos adgressus est: Postea ab A. U. C. 258. variis, ac pene anniversariis præliis attriti, demum A. U. C. 284. Antium, maritimorum oppidum, amiserunt, annoque insequente iis legibus impetrarunt pacem, ut legibus suis utentes, privatis stipendiis pro Romanis jussi militarent. Dionys. Hal. 9. p. 616. Ast statim ad arma redicunt Aequi, & Volsci. Unde aliquoties sibi fugati que, quin & sub jugum aliquando missi sunt, donec A. U. C. 449. a P. Sempronio Sopho consule pene deleti & ad internationem cœsi sunt. Tamen & hi postremo propter cognitionem in Latii Jura adsciti sunt, ut patet ex Cic. pro Balbo, 13. quamvis, quo id tempore factum sit, nondum mihi liquat.

§. 79. Idem dicendum de Hernicis, quos primus Tarquinius Superbus societate devinxerat, Extinarumque feriarum fecerat participes. Dionys. 4 pag. 152. Dein A. U. C. 268. bello petiti a Sp. Cassio, tertium Consule, quum vieti pacem petiissent, easdem conditions, quas Latini, quin civitatem sine suffragio impetrarunt. Quo fit, ut sœpe a Latinis sejungantur, neque adeo eos in Latinorum corpore fuisse, ex Livio, & Dionysio evincit Car. Sigon. de antiqu. Jur. Ital. 1. 6. p. 107. Postea anno 391. novum cum Hernicis bellum exarbitur: coque finitio, tertium, cuius omnes hujus gentis civitates erant participes præter Alatinates, Ferentinates, & Vertilanos. Liv. 3. 42. Tribus illis, quia civitati Romani aliiq[ue] præferebant, sive leges redditæ, A. U. C. 447. Anagninis, & qui arma Romanis intulerant, civitas sine suffragio latrone data, concilia connubiaque ademta, & magistratus, praterquam sacerorum curatio[n]e, interdictum. Liv. 9. 43. Sed Hernicos istos a[re]as postremo jura Latii habuisse, vel inde patet, quod Ferentinates Latinis adjungit Livius 34. 41.

§. 80. Latium novum quando dici cœperit, quandoque Oscijs, & Aufonibus jus Latii datum sit, non magis certum est. Sigonius existimat, his populis, ad internacionem deletis, Liv. 9. 25. in hanc regionem

Latinorum gentem esse immissam, atque inde Latium novum appellatum: id quod ipse inter Tarentinum, Punicumque bellum factum conjicit. Sed quemadmodum id nullo testimonio comprobari potest: ita certissimum est, novum hoc Latium jura Latii veteris esse consequutum; siquidem Appianus de *Bello ci-vil.* 1. p. 374. Latinos, quos ab Italib[us] sejungit, ad Lirim uique in populi Romani fide mansisse scribit.

§. 81. Et h[ic] sunt ille gentes, quibus jus Latii antiquissimis temporibus datum est. Hoc jure contenti fuerunt usque ad bellum illud sociale, vel Marsicum, quo confecto A. U. C. 663. lege Julia, & proxime in sequente lege Plotia omnes socii, ac Latini nominis, immo & Itali civitate Romana donati sunt, ceu supra §. 9. observavimus.

§. 82. At quanvis Latini in civitatibus Romanis jura transiissent, non ipsum tamen ideo exspirabat jus Latii, quippe quod ab eo tempore cum multis civitatibus, tum & coloniis, extra Italiam, concessum legitimus. Sic Nemaensibus jus Latii datum esse, patet ex Strabone 4. p. 157. Novocomensisibus idem jus dederat vel Jul. Cæsar, ut tradit Appian. *Bell. civ.* 2. p. 443. vel Pompejus Strabo, ut mavult Ez. Sparti. *Orb. Rom. Exerc.* 1. c. 2. pag. 62. Is enim Pompejus omnibus Gallis Transpadanis jus Latii concesserat, teste Ascon. Pedian. in *Cicer. advers. Pisom.* p. 2062. Eodem exemplo Nero nationes Alpium maritimarum, universam Hispaniam Vespasianus, multas alias civitates Hadrianus in jus Latii transstulerunt. Tacit. *Anal.* 15. 31. Plin. *Histor. Natur.* 3. 3. Spartan. *Hadrian.* 21. De coloniis Latinis paullo post erit dicendi locus.

§. 83. Novum Latinorum genus repertum sub Tiburio, lata lege Junia Noebana, qua cautum ut modis minus solemnibus manumisli non jura civitatis Romanæ, sed Latii tantum, consequerentur. Unde hi libertini dicti LATINI JUNIANT, ut distinguerentur a Latinis coloniis (k) quibus ceteroquin, quod ad

jus

(k) Perspicue itaque fallitur V. C. Claudius Salma-nus, dum Latinas colonias e libertinis constitisse, existimat.

jus civile attinet, assimilabatur. *L. un. C. de Lat. liberte. toll. Eragm. Jureconsult. ver. antejust. p. 805.* Sed quemadmodum Latinos colonarios una cum ingenuis omnibus civitate Romana donaverat Antoninus Caracalla, celeberrima illa, ac sepe a nobis citata constitutione: ita Junianam etiam libertinorum Latinitatem fustulit Justinianus *d. l. un. C. de Lat. libert. toll.*

**S. 84.** Jam ut ad jura Latii perveniamus: ea, licet proxime ad civitatem Romanam accederent, non eadem tamen fuerunt, ac jura civium Romanorum. Quod adeo verum est, ut Boethius in *Top. Civ. 2.* scribat, eos median pati capitum diminutionem, qui cives Romani in Latinis colonias mitti se parerentur. Operz itaque pretium fuerit, quid inter cives Romanos, Latinosque, quod tam ad jus privatum, quam ad publicum attinet, interfuerit, paulo adcuratus disquirere.

**S. 85.** Vidimus supra, qualis fuerit civium Romanorum LIBERTAS. Latini & ipsi quidem gaudebant libertate, sed juris gentium, non illa juris Quiritium, quam supra descriptum. Saltim quod Lex Porcia sanxerat de civium libertate a verberibus, non aequa valuit in Latinis. Quum enim Novocomenses, jure Latii donati a Q. Pompejo Strabone, paullo post a Cesare civitatis jura essent consequuti, M. Marcellus Consul Novocomensem quendam, in Cesaris concumeliam, virginis cædi iussit, tamquam peregrinum, ut scribit Appianus *de bello civ. 2. p. 443.* & quidem Latinum. Ad Latinitatem enim quod attinet, status controversiam Novocomensibus mouere hand potuisse Marcellus, quippe quam dudum ante Cesarem fuerant a Pompejo Strabone consequuti. Ascon. Pædian. in *Pisonian.* p. 206<sup>a</sup>. Simile quidobser-

mat. de modo usq. 19. p. 878. seq. Alii profecto erant Latini libertini vel Juniani, alli Latini colonarii, quippe ingenui, & honorum in suis coloniis capaces. Vid. Ezech. Spanh. *Orb. Rom. 1. 8. p. 47.*

servat Diodor. Sic. in Excerpto Peirescian. p. 273. ubi de Clodio: *τὸν μὲν πολεμῶν τοὺς πατρίους ἀδειάζειν, τὸν μὲν ευπαῖχον φέσιν ἐμπαιχίζειν.* In Romanos quidem more majorum animadver-  
tit cetera spes vestra: *socios autem virginis occidit.* Et Sallust. de Bell. Jugurt. c. 69. referens, Turpillum, præfectum, Vacceæ oppido impositum, a Metello verberatum, *capitis panam soluisse*, ne cui id miru videatur, statim subiungit: *Nam ita civis ex Latio erat.* Ex quo sane patet, non aequa ad Latinos, se ad cives, pertinuisse libertatem illam, qua ex lege Porcia descendebat (1).

S. 86. Ad CONNUBII jus quod attinet, illud Latinis populi inter se quidem promiscue habe-  
bant ex foedere antiquo, nedum cum civibus Roma-  
nis. Prior disceptus ex Liv. 8. 14. 9. 43. ex quibus  
locis patet, nemini Latinorum, & Hernicorum li-  
cuisse extra fines regionis suæ uxores ducere: poste-  
rius vel inde colligimus, quod ne iis quidem, qui  
sine suffragii jure civitate fuerant donati, cum civi-  
bus Romanis jus esset communis. Campani sane, qui  
pridem civitatem sine suffragii latrone fuerant confe-  
quuti, postea denum impetraverunt, ut sibi cives  
Romanas ducere uxores licerent, & si qui prius duxi-  
fuerint, ut habere eas, & ante eam diem natus justi sibi  
liberi heredesque essent. Liv. 38. 36. Quanto minus  
ergo Latinis hoc jus connubiorum suis credas? Et  
certe clarissime Ulpianus Eragn. 5. 4. *Connubium ha-*

(1) Erroris me hic arguit V. C. Christ. Gottl. Schverzini in eruditâ de jure Italie Dissertatione p. 16. existimat etiam Latinis, & Italîs hanc libertatem compre-  
hendisse, idque probat ex Gell. Not. Att. 10. 3. ubi Graecum in oratione quadam coaquestrum sit, M. Marium &  
& quosdam ex municipiis Italîs beneficis viras, virginis per  
aguriam cesar a magistris populi Rom. Sed Gellius mani-  
festo loquitur de municipiis Italîe, adeoque de urbi-  
bus, non Latini juris, sed civitatem Romanam con-  
sequis, qualia post legem Julianam erant omnia, ante le-  
gem Julianam quamplorius.

habent cives Romani cum civibus Romanis: cum LATINIS autem & peregrinis ita, si concessum sit. Sic & ipsum jus sponsaliorum, nuptiarumque aliud tuisse Latinis, aliquid civibus Romanis, adparet ex Gell. Noſſ. Att. 4. 4. ubi ex Cn. Sulpicio docet, sponsum Latinum agere potuisse ex sponsu in id, quantum intererat, eam uxorem non datam: quum contra civibus Romanis, ut supra diximus, infinita esset repudiorum licentia. *I. i. c. de sponsal.*

§. 87. Quale fuerit apud Latinos jus PATRIÆ POTESTATIS, in tanto veterum silentio non constat. Id saltim certum videtur, nullos fuisse homines ( adeoque nec Latinos ) qui talem habuerint in liberis potestatem, quem Romani habebant. §. 2. *Inst. de patr. pos.* Nec omittendum videtur, paullo plus in Latio potestatis fuisse matri, quam Romæ. Id enim non obscurè pater ex controverbia Ardeensi apud Liv. 4. 9. Latini Juniani habebant jus MANCIPATIONIS, Ulp. *Fragn. 19. 4.* adeoque etiam coloni Latini, quibus æquati illi erant lege Junia Norbanæ. *Petus Fragn. Jarec. apud Pith. n. 8.* An vero etiam veteres Latini eodem jure usi sint, nondum fiat. Porro TESTAMENTUM non faciebant Latini, saltim jure Romano. Ulp. 20. 14. ( nam aliquin & extra Romanos Italos jam inde ab antiquissimis temporibus testamenta condidisse, satis constat. Liv. 1. 3. i. 34. ). Idem Latini nec ex civis Romani testamento quidquam capiebant, nisi inter dies cretioris civitatis Romanæ jura impetrassent. Ulpian. 22. 3. Hæc sunt, quæ veteres nos docent: plura, quum muta hic sint antiqua monumenta, addere non licebit.

§. 88. Suis ergo, ceu ex his patet, legibus utebantur Latini, nec juris Quiritium siebant participes (*m*). Licebat tamen iis, si vellent, leges Roma-

no-

(*m*) Quæri solet, an omnes, quibus jus suffragii datum, legibus suis spoliati: &c, ut populi fundi fierent, coacti sint? Adfirmat. Sigan. de antiquo jure Ital. 2. 7. Sed quid dicemus de Puteolis, quod municipium quam illuc fuit, teste Cicerone pro. Col. 11. suo tamen iure liber.

norum in suas civitates recipere, vel, ut veteres loquuntur, poterant populi FUNDI fieri. Qua de re Cicero pro Balbo 8. Sed totum hoc, iudices, in ea fuit possumus semper ratione, atque sententia, ne, quod iussisset populus Romanus aliquid, si id adscivissent socii populi, ac Latini, & si ea lex, quam nos habemus, eadem in populo aliquo, tamquam in fundo resedisset, ut tuon lege eadem populus is tenebatur, non UT DE NOSTRO JURE ALIQUID MINUERETUR, sed ut illi populi aut jure eo, quod a nobis esset constitutum, aut aliquo commode, & beneficio uteretur. Tulus apud maiores nostros legem c. Eurius de testamentis, tulit Q. Coconius de mulierum hereditatibus: innumerabiles aliae leges de jure civili sunt latiae, quas Latini voluerunt, adsciverunt. Quicumque ergo populi leges Romanas adsciebant, & iis subscribebant, illisque in civitatibus suis uterantur, ii FUNDI dici solebant, non a statu quadam, vel conditione, quemadmodum dici solent populi federati, vel liberi, sed a facto, quod scilicet legibus populi Rom. subscripti essent. Fundus enim auctor est, vel subscriptor. Gell. Noct. Att. 19. 8. Hec ego dixi, non ut hujus sententia, legisque FUNDUS subscriptor que fuerem. Festus: FUNDUS dicitur populus esse rei, quam alienat, hoc est auctor. Plaut. in Trium. 5. 1. v. 6.

Nunc mihi is propere convenientius est, ut quem cum ejus filio

Egi, ei res, FUNDUS pater sit posterior.

Add. Turneb. Advers. 5. 12. Hotoman. Obs. 2. 5. Participes itaque juris Romanorum privati siebant ilii populi, quod leges Romanas adscivissent, & ut apud se valerent, autores facti fuissent. Nec tamen eo ipso iura Quiritium consequebantur ( nihil enim de jure Romanorum, voluntaria ista legum Romanorum receptione, poterat minui ), sed inter se tantum

---

libertateque uti dicitur eidem, Agrar. 2. 32. Conf. Schuyvartz. de jure Ital. §. 5. pag. 14. seq.

rum fīs legibus, quibus Romani cives, utebantur. Verbi causa, Latini tunc inter se poterant testari secundum leges Romanas, id enim licet populis fundis. Sed non ideo quidquam ex testamento civis Romani capiebant. Id enim pertinebat ad jus Quiritium. Multo minus haec legum Romanarum receptio ad jus publicum pertinebat. Unde Cicero ibidem: *De nostra vero rep. de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute, fundos populos fieri noluerunt.* Quæ si observaveris, facile carchis spinosis illis Sagoni, Nic. Rigaltii, Ism. Bialiardi, Henr. Valesii, aliorumque disputationibus *de populis fundis* (n), quippe quibus res, in se clarissima, obscurari sere magis, quam illustrari videtur. Pleniora bona frugis sunt, quæ ad illam pro Balbo orationem commentatus est V. C. Jo. Georg. Grævius.

§. 89. Quemadmodum ergo iure privato diverso admodum usi sunt Quirites, & Latini: ita, quod ad jus publicum attinet, paullo proprius ab illorum prærogatiis absuerunt. Consistebant civitatis jura in censu, militia, tributis, suffragiis, honoribus, & sacris. Latinos Romæ CENSOS esse, nusquam lego, nisi furtim aliquando in tabulas censuales irreperent, quod deinde lege Claudia, Papia, & Licinia Mutia vetatum esse, supra observavimus §. 52. At ex Liv. 46. 13. constat, Latinos in civitatibus suis esse censos. Verosimile itaque est, in Latii civitatibus non minus ac Romæ censum fuisse actum a magistris, tabulaque censuales deinde Romam missas. Id enim etiam in coloniis fieri solitum, nemo ignorat.

§. 90. Porro & MITILÆ jure, sed paullo adstrictiore, gaudebant Latini. Primo enim ne pro se quidem tuendis arma expedire poterant, injussu populi

(n) Trigam illam dissertationum *de populis fundis*: quæ primum Divione conjunctim prodidit, 1656. iterum edidit 1. Ge. Grævius V. C. Thes. Ant. Rom. T. 2. pagina 1925.

puli Romani, ut testatur Liv. 3. 19. Deinde miliebant quidem cum Romanis, verum non ut legionarii, sed tamquam socii, ut accurate ex Polybio docet Lips. de mil. Rom. 1. 6. pag. 48. Unde minus rem acutetigit Car. Sigan. de antiqua iure Ital. 1. 4. pag. 494. qui Latinos inter auxilia ponit, quae Varro de Ling. Lat. 4. 16. pag. 16. ex alienigenis; Festus pag. 256. ex sociis exterarum nationum constitisse, ait. Tam demum ergo hi esse cooperunt socii & auxiliates, quum Latini & Itali civitate donati, legionariae militiae praerogativam consequerentur. Id porro addendum, sociis & Latini nominis semper triplicem equitum, aliquando & peditum numerum imperasse Romanos. Sic apud Liv. 3. 22. duæ partes sociorum in exercitu, tertia civium erat. Idem 21. 17. refert, quatuor & viginti peditum Romanorum milia fuisse scripta mille & octingentos equites; sociorum quadraginta quatuor peditum, & quatuor equitum. Alia exempla sunt apud Liv. 36. 12. 35. 1. & alijs passim. Unde non injuria queruntur apud Vellejum Patrem. Hist. 2. 15. per omnes annos, atque omnis bella, duplice numero se militem equitumque fungi, neque in ejus civitatis jus recipi, que per eos in id ipsum pervenisset fastigium, per quod homines ejusdem & gentis sanguinis, ut externos alienosque fastidire posset. Denique observandum, Latinos, quemadmodum legionis jus haud habebant, ita nec eodem modo, quo milites Romanos fuisse castigatos. Nam & virgis cædebantur, quas quum a Latinorum militum corpore, lege auctoritate Senatus lata, removere tentaret M. Livius Drusus, Tribunus plebis, eam legem numquam observarunt Imperatores, qui remoto viagarum metu, in officio se continere exercitum posse negabant. C. Sigan. de antiqua iure Ital. 1. 4. pag. 496. Exemplum Turpillii est apud Sallust. de Bello Jugurth 69. Jussus a Meleollo cauissam decere, postquam parum se purgat, condemnatus, verberatusque, capititis pœnas solvit. Nam is civis ex Latio erat.

S. 91. De TRIBUTIS Latinorum nihil reperio, nisi quod duriora ea in re fuisse videtur Latinorum, quam

quanti  
ris n  
busq  
brac  
qui  
ini  
men  
ut e  
pian.  
milit  
non  
re,  
men  
nem.

S.  
dam  
ex fo  
nices  
adpar  
540.  
te ga  
skript  
fragia  
buni.  
fortire  
hoc J  
scum  
Latin  
Cassii  
civ &  
urbem  
26. N  
cero p  
liti s  
juberi

S.  
sed n  
men p  
manis  
suis m  
denata

quam civium, conditio. Quamvis enim eos ab extre-  
ris non magis, quam cives suos, tributis vettigali-  
busque onerari Romani paterentur, atque hinc in Am-  
bracensium foedere cavissent, ut Ambracenses portoria,  
qui vellent, caperent, modo eorum cives Rom. & La-  
tini socii immuniti essent: Liv. 38. 44. ipsi tamen Ro-  
mani a Latinis tributa & vettigalia exigeabant, adeo  
ut eos stipendiarios adpellet Livius 8. 8. & apud Ap-  
pian. de Bell. civ. 1. pag. 353. de sociis dicatur, eos  
militando & tributa conferendo gravatos esse. Unde  
non temere colligas, tolerabiliorem quidem hac in  
re, quam Italorum & provincialium, duriorem ta-  
men, quam civium, fuisse Latinorum conditio-  
nem.

§. 92. Illud vero præstantissimum erat ius quorundam Latinorum, quod jure SUFFRAGII gaudenter ex foedere, quo eos obstrinxerat Cassius. Sane Hernicos & Latinos ad serenda suffragia fuisse evocatos, asperat ex Livio 25. 3. & Dionys. Halic. & pag. 540. Attamen ne in eo quidem æquo cum civibus jure gaudebant. Nam primo non erant certæ tribut adscripti, atque inde forciti solebant, ubi ferrent suffragia. Qua de re Livius 25. 3. Testibus datis, tribuni populum submoverunt, siueque adlata est, ut sortirentur, ubi Latini suffragium ferrent. Deinde hoc ius suffragiorum erat veluti peccariorum. Quotiescumque enim liberet, edicere poterant consules, ut Latini urbe exirent. Fecit id sane Virginius Consul, Cassii collega, apud Dionys. Halic. 8. pag. 540. Fecit & C. Fannius, qui Latinos, suffragii causa in urbem accitos, ex SC. exceedere iussit. Cic. Brut. cap. 26. Nec plura exempla tamen succurrunt. Unde Ci-  
cero pro P. Sento 13. Nihil acerbius Latini ferre so-  
liciti sunt, quam id, quod perraro accidit, a consulibus  
juberi ex urbe exire.

§. 93. Gaudebant etiam jure aliquo HONORUM, sed non optimo, quali cives Romani. In eo ta-  
men provincialibus erant feliores, quod non Ro-  
manis praetoribus, proconsulibusque parerent, sed  
suis magistratibus. Unde de Nemauso, jure Latii  
donata, Strabo Geogr. 4. pag. 87. scribit: Ea de-  
casus,

*causa populus ille Romantis prætoribus non paruit.* Melior quoque in eo erit illorum conditio, quam Italorum, quod, magistratibus in patria gestis, ius civitatis Romanæ consequentur, qua de re supra diximus §. 7. Ast hocores in urbe potere haud poterant, ante civitatem lege Julia datam. Hinc quam bello Punico II. Sp. Carvilius suafisset, ut ex singulis populis Latinorum binis Senatoribus, i.e. patres censuissent, civitas, adeoque etiam ius capescendorum magistratum daretur: ejus rei, ut alene, mentio suppressa est. Liv. 23. 22. Nec feliciter processere Latinorum consilia, quum alterum consulem ex sua gente creandum urgerent. Liv. 8. 4. Unde de magistratibus patriis, non urbanis intelligendus est Asconius Paedius, quando de Gallis Transpadanis Latii jure donatis a Q. Pompejo Rabone, ait: *habuisse eas ius, quod ceteræ Latinae coloniae, id est, ut PETENDI MAGISTRATUS GRATIA, civitatem Romanam adipsicerentur.* Ascon. procam. in Pisonian. pag. 262. Dicere enim procul dubio voluit, ut gesti magistratus gratia civitatem Romanam adipsicerentur. Illud enim ius Latinis fuisse supra §. 7. demonstratum est.

§. 94. Denique quod ad ius SACRORUM adiinet, civibus Romanis, & publica sacra, & propria, fuerunt. At communia quoque nonnulla erant civibus cum Latinis, & talia erant Sacra Dia- na, qua exemplo civitatum Aliae, auctore Serv. Tullio, Romæ in fano, communibus sicutib[us] exclusio, faciebant cum Romanis Latini. Liv. 1. 15. Ta- les quoque feriae Latinæ, quas instituerat Tarquinius Superbus. Singulis enim annis conveniebant quadraginta septem Latii populi in monte excelsi, Aliae imminente, sacra facientes Jovi Latiali, epulisque & ludi vacantes. Constitutum quoque erat, quid quisque populus præberet: hic agnos, ille cascós, i.e. lactis modum, & quam portionem recipere deberet. Communis victria taurus erat, de quo cuilibet populo portio sua fuerat constituta. Et huic sacrificio praeerant Romani. Dionys. Halic. Antiqu. Rom. 1. pag. 250. Initio quidem ex instituto Tarquinii unico die hæc saec[re] peragebantur; at, postea regibus,

additus a populo alter: accessit dein tertius post fere  
dus cum Latinis a Sp. Cassio iecum: quartus ob  
plebis, quae secesserat, redditum adjectus. Accessi-  
tans quoque sacrificia & ludi, quibus Senatus adi-  
les praefecerat. Dionys. *Antiq. Rom.* 4. pag. 415.  
Immo & viscerationes, de quibus in actis diurnis a-  
pud Reines. 4. 5. PRÆP. KAL. APRIL. FERIAB.  
LATINAE. CELEBRATAE. ET. SACRIFICA-  
TUM. IN. MONTE. ALBANO. ET. DA-  
TA. VISCRATIO. Viscerationes autem erant  
distributiones canis, panis, olei, vini, crustuli,  
muchi & simillimum, viritim facte, de quibus Rei-  
tel. in *Comm. ad Inser.* pag. 146. Tanti vero ha-  
fetiæ erant Romanis, ut consules in provincias palu-  
dati proficisci non possent, nisi inlicitis prius hinc  
seriis. Liv. 21. ult. 22. 1. Instaurandæ quoque erant  
et Pontificibus, si vel ulla cæteromia negleæta, aut  
quidquam præter jus factum esset. Cujus rei exem-  
pla sunt apud Liv. 32. 1. 37. 3. 40. 45. 41. 16. In-  
terea dum magistratus Romani feriis illis interessent,  
Præfecti feriarum Latinarum (a) usque ad eorum re-  
ditum imperium in urbe tenebant. Jul. Capitolin. *An-  
nun.* 4. Tacit. *Anal.* 6. 11. Ex quibus locis etiam  
patet, ferias istas Latinas, post civitatem quoque La-  
tinis datum, immo adhuc sub Imperatoribus fuisse ce-  
lebratas. Cum Læuvinis in specie Romani communia  
habeant, templum, sacra, lucum, Junonis Sospitæ  
Lanuvinae. Liv. 8. 14. de qua nos plura diximus in  
*Comm. ad L. Jul. & Pap. Cap. I.* 4. pag. 57. Præter  
haec

(a) Sunt qui hōs non prefectos feriarum Latinarum;  
sed praefectos urbi feriarum Latinarum causa, dictos pun-  
tant, veluti Calab. ad *Fol. Capitol. Mori Anton.* 4.  
Ampl. Byckersch. in *prætermis.* ad 1. 2. D. de orig. juri  
pag. 34. Et id quidem verum omnino est: sed existant tar-  
men marmora apud Smerium pag. 41. 5. & pag. 69. 1.  
Gru. d. 333. 9. & 355. 1. in quibus vocantur PRÆF.  
FER. LATIN.

hæc facta cum Romanis communia singuli fere Latini populi & patria numina colebant, qualia erant *Feronia* apud Terracinos, Plin. *Hist.* 2. 55. Sil. Ital. *lib.* 13. v. 83. seq. *Jupiter Ancor*, *Jupiter Lannusius*, *Liv.* 32. 9. *Sanguis*, vel *Anguitia Marsorum & Marruviorum*, Serv. ad *Virgil. Aen.* *lib.* 8. & alia.

§. 95. Ceterum an principia illa iuris publicet, quæ §. 72. explicavimus, apud Latinos quoque habuerint locum, merito dubites. Sane enim, quum Romani duarum civitatum cives esse non possent: libebat tamen iis, relicta civitate Romana, in alienam recipere, aliusque jus civitatis adsumere. Sic, si non luisset T. Pomponius Atticus civis Romanus manere, liberum ipsi omnino fuisset, civitatis Atheniensis iura adseiscere. Ast Latini, si sartim irrepsierant in tabulas censuales Romanorum, vindicari a magistratibus suis poterant & revocari, non fecus ac si essent glebitæ adscripti. Sic M. Crassus judicio repetitus est a Mamertinis, procul dubio tum adhuc Latinæ conditionis. Cicero *pro Balbo* 23. M. Perperna a Sabellis. Val. Max. 3. 4. 5. Vid. *Comment. nostr. ad L. Jul. & Pap. Popp. I. 1. 2.* Et hæc sufficiant de Latii jure. Dicendum jam porro de jure Italico.

### C A P. III.

#### *De Jure Italico.*

§. 96. *Italia quomodo late patuerit?* §. 97. *Jur. Italicum.* §. 98. *Italia civitate donata, multis exterrit datum jus Italicum.*

**I**talia Romanis dicebatur, quidquid praeter Lachum inter utrumque mare ad Rubiconem usque fluvium procurrir. Reliquum enim terræ tractum usque ad Alpes Galli, Ligures, Veneti, Carni, occupaverant. Ceterum Italiam inter se diviserant populi quam plurimi, & maxime Hetrusci, Lucani, Brutii, Epizephyrii, Locri, Calabri, Messapii, Salentini, Apuli, Hirpini, Fentani, Picentes,

tones, Umbri, Sabini, Marti, Vestini, Marrucini, Peligni, & Sammites, qui diversis bellis perdonati, foedera non uno in societatem a populo Romano accepti sunt. Bella cum tot populis gesta accurate recenset Car. Sigonius de antiquo jure Ital. 1. 8. seqq. Sed quibus annis singula dicta sint foedera, quibus quique conditionibus populi in societatem receperi sunt, in tanto veterum silentio obscurum est. Illud certum, & a V. C. Christ. Gottl. Schyvarzio in Diff. de jure Ital. recte observatum est, distinguendas esse varias juris Italici periodos. Post prima eam illa & antiquissima foedera plures Italici populi ad Hannibalem defecerant, quorum alii ultra ad officium redierunt, alii armis recepsi sunt. Hinc anno U. C. 650. P. Sulpicius Galba Dictator Italiam peragravit, & cognitis singularum civitatum caussis, aliis, & in his nominatis Brutis, Picentinis & Lucanis durius jugum imposuit, aliis pristina jura restituit. Gell. Noit. Att. 10. 3. Postea anno U. C. 764. Itali jura civitatis impetrarunt legibus Julia & Plotia. Vid. supra §. 9. Ex eo Sulla id jus iis haud parum imminuit, quia Itali partes adversas sequenti fuerant. Quonvis hanc legem non adeo diu valuisse, testetur Cicero pro Domo 30. Vatia hinc porto Italii induxit Augustus, excoigitato novo genere suffragiorum, que de magistratibus urbicis decurionibus colonici in sua quisque colonia ferrent, & sub diem comitiorum obsegnata Romanam mitterent. Suet. Aug. 36. Idem Imperator etiam militiae necessitatem remisit Italii. Herodian. Hist. 2. 11. Hadrianus per omnem Italiam quatuor CONSULARES iudices constituerat. Spartian. Hadr. 22. Hinc CONSULARES CAMPANIÆ sunt ap. Grut. pag. 344. 2. pag. 471. 8. ΑΝΘΡΑΤΟΣ ΚΑΜΠΑΝΙΑΣ apud cumdem pag. 1090. 20. qui & PROCOS. vocatur in marmore Reines. Claff. 6. 4. Consularem per Tusciā & Flaminiam fuisse patrem suum, narrat Rutil. Numar. Itiner. 1. v. 575. 593. Horum in locum JURIDICOS suffecit Marcus Antoninus. Jul. Capitolin. Marc. 11. Sequentे tempore Italia aliquando subfuit CORRECTORIBUS & PRÆFECTO

**CTO PRÆTORIO**; V. C. Ever. Otto de *Ædil-*  
*munic.* 12. Denique post Constantium M. diviso fas-  
 pe imperio, Consulares Italæ iterum memorantur,  
 ab Ammiano, Symmacho & Cassiodoro, quos ali-  
 quando & MODERATORUM, RECTORUM &  
**PRÆSULUM** nominibus venire, observat Thom.  
 Reines. *Comm. ad Inst. p. 397.* Et ab eo tempore im-  
 munitas Italæ paene adempta, & tributa iis gravissima  
 iniuncta sunt. Schwarz. *I. c. S. 12. p. 36.* qui  
 etiam observavit, vestigia juris Italici tantum non o-  
 mnia sustulisse Justinianum, id quod verum esse, vel  
 ex *I. un. c. de usucap. transf. l. 1. c. de annal. ext.*  
*Ital. & princip. Inst.* quibus alienare licet, vel non,  
 satis adparet.

S. 97. Non multo certius videtur, qua in re ip-  
 sum jus Italicum fuerit positum. Multa Itali cum  
 sociis Latini nominis habuere communia. Non magis  
 gavili sunt jure Quiricum, quam Latini; ast ut ca-  
 mena sunt iuribus nexus & mancipiorum, annulis  
 exceptionis, jure capiendi, alisque quibusdam bene-  
 ficiis, si recte conjectit Henr. Noris de *Epos. Sy-*  
*ro-Maced.* 4. p. 428. Saltim in his omnibus eos me-  
 lioris fuisse conditionis, quam Latinos, non temeriter  
 crediderim. Eadem utrique fuit census, eadent tribu-  
 torum & vectigalium ratio, nisi quod Itali paucio-  
 durius habeti videntur. A Neapolitanis certe, a Regi-  
 nis, a Tarentinis Romani stipendum & naves ex te-  
 dere exegerunt. Immo ex Ciceronis *Verrin.* 3. II.  
 patet, partem Italit hand ministram vectigalem fuisse  
 (p). Porro Itali non minus quam Latini militiis  
 jure obstricti fuerunt Romanis, tantaque subinde mi-  
 serunt auxilia, ut L. Æmilio Papo, C. Atilio Regi-  
 lo Coss. nunciato Gallico tumultu, equitum 80. mil-  
 lia, peditumque DCCM. armasse eos, tradat Plinius  
*Hist. Nat.* 3. 20. Denique in eo quoque par fuit Li-

cimo-

(p) Ast remissum postea esse Italit tribotum, diximus  
 supra S. 19. Hinc postremis resp. temporebus jus Italicum  
 præcipue in immunitate & censu capitis & soli conti-  
 vid. I. 8. S. 7. D. de tens.

tinorum Italorumunque conditio, quod utriusque non Romanis proconsulibus aut pratoribus, sed suis magistris (q) parerent. At in hoc inferiores fuere Latinis, quod non gaudent jure suffragii, ad quod tum deinde adspirarunt, quam lege Julia primum, ad deinde Pictia, civitate Romana essent donati. Quod re supra §. 9. egimus. Porro nec ea praerogativa garis sunt Itali, ut, qui vel aeterni ex se domi reliquissent, vel magistratus cessissent in patria, cives Romani fuerent. Postremo neque communia sacra haberunt Itali, adeoque his rebus omnibus Latinis fuerunt deteriores. Car. Sigan. *de antiquo jure Ital.* 1. 22. Speciam quaedam de Italorum iuribus diximus lib. 1. Tit. 25. §. 1. seq. lib. 2. tit. 1. §. 15. lib. 2. tit. 6. §. 2. lib. 2. tit. 8. §. 9.

§. 92. Quemadmodum vero, communicata cum Latinis civitare, non ideo statim exspavit jus Latii, ita & jus Italicum, etiam ex eo tempore, quo Itali civitatem donati sunt, non desit, sed ad multas alias civitates provinciales porrectum est. Sic Foroaugustanus in Hispania Italiae datum, scribit Plin. *Hist. Nat.* III. 3. Alias juris Italici colonias recensent Ulpianus, Celsus, Cajus, Paullus jureconsulti in l. 1. l. & l. 7. l. 8. D. de consib. de quibus nos infra agamus accuratius. Ceterum vel ideo hoc observandum est, ut intelligamus, quid in jure nostro sit SOLUM ITALICUM, cuius hinc inde fit mentio, veluti

(q) Attamen etiam haec in re melior aliquanto fuit Latinorum conditio. Quoniam enim Latini numquam subfuerint Romanis magistris: Italia in gravioribus bellis extra ordinem nonnunquam Proconsulibus decreta est. Atque ita intelligendus Appianus *de Bell. Civil.* 1. pagina 374. οὐδὲν γέγονεν ἀπό τοῦ πολέμου ταῦτα διχωρεῖσθαι πάντας νομούς ποιεῖ. Apares enim, tunc quoque regiones Italie distributas esse proconsulibus, extra ordinem scilicet, si seditionis esset periculum. Sic belli Marsi tempore Pleniis cum imperio praecepsit Q. Servilius, legatumque ei habuit Fontejum, eos ex eodem discimus Appiano, s.c.

Iuti pr. Inst. de usucap. & apud Ulpian. Fragm. 19. 1. Non enim in sola Italia id quærendum est, sed & in provinciis omnibus, & civitatibus ac coloniis illis, quibus datum fuerat jus Italicum, qui agri etiam censui censendo dicuntur. Cic. pro Flacco 32. Censui enim censendo dicebantur agri, qui venire emique poterant jure civili. Fest. *hac voce*. Jure civili vel Quiritium venabant tantum res mancipi. In rerum autem mancipi numero erant tantum prædia soli Italici. Vid. Jo. Georg. Grav. ad Cic. ibid. & V. C. Schultzing. *Adnot. ad Ulpian.* p. 619.

## T I T U L U S IV.

## De Jure Provinciarum.

§. 99. Quid provincia? §. 100. Quomodo regio redacta in provincia formantur? §. 101. Provinciae suis legibus non utebantur: sed datis a viatore. §. 102. Ut & aliis, quas S. P. Q. R. iis debant. §. 103. Nec non editiss Procos. §. 104. Sub imperatoribus multa bac in re mutata. §. 105. Provinciae parebant vel Praetoribus, vel Cons. vel Propriet. vel Procos. §. 106. Nova magistratum provincialium nomina sub Imperatoribus. §. 107. Quis ejusmodi magistratus constituerit? §. 108. Quomodo ornati? §. 109. Quis comitatu usi sint? §. 110. Quomodo profecti sint in provinciam? §. 111. Officia praesidum. §. 112. Prostatores provinciales. §. 113. Eorum officium. §. 114. Tributa, quo exigeabantur a provincialibus. §. 115. Ut & velligalia, & speciam, decumus. §. 116. Scriptura. §. 117. Portoria. §. 118. Alia velligalium genera.

§. 99. Durissimæ in orbe Romano conditionis erant provinciae, quo nomine appellatas constat omnes illas regiones, quas vel armis devictas, vel alio modo redactas in potestatem, magistratibus suis administrandas subjiciebant Romani. Festus *vece provincie*, p. 384. Provinciae adpollabantur, quod populus Romanus eas provicit, id est, ante usque. Isidor.

*19. t.  
& m  
illis,  
n cen  
sui e  
ae po  
l Qui  
autem  
alici.  
Schul-*  
*redella  
t legi  
oz. Ue  
3. Nec  
multa  
st vel  
eos. S.  
et fab  
stratus  
. Quo  
inc in  
. Oye  
5. 114.  
5. 115.  
. 116.  
vesti-*  
*nis e  
cellatas  
victas,  
ratibus  
us va  
, quod  
vicit.  
dor.*

*Liocr. Orig. 4.5. Provinciae ex causa vocabulum accepuntur. Principatus namque gentium, que ad alios Reges pertinebant, quum in ius suum Romani vindendo redigerent, procul positas regiones provincias appellabant.*

*S. 100. Leges, quas a victore populo ejusmodi regiones acciebant, PROVINCIAE FORMA vel FORMULA dicebantur. Cujus rei hanc observata est ratio. Senatus acceptis ab Imperatore de superatis hostibus, & regione in potestatem populi Rom. redacta, litteris, (solebant enim, qui res literas municiabant, Romanu nuncios cum hastis laureatis, litterisque lauro involutis, mittere. Gronov. Diatr. ad Statuum c. 46. p. 310. vel sub Imperatoribus ipsas pugnarum victoriarumque picturas in urbem perferendas dare. Herod. Histor. 3. 9. 7. 2. ), imprimis confulebat, quas leges victis dari placeret. Facto SC. Imperatorem, quid visum sit Senatui admonebant, simulque deceim legatos Senatores mittebant, quorum sententia Imperator de hostili regione statueret. Tum Imperator, adhibitis in consilium legatis, viatis certas leges praescripsit, & civitates, bene de populo Romano meritay, suis legibus uti jussit, reliquum terrae tractum legibus magistratibusque spolavit, & hinc tunc dicebarur in provincia formam redditus. Quidquid vero hunc in modum de consilio sententia statuerat Imperator, id in concione, facto antea per praecoenem silentio, publice pronunciare mandabat: eoque facto, Roman, relicto aliquo praefecto provincie decedebat. Hunc in modum Asiam redactam in formam, provinciae, constat ex Strabone. Alia exempla extant apud Liv. 33. 18. Appian. in Libyc. p. 84. & alibi postim. Sed desit hic mos, ex quo Principes omnia pacis bellicque negotia suo arbitrio gerere coeperunt.*

*S. 101. Quamvis vero non una eademque esset omnium provinciarum conditio: illud tamen communne erat omnibus, quod nec suis legibus ( r ) magistra-*

*( r ) Attamen patriam religionem plerique relinquent, cru exemplo Egyptiorum patet, de quibus Tertull.*

strisibusque uterentur, & populo Romano penderent  
vectigalia. Noticiebantur, inquam, suis legibus, sed  
iis, quibus Romani eos uti jubebant, quæque trium  
plerumque generum erant. Primo enim ipse vîctor  
de decim legatorum sententia certas leges dabat pro-  
vincialibus, quas deinde in jure dicundo observari a  
magistratibus oportebat: deinde leges novas aliquando  
ferebant Romani, quibus & provinciales obsequeren-  
tur, qualem supra esse vidimus legem Julianam & Ti-  
tianam: postremo, ipsi, qui cum imperio præterant provin-  
ciis, edicta proponebant, quibus modum, quem  
in jure dicundo essent observaturi, denunciabant.  
Nulla regio in provinciæ formam redigebatur, cui  
certas leges daret vîctor de sententia legatorum. Si-  
culis quales datæ fuerint leges, ostendit Cicero Ver-  
rin. 2. 13. Siculi hoc jure sunt, ut quod cívus cum  
cive agas, domi certet suis legibus: quod Siculus  
cum Siculo non ejusdem cívitas, ut de eis Procur  
judicet ex P. Rupilius decreto, quod in DE DECEM  
LEGATORUM SENTENTIA statuit, quam legem  
Siculi Rupiliam vocans, fortinatur. Quod privatus a  
populo petat, aut populus a privato, senatus ex al-  
iqua civitate, qui judicet, datur, quum alterne ci-  
vitates replete sint. Quod cívus Romanus a Siculo  
petat, Siculus judex datur: quod Siculus a cíve Ro-  
mano, cívus Romanus datur. Ceterarum rerum felicis  
indices ex cívibus Romanorū conventione proponi solent.  
Inter aratores & decimanos lege frumentaria, quam  
Hieronicam appellant, iudicia fiunt. Ejusmodi quo-  
que leges, Macedonibus a L. Paullo de confilii sen-  
tentia datas, recenset Liv. 45. 29. Achaeis præcri-  
ptas Pausan. 7. p. 427. seq.

S. 102. Accedebant his deinde leges quedam a Ro-  
ma-

*Apoloq. 34. & Judæorum, de quibus Philo, Legat. ad Ca-  
juum Imp. p. 864. Coitiones tamen religionis causa insi-  
tutæ siue prohibicas fuissæ, si e republica videretur,  
docet ampl. Bynkersu. de rel. peregr. Diff. 2. p. 250.*

manis latz, quas in provinciis observari oportebat. Sic quum lex Atilia de dando tutore tantum in urbe valeret: lege Julia & Titia eadem, uti paullo ante diximus, etiam ad provincias porrecta est, princeps. *Instit. de Atilian. ius.* Quum ex lege Julia de matritandis ordinibus tutor dandus esset ei mulieri virginique, quam ex ipsa lege nubere oportebat, ad dotem dandam, dicendam, promittendamque; factum paulo post ex SC. quod cautum, ut etiam in provincia similiter a Praesibus ex eadem causa tutores darentur. *Ulpian. Fragm. 11. 1.* Similia exempla suppeditabunt l. 19. D. de riua nupt. (quam uberrimus exposuimus in *Comm. ad L. Jul. & Pap. lib. 1. c. 5. p. 64. & lib. 2. c. 21. p. 334. seq.*) & l. 5. pr. D. de manumiss. Huc pertinent tot rescripta Principum ad provinciarum Praesides, quibus vel nova iura dant provinciis, vel dubia & ambigua decidunt, teu ex Pandectis nostris ac utroque Codice satis adparet, lib. 14. D. de off. pref. lib. 14. ad SC. *Tuepili. lib. 1. D. de abigeis, lib. 12. D. custod.* reor.

S. 103. At praeципue jus in provinciis proficiebatur ex edictis proconsulium, & reliquorum magistratum, quæ simul ac in provincias ituri erant, componere, ac dein publice preponere solebant. Hoc edictum tribus plerunque partibus constabat. Nam primo multa ex antecessorum edictis transferebant in sua, eaque per edictum *tralacitium* vocabatur: deinde multa nova addebat ipsi, quæ administrationem provincie, summus, & rationes civitatum, pactiones cum publicanis, usuras, syngraphas, hereditatim possessiones, aliaque hujus generis pertinebant: postremo etiam pleraque transferebantur ex edictis urbanis, quæcunque scilicet de jure dicundo, seu de usicatis privatorum causis, & controversiis agebant modo concinna essent conditioni provincialium. Unde *edictum tralacitium* & ea pars vocatur apud Cic. *Ad Att. 5. 21.* Discimus haec omnia ex Cic. *Ep. ad Famil. 3. 8.* qui Proconsul in Ciliciam iturus: *Roma*, inquit, *compositi edictum, nihil addidi, nisi quod publicani me rogarant, quum Samum*

*ad me venissent, ut de tuo edicto totidem verbis trans-  
ferrem in meum ( Habis ergo patrem edicti tralati-  
tiam ). Diligentissime scriptum caput est, quod per-  
petuus ad ministrorum summus civitatum, quo in capi-  
te sunt quadam nova, salutaris civitatis, quibus  
ego magnopere delector ( En alteram edicti partem,  
in qua nostra quedam addidet Cicero ). In tertia  
parte, quae fuerint scripta, ipse quoque ostendit Ep.  
ad Attic. 6. 1. ubi & reliquis capitibus ait distin-  
ctius: Breve autem edictum est, propter hanc mean-  
os etiam quod dubius generibus edicendum putavi:  
quorum unum est provinciale, in quo est de rationi-  
bus civitatum, de are alieno, de usurz, de syn-  
graphis: in eodem omnia de publicanis: alterum,  
quod sine edicto satis commode transigi non potest, de  
hereditatum possessionibus, de bonis possidendis, ma-  
gistris faciundis, vendendis, que ex edicto & postu-  
lari & fieri solent. Terterum de reliquo iure dicundo  
etiam reliqui. Dixi, me de eo genere mea decreta ad  
edicta urbana uscommodeaturum. Ex quibus patet,  
quod supra jam observavimus, simillima quidem in-  
ter se fuisse edicta urbana & provincialis: sed tamen  
non statim idem obtinuisse in provincia, quod Romæ  
fuerat vel lege, vel moribus, receptum. Vid. Ger.  
Noodt Obs. 2. 5. p. 444.*

S. 104. Sed in his non una contigit mutatio, ex  
quo ad principes devoluta est respublica. Primo enim,  
quod jam supra observavimus, etiam provinciale edi-  
ctum concinnum est perpetuum, quum antea non  
modo singularum provincialium edicta inter se discre-  
parent, aliudque esset edictum Cilicum, aliud Sici-  
liense, aliud Asaticum, &c. sed & successores ante-  
cessorum edicta, praetorum urbanorum exemplo, fix-  
issime mutarent. Vid. Ezech. Spanh. Orb. Rom. E-  
xerc. 2. c. 8. p. 181. seq. Deinde, communicata cum  
universo orbe Romano civitate, leges etiam Romane  
provinciis omnibus traditæ sunt, eademque jura Ro-  
mæ fuerunt, ac in provinciis. Hinc de suo anno Gre-  
gorius Thaumaturg. in Paneg. Orig. p. 47. 6. Θαυμα-  
τοῖ ἡμῶν τῶν σοφῶν νόμοι, οἵτινες τὰ πάντα τῶν ἐπο-  
ρικῶν ἀρχῶν αὐθόντων κατεδίδυται πράγματα. Mi-  
rific-

rifice sapientum nostrorum leges, quibus omnium, tunc, qui Romano Imperio parent, hominum res reguntur. Rutil. Numatian. Itin. I. v. 63. ad Roman.

*Fecisti patriam diversis gentibus unam,  
Profuit iustis, te dominante, capi.  
Dumque offens viatis propriis consortia juris,  
Urbem fecisti, quod prius orbis erat.*

Plura ejusmodi testimonia collegerunt Juretus ad Symmach. Ep. 5. 44. Ez. Spanhem. Orb. Rom. Exerc. 2. c. 7. p. 169. seq. qui etiam eruditus observat, post ea quoque tempora multis civitatibus auctoritas relictam fuisse ab Imperatoribus.

§. 105. Alterum, quod communis fuit omnibus provinciis, in eo positum est, quod illæ non suis, ut socii & Latini nominis, sed Romanis magistratus, patarent. Duo vero in singulas provincias magistratus mitti solebant, quorum alter generali nomine *Præfes* dicitur I. l. & II. D. de offic. pres. alter *Quaestor* appellabatur. Præsidum officio initio functi sunt *Prætores*. Hinc quum initio duo in tuba *Prætores* essent, quorum alter civibus jus dicebat, alter peregrinis: Sicilia in provinciæ formam redacta, tertius: quin deinde Sardinia accederet, quartus: quumque & Hispaniarum duæ provinciæ essent constitutæ, quintus & sextus additi sunt, qui inter se provincias sortiri solebant. Liv. 27. 36. & 34. 55. Postea coepérunt & consulibus, si quando gravius imminerer bellum, provinciæ decemni, unde aliæ provinciæ *prætoria* erant, aliæ *consulares*. Liv. 8. 22. 45. 27. ex quibus locis patet, Coss. tunc vel inter se comparasse provincias, vel sortitos esse. Conf. Liv. 34. 35. Solebant tamen aliquando provinciæ nec comparari, nec forte, sed judicio senatus populive, decerni consulibus, ceu docent exempla apud Livium 37. I. 30. 27. 35. 20. Nonnumquam utriusque protegari solebat imperium; & tunc *Proprietores*, vel

consules dicebantur (<sup>f</sup>), quorum illi sex licetoribus, totidemque securibus, hi duodecim utebantur. Quia de re Appianus Syriac. p. 95. Ego dicitur utrumque primi praeceptum  
εργατηρικός εἴη τοις αυτοῖς καλούται εὐαγγείλειν, οὐτι  
νοέιται δύσκα μάκιστοι, η δύσκα σάβδοις, οὐτι  
οὐ πάλαι βασιλεῖς, χρεμάραι, τοις βασιλεῦσιν εἰσι  
νεῖς διὰ τοῦ σπαρτιώτου τοῦ νομίσματος τοῦ επαγγείλουσαν. Ad  
omnes misserunt propraetores eum sensis securibus, quia  
consules duodenis securibus totidemque fascibus, ut  
elimi Reges utinamur. Praetores autem, ut insignia  
consulium dimidista, ita dignitatis quoque ac potesta-  
tis habent dimidium. Add. Plutarch. vit. Paulli, p.  
256.

S. 6. Postquam provincias cum Senatu divisit Au-  
gustus, alia sensis in usu esse coeperunt nomina.  
Nam quos Senatus mittebat Praefides, ii processi. ve-  
teri vocabulo adpellati: quos Imperatores, ii variis  
deinde nominibus nuncupati, Legati Augg. pro con-  
sule, vel pro praetore, Praefecti Augustales, Legati  
Cesarum, Praefides, Procuratores Caesarum, Consula-  
res, Correlliores, Iuridici, quales aliquando in Italia  
& Alexandria, Sex Rufo Romani iudices, Straboni  
Libro 13. Alexandritas dicti, quin in minores qua-  
dam provincias Procuratores Caesarum ierent, vel Ra-

tio-

(f) Ita sese rex habuit, temporibus antiquissimis &  
primusque Coss. cui ita protogatum imperium, est Q.  
Publilius Philo. Liv. 8. 26. Idem postea sapienter factum  
esse docent apud Liv. 29. 13. 39. 1. & alibi. Deinde  
& ii processi dici coeperunt & praetores, qui nullis ante-  
dictis magistratibus, ad bellum gerendum missi sunt  
in provinciam. Qualis processus fuit P. Cornelius Scipio,  
Liv. 26. 19. Propraetor C. Octavius Cic. Epist. 18. 19.  
Sueton. Oct. 10. Postea invaluit, ut quotannis, antequam  
novi Coss. & Praetores designarentur, provincie duce con-  
sulibus, & reliqua Praetoribus futuri decernerentur,  
quas illi designati vel sortirentur, vel inter se compa-  
renarent, ut finito magistratu in eas proficerentur. Si-  
gmo. de anti. iur. prou. 2. 1. p. 125.

*tionales, & Catholici, de quibus prater ea, que diximus in Pand. p. I. §. 231. legi merentur Dio Cass. 53. p. 504. seq. Guido Panciroli. nosit. Imp. Orient. 155. Jac. Guth. de Offic. Dom. Aug. 1. 5. seq. Aliis etiam sub Imperatoribus uti cooperant insignibus. Consulares fasces, praesides præterea vexilla habuere, quæ vultum principis præferabant. l. 1. c. Theod. de consul. & praesid. & ibi Jac. Gothofred.*

S. 107. Imperium praesidibus initio lege curiata dabant populus: Cic. de lege Agrar. 2. 12. provincias ipsas decernebat Senatus, cujus etiam erat, statuere, quas praetorias esse vellet, quamvis plerunque eam teneret rationem, ut eas, in quibus tumultuari, aut quas ab hostibus vicinis tentari intelligeret, Consulibus; quietas vero & pacificas Praetoribus decerneret, qui deinde eas inter se vel sortiebantur, vel comparabant. Sigan. l. c. 2. p. 125. Id has deinde veluti postliminio recepit Senatus, lege Sempronia, de provinciis decernendis, lata a C. Sempronio Graccho, Q. Cecilio & T. Quintio Coss. anno U. C. 630. Cic. pro domo sua c. 9. de prov. cons. c. 11. Agrar. 2. 12. quam L. Calpurnius Piso Trib. plebis paullo ante anno 604. nova quedam lege sua invexisset. Extremis reip. temporibus, & labente vetere disciplina, multa contra morem majorum excoitarunt Sulla, Marius, Pompejus, Crassus, Cesar, Antonius, quæ accurate satis refert Sigan. l. c. donec Augustus, ut dixi, provincias cum Senatu populoque Romano partiretur (t). Dio Cass. l. c.

S. 108. Ituris in provincias Praesidibus mandata dabant

(t) Hinc discrimen inter provincias *populares* vel *publicas* & *Cæsarium*. Sed sepe harum provinciarum facta est permutatio. Publicas plerasque ad se rapuit Clodius, quas deinde Senatu sub Imperii initio restituit Nero Annal. 13. 4. Sub Traiano etiam Bithynia cum aliis a Senatu ad Imperatores translate est. H. Nois *Cœnacop. Pisæ*, p. 207. Postremo omnes provincias ad se rapuerunt Principes, nihilque Senatu reliquum fuit, ultimis Imperii temporibus.

bat Senatus, quantum pecuniae, quantum exerceitum habiturus sit, quod stipendium cum dare, quantum viaticum capere oporteret; & hoc SC. praefides, ipsae que provinciae, ORNARI dicebantur. De quo ritu plura tradunt Is. Casaubonus & Torrent. ad Suer. Ces. 17. Sigon. de ans. iure provinc. 2. 1. pag. 142. seq.

S. 109. In comitatu Praesidum erant legati, tribuni militum, centuriones, praefecti, decuriones militarium operum rationumque auditores: praeterea vero scribae, accensi, praecones, lictores, interpretes, tabellarii, aruspices, cubicularii, medici, &c, quæ quotidianæ vitæ prope socia fuit, juvenum cohors, quæ cohors prætoria, & quasi prætoria dicta est, in quin numerum etiam conubernalis referendi, Sigon. l.cit. c. 2. p. 149. Legatos Praesidi aut Senatus dabat, aut hujus permisso adsciscerbat Praeses, aut plebs, lata lege, extra ordinem designabat. Cic. Vatin. 15. Nep. Att. 6. Et hi sunt ~~τοιχίοι ταραχόποι~~, de quibus L. Petr. 2. 14. Numerus eorum non unus idemque semper fuit. Q. Cicero tres secum legatos duxit in Asiam. Marco fratri in Ciliciam eanti-quatuor, Q. Pompejo quindecim adfuerant. Quinvis vero & ipsi legati lictoribus & fascibus uterentur: Liv. 19. 9. non tamen nisi mandatam jurisdictionem habebant, quæ quanta esse potuerit, ex ist. D. de officio ejus, cui mand. jurisdictione constat, & egregie, suo more, disquirit Ger. Noodt de Jurisd. 2. 7. p. 161. Unde Caesar de Bell. Civ. 3. 51. Aliæ sunt legati partes, aliæ imperatoris: alter omnia agere ad prescriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet. Idem de Bello Civ. 2. 17. officium legati fiduciariam dicere operari obtinere. Reliquorum, qui in comitatu praesidum fuere, veluti tribunorum, centurionum, praefectorum, scribarum, medicorum, accensorum, haruspicum, praecorum (Vid. Liv. 42. 49. Cic. Verrin. 2. 10.) & hujus generis aliorum ministrorum, quænam fuerint officia, ex ipsa veteris rei militaris, ac judiciorum ratione facile colligitur. De solis conubernalibus addendum, fuisse ita appellatos adolescentes, qui percipienda rei militaris & provinciae cognoscenda

de causa presides in provinciam erant sequuti. Cic. pro Cal. 30. & pro Planc. 21. Ex toto vero illo provinciali comitatu, libera adhuc republica, exsulabant feminine, quas ab Augusti demum temporibus (<sup>a</sup>) duci cepisse in provincias, palam est. Hinc M. Seneca Consrv. lib. 4. laudat Flaminium, quod exiturus in provinciam, uxorem a porta dimiscerit. Ast postquam Augustus quibusdam, quamvis gravate, id concesserat, sensim obsolevit illa majorum disciplina. Hinc & frustra fuit sub Tiberio Cecina, qui morem veterem revocandum suadebat. Tacit. Annal. 3. 33. Inter que Severus Cecina censuit, ne quem magistratum, cui provincia obvenisset, uxor comitaretur. Et paucis interjectis: Haud enim fruslra placitum olim, ne feminæ in socios aut gentes externas traherentur. Inesse mulierum comitatus, qua pacem luxus, bellum formidino morentur. Sed, ut dixi, nihil profecit Cecina, Valerio Messalino & Druso ei graviter occlamantibus. Hinc saepe uxores cum magistratibus ex eo tempore in provinciis hæsisse legimus, veluti uxorem Pilati, Martb. 27. 19. Drusillam Felicis, Att. 24. 24. uxorem Plinii, ceu ex ejus Epistolarum l. 10. 121. discimus. Nonnum tamen res ordinaria, nec promiscua omnibus licentia. Id enim si fuisset, non sanctivisset Alexander Severus, ut Praefidibus, qui uxores non haberent, singulas concubinas, quod sine his esse non possent, in provincias ducere liceret. Lamptid. Vit. Alex. c. 42.

§. 90.

(<sup>a</sup>) De ipso quidem Augusto Sueton. Off. 24. Disciplina severissime renit, ne Legatorum quidem cuiquam nisi gravate, hibernisque demum mensibus, permisit uxorem intervire. Tiberium quoque simile quid sanguis, pater l. 14. D. de offic. præcos. Sed non diu haec antiquæ disciplina mansit custodia, ex quo ipse Augustus Liviam, Germanicus Agrippiam in provincias duxerat. Cautum tamen fuerat SC. an. U. C. 772. Cotta & Messala Coss. ut si uxor aliquid deliqueris in comitatu Praefidis, ab ipso marito ratio & vindicta exigeretur. l. 4. §. 2. D. de offic. præcos.

§. 90. Profecturi in provincias Praesides, nuncupatis in Capitolio pro republica votis, atque inde demum paludamento, lictoribus, reliquisque adsumis imperii insignibus ad portam urbis ibant, & si quidem nonnulla supererant negotia, extra urbem aliquandiu morabantur, quum intra urbem cum imperio esse haud possent: sin vero omnia parata essent, salutantibus amicis, & officiis caulla aliquantum profectibus, iter in provinciam ingrediebantur. Liv. 41. 49. 45. 39. Cic. Perr. 5. 13. Ubi attigerant provinciam, certiores de adventu suo faciebant decessorem, ut cum eo congregientes de statu provincie cognoscerent. Quo facto intra triginta dies illi descendendum erat, id quod lege Cornelia, a L. Cornelio Sulla lata, fuisse statutum, patet ex Cic. Epist. ad Fam. 3. 6. Immo & antequam provinciam ingrediebantur, edicto de adventu suo monebant provinciales, continentem commendationem aliquam sui, & maxime deprecante, ne publice vel privatim sibi occurreretur, squidem id melius in sua quisque patria facere posset. l. 4. §. 3. 4. D. de offic. proc. ubi & alia, a Procos. in provincie ingressu observanda, habentur.

§. 91. Quum vero duo essent Praesidum munera, quorum alterum JURISDICTIONE, alterum coiuniebatur IMPERIO: solebant illi ita partiti annum, ut astatem fere rei militari, hiemem juri dicundo impenderent. Cic. Epist. ad Att. 5. 14. Et ita quidem libera adhuc rep. se res omnino habebat. Augustus autem cum populo partitus provincias, suos quidem Praesides mittebat, ita ut & legionibus praeficerent, Dio Cass. 53. p. 504. non autem ullam partem Imperii militaris concedebat Proconsulibus a Senatu in provinciam missis, nisi quod aliquando extra ordinem legiones ducere juberentur. Lips. Excess. ad Tacit. Annali 1. lito. M. Utrique tamen jus summa auctoritate dicebant. Caussae, que in litem ducuntur, vel publicae sunt, vel privatae. Privatarum causarum cognitio vel domestica erat, vel popularis. Domestica intra praetorium, & in cubiculo querelis provincialium audiendis, ministrante cubiculario, explicabatur: popularis in basilica ac pro tribunali, scilicet

scribis, accensis, praeconibus, lictoribus ad parentibus.  
 Cic. ad Q. Fratr. I. 1. Constat inter omnes video,  
 facilissimos esse adiutus ad te, patere sues tuas quere-  
 lis omnium, nullius inopiam ac solitudinem, non mo-  
 do illo populari accessis ac tribunali, sed ne domo qui-  
 dem tua ac cubiculo esse exclusam. Ut autem han-  
 potestitatem eo commoditus exerceant praefides, simul  
 ac venerant in provinciam, conventum vel forum in  
 certum diem certumque locum indicebant provincia-  
 libus. Et ejusmodi conventus deinde vel plures uno  
 loco, vel singulos singulis locis agebant, ita ut intra  
 annum provinciam percurrenter. Siganus de antiquo  
 jure prov. 2. 5. p. 184. Jus eodem ordine dicebant,  
 quo Romæ Praetores, adeoque omnia observabant,  
 quæ infra libro 4. de Romanorum judiciis dicimus. Id  
 modo addimus, quemadmodum Romæ Praetori in  
 consilio erant *Decenniri lictibus judicandis*: ita a praefi-  
 bus eorum loco adhibitos fuisse viginti Recuperatores,  
 cives Romanos. Ulp. Fragm. 1. 3. Theoph.  
 §. 4. *Instit.* qui, & ex quib. causs. manum, non le-  
 cet. Comititia Praefibus erant etiam questiones de  
 criminibus, in quibus eamdem denuo rationem te-  
 nebant Praefides, quam in urbe Praefecti Praetorio.  
 Habebant enim jus gladii. lib. 6. pr. l. 11. D. de  
 offic. procos. l. 6. §. 8. l. 13. seq. l. 21. D. de offici-  
 praefid. Neque ramen iis erat jus deportandi in insula-  
 lam. l. 2. §. 1. D. de pœn. l. 6. §. 1. D. de interd.  
 & relig. neque liberam mortis facultatem concedendi,  
 l. 8. §. 1. D. de pœn. neque jus publicandi bona post  
 constitutionem Theodosii & Valentiniani, l. un. c.  
 Theod. ne fin. juss. princ. cert. jud. lic. confisc. Cu-  
 jus rei ratio non alia fuisse videtur, quam quod hæ  
 pœnae fere personis honestioribus, & in dignitate  
 constitutis irrogari solerent, ubi in plebejos gladio  
 animadvertisserentur. l. 27. §. 1. 2. de pœn. Vid. Ult.  
 Hub. *Digress.* 3. 7. Præterea etiam rei frumentariorum  
 omnisque in universum provinciam curatio penes Praefi-  
 des erat, ceu prolixe docet Sigan. 2. 5. & 6. p. 207.  
 seq.

§. 112. Præter Praefidem, in unaquaque provincia  
 etiam QUÆSTOR erat, alter Magistratus, qui po-

testatem non a Praefide, sed ab ipso populo accipere solebat. Unde & ipse lictoribus ac scribis usus est. Cic. pro Planc. 41. Licti enim a populo Quæstores fortiebantur provincias, eorumque duo urbanas, reliqui provinciales Quæsturas obtinebant. Cicero Ver. 1. 13. Epist. ad Q. Frat. 1. 1. Mortuo in provincia Quæstore, alii interim hoc munus demandabat Praeses, qui Proquaestor adpellabatur. Cic. Verrin. 3. 15. Instituerant autem veteres Romani, ut inter Praefidem & Quæstorem eadem intercederet noceſtudo, quæ inter parentem & filium. Cic. Divinat. in Verr. 14. pro Planctio 11.

S. 113. Ceterum hi quæstores curabant pecuniam publicam, quæ aut ex ærario deponita, in usus provinciæ expendenda, aut in provincia exacta, esset in ærarium referenda. Illa pecunia attributa, hæc vestigalitatis dicebatur. Utramque in tabulas referabant Quæstores, & deinde ubi provinciis decederent, nationes accepti expensique reddebant, & residua inferebant ærario. Nonnumquam quæstoribus Praefides etiam partem jurisdictionis imperiisque demandabunt, cuius rei exemplum est apud Cæsarem de Bello Gall. 6. 6. Cæsar, partitiis copiis cum C. Fabio legato, & M. Crasso Quæstore, hostes adiit tripartito. Add. Cic. Verrin. 1. 13.

S. 14. Hæc de magistratibus provinciarum: proximum est, ut de tertio, quod commune habuerunt provinciæ, agamus, de tributis puta & vestigalibus, quibus quam maxime provinciæ premebantur. Romani enim, quam bello aliquam populum vicissent, duabus maxime rationibus eum eo agebant. Aut enim victoriae præmium annum ei stipendium vel tributum imperabant, unde *census capitis*: aut viatos exuebant agris, eosque vel in publicum reip. patrimonium redigebant, vel colonos ex urbe eo deducebant, vel eos viatis reddebant, & ex eorum proventu aliquam partem reipublicæ tribui jubebant: qui *census soli* dicebatur. Cicero Verrin. 3. 6. 5. 5. Petr. Burmann. de *Vestig. pop. Rom.* 1. Prioris generis populi tributariorum, vel *stipendiarii* vocabentur: posteriores

*velligales*, quamvis non tam anxie tempore discrimen inter tributum & vectigal fuerit ab auctoribus obser-vatum, Cujac. Obs. 7. 4. Stipendiaria provincia fuit Gallia comata, de qua Sueton. Iul. 15. Omnes Gal-liam, que a salto Pyrenes Alpibusque & monte Ge-benna, fluminibusque Rheno & Rhodano continetur, patetque circuissim ad bis triges centum milia pas-suum, præter socias ac bene meritas civitates, in pro-vincia formam redigit, eisque quadringenties in sin-gulos annos stipendiis nomine imposuit.

§. 115. Aliæ provinciæ erant velligales, eæque ex agris suis decumas, ex pascuis scriptissimam, & ex portubus, qui mercibus invehendis, & evehendis pac-hant, portorium, pendebant, de quibus jam supra di-ximus §. 53. seq. Sic decumas dabant Sicilia, Cicer. Verr. 3. 6. Sardinia, Liv. 42. 1. Africa, Gruter. Inscript. p. 512. Asia, Cicer. Epist. ad Attic. 5. 13. Syria, Cic. Agrar. 2. 19. Ægyptus, Plin. Paneg. 30. Nonnumquam loco decumæ, si minus fertilis esset pro-vincia, vicesima exigebatur, veluti ab Hispanis. Liv. 43. 2. Saepè etiam, si quando publica necessitas & angustia temporum id exigerent, provinciis alteræ imperabantur decumæ ultra debitas, quo casu tamen pecunia pro illis solvebatur aratoribus. Cic. Verrin. 3. 31. unde etiam frumentum emum, item decuma-num, vel imperatum, dicebatur. Inter quæ quid in-terficit, docet laudatus Burmann. de Velligal. 2. Exem-pla hujus rei plura occurunt apud Liv. 36. 2. 37. 2. & 50. 42. 31. Quin vero, liberi adhuc republi-ca, haec decumæ non in pecunia, sed in frumento a singulis solverentur aratoribus: postea sub Imperato-ribus consecutus est canon, frumentarius dictus, quo quidquevis provincia quotannis prestare deberet, era-t comprehensum, cuius meminit Spartan. Sever. 8. Lamprid. Elagab. 37. conf. Iac. Gothofr. ad Tit. C. Theod. de Can. Frum. V. R. Ceterum frumentum hoc, sive per decumas, sive secundum canonem, exactum, tum Romæ, tum in provinciis, in publicis condeba-tur horreis, unde postea per curatores amonæ popu-lo & militibus distribuebatur, Buleng. de Velt. pop. Rom. 8. Casaub. ad Lamprid. Alex. Sever. 39. Lipsi.

*Elet. l. 8. Jac. Gothofr. ad tit. c. Theod. de re milit. & ad tit. de erogat. mil. Talia erant horrea Galbiana, Grut. p. 75. l. Reines. Inscr. class. 6. 126. itemque Sejana, Pupiana, & similia, de quibus eruditissimis Reines. Var. Lett. 3. 12. p. 545. seq. Non solum vero frumenti, sed & vini oleique, praestabantur decumæ, quæ & ipsæ Romanæ ad populi usus mittebantur, ut docet Burmann. de Vestigal. Pop. Rom.*

2. & 3.

§. 116. Non minus pingue vestigal ex paucis provincialibus redibat & saltibus. Tales enim non solum in Italia erant, sed & in provinciis. Unde magistrorum scriptura in Asia & Sicilia meminit Cicero ad Att. 5. 15. Verrin. 5. 70. Scriptura vero dicebatur hoc vestigal, quia pastores oportebat apud publicanum numerum pecudum, quas in pascua publica immittire vellent, profiteri: quem publicanus in tabulis suis adnotabat, & scriobat, ex qua scriptura postea ratio inter pastorem & publicanum conficiebatur. Feltus voce Scripturarins pag. 429. Sed hoc genus vestigalium sub Imperatoribus aliam induisse faciem, & prætor pensiones ex paucis dominicis, etiam certum numerum pecudum ex gregibus præstandum fuisse a provincialibus, ex Castiodor. Var. 11. 39. l. 3. c. Theod. de suar. pecuar. Vopisc. Prob. 15. demonstrat V. C. Burmannus de vestig. pop. Rom. 4.

§. 117. Solvebant provinciae etiam portoria. De Sicilia id certum est ex Cic. Ver. 2. 72. seq. de Afra ex ejusdem Agric. 2. 29. de Britannia ex Tacit. Hist. Agric. 31. Nec tantum de mercibus in portum deveniens dabatur portorium, verum etiam pro itineribus. Sueton. Vitell. 14. maxime pro cadavere, quod non nisi permisso maximi Pontificis vel principis transferri in alium locum poterat. l. 37. D. de relig. & sum. fun. Sustulisse ea vestigalia dicitur Pertinax & pud Herodian. Hisp. 2. 4. Sed restituta eadem esse oportet a sequentibus Imperatoribus, siquidem adhuc illorum mentionem facit Ulpianus l. 21. D. de donat. inter vir. & uxor. Vestigal tamen pro cadavere transferendo sublatum est constitutione, quæ est in l. ult. l. de relig. quam ex Graecis restituit Jac. Cujac. Obs.

I. 21. Plura de portoriis dabit V. C. Petr. Burnm.  
de *Vestig.* Pop. Rom. II.

§. 118. Præter hæc & alia erant vectigalia, quæ  
in quibusdam provinciis exigebantur. Ex ferrariis ar-  
gentariisque, immo & aurifodinis vectigalia magna  
dare cogebantur Hispani. Liv. 34. 21. Strab. Geogr.  
3. Africam e marmoribus solviſe vectigalia constat  
ex I. I. C. Theod. de metall. Macedonia etiam, Illy-  
ricum, Thracia, Britannia, Sardinia ex metallis vecti-  
galia pendebant. Petr. Burnmann. de *Vestig.* 6. Po-  
testas enim indagandi metalla etiam privatis erat, an-  
tequam illis eam ademerat Tiberius. Sueton. *Tiber.*  
49. Plurimis etiam civitatibus & privatis veteres  
inunitates, & jus metallorum, ac vectigalia adem-  
tit. Restituerunt deinde ijsdem hoc beneficium sequen-  
tes principes, sed ea lege, ut certum inde *cannum*  
metallicum solverent, de quo agit I. 4. C. Theod. de  
Metallar. & ibi. Jac. Gothofredus. Ejusdem generis  
fuit ex cotibus provenitus in Crete insula, de quo  
Plin. *Hist. Nat.* 36. 22. I. 15. D. de public. & ve-  
tigal. Meurs. *Cret.* Lib. I. Cap. 12. p. 48. Lib. 2.  
cap. 11. p. 116. Vectigalis picariarum mentio fit in  
I. 17. §. 1. D. de V. S. A vectigali etiam liberæ non  
fuerunt salinæ, quales in Macedonia, aliisque pro-  
vinciis fuisse, patet ex Liv. 45. 29. Plin. *Hist. Nat.*  
31. 7. I. Maccab. 10. 29. I. 4. §. 7. D. de censib.  
De eo quoque vectigali pluribus agit Petr. Burnmann.  
de *Vestigal.* P. R. 6.

## C A P. V.

De municipiis; coloniis, praefecturis,  
civitatibus federatis.

- §. 119. Cur hic agatur de municipiis, coloniis &c.  
 §. 120. Quid municipia? §. 121. Ea vel Italica vel  
 Provincialia. §. 122. Triplex municipiorum gentes.  
 §. 123. Res publica municipiorum. §. 124. Colonia  
 quid? & cur deducit? §. 125. Modus deducendi co-  
 loniarum. §. 126. Coloniae quoquiplices? §. 127. Quid  
 colonie Latinae? §. 129. Quid coloniae juris Italicis  
 & provinciales? §. 130. Quid coloniae militares?  
 §. 131. Resp. coloniarum? §. 132. Quid praefectura?  
 §. 133. Civitates federatae?

§. 119. Quid interfuerit inter jura civitatis, Latii, Italicae, & provinciarum, satis adhuc  
 videtur a nobis explicatum. At non omnes in Latio  
 civitates jure Latii, nec omnes in Italia jure Itali-  
 co, aut in provinciis jure provinciarum usae sunt;  
 sed aliae MUNICIPIORUM, aliae COLONIA-  
 RUM, aliae PRÆFECTURARUM, aliae aliis no-  
 minibus sunt insignitæ, de quibus singulis paullo di-  
 stinctius agendum.

§. 120. MUNICIPES erant cives Romani, in mu-  
 nicipiis legibus suis, & suo jure utentes, muneri-  
 tantum cum populo Romano particeps, a quo munere  
 capessendo appellati videntur, nullis aliis necessari-  
 bus, neque illa lege, quam in quan populus coram  
 fundus factus esset. Gell. Nostr. Attic. 16. 13. Erat  
 ergo i. cives Romani, adeoque multis juribus ac pri-  
 vilegiis, quæ solis civibus Romanis propria erant,  
 gaudebant (\*), sed non tamen erant cives ingenui,  
 ut Romæ habitantes vocat Cicero in Brut. Cap. 75.

ne-

(\*) Hinc & lupam cum puerili solent in numis si-  
 gnare. Vaillant. de Numism. en. Imp. in Municip. & Co-  
 lona. T. 2. p. 113.

neque jure optimo civitatis gaudebant, nisi Romæ constituisserent domicilium. 2. *Suis legibus & suo jure uebantur*, id est, propriis suis legibus atque institutis, quæ leges municipales dicuntur, l. 3. §. 4. *D. quod vi, aut clam.* l. 3. §. 5. *D. de sepulcr. viol. re-*gebantur, neque cogebantur Romanas leges recipere, nisi id sua sponte vellent, quo casu *sancti* falli ejusmodi populi dicebatur. Cic. pro Balbo 20. Non ergo jus suum vel *autem* amittebant municipes, jure suffragii donati, ceu existimat Siganus, *de ant. jure Ital.* 2. 7. sed tantum foedus, id est, non amplius foederati Pop. Rom. erant, sed cives. Et ita intelligendus locus Ciceronis *pro Balbo* Cap. 8. *In quo magna contentio Heraclienium & Neapolitanorum fuit,* quam magna pars in iis civitatibus FOEDERIS SUI (<sup>y</sup>) libertatem civitati anteferret. 3. *Muneris cum populo Romano erant participes.* Idque præcipue intelligendum de munib[us] militaribus. l. 18. *D. de verb. sign.* Gaudebant enim municipia jure legionis, adeoque participes erant munierum militarium, unde & dicti videntur municipes.

§. 121. Municipia ejusmodi initio non nisi intra Italiam olim reperiebantur, eoque nomine ante leges Julian & Plotian celebrantur Cœrites, Tusculani, Lauvini, Arucini, Nomentani, Pedani, Formiani, Campani, Equites, Cumani, Sueſſulani, Acerriani, Privernates, Anagnini, Arpinates, Trebulani, Sabini, aliique plures, de quibus Onuphr. Panvin. *de Rep. Rom.* 3. p. 354. Car. Sigan. *de ant. jure Ital.* 2. 9. Postea ubi extra Italiam arma vicitria extulere Romani, etiam in provinciis civitas non una muni-

ci-

(<sup>x</sup>) Ita editiones Ciceronis priores, & ad veterum libitorum fidem adornatae. Ast Pauli, Manutius & postea Iam. Bullialdus *de populi fusi* p. 1. 936. Tom. 2. *Theſ. Ant. Rom. Grec.* legerunt iusti *fuit libertatem pro federis sui libertatem*, quæ lectione etiam editori Parſiensi *Oratio cum Ciceronis*, quæ in uſum Delphini prodierunt, placuit. Sed antiquam lectionem eruditus defendit H. Valch in codem *Theſ. Ant. Rom.* Tom. 5. p. 1947.

civiorum iuribus donata est. Sic in Bætica Plinii  
Hist. Nat. 3. 2. sequit. numerat municipia 8. in cire-  
stato Hispania 13. in Sardinia 2. in Lusitania unum.  
Eodem pertinent tot numi, in quibus civitates pro-  
vinciales, civitate donatae ~~autem~~ suam celebrare  
(7), de quibus Henr. Nasic. de Epoch. Syro-Maced.  
3. p. 352.

S. 122. Sed non una tamen era municipiorum co-  
ditio. Tria eorum generis distinguit Festus voce *Mu-*  
*nicipium* p. 324, quem locum a multis laudatum, a  
paucis intellectum, prius accurate exposuit Ez. Spah-  
nemius Orb. Rom. Exerc. 1. Cap. 12. §. 70. Primo  
ergo ex Festi sententia, *municipium id genus homi-*  
*norum dicitur, qui quam Romanam venissent, neque ci-*  
*vies Romani essent, particeps tamen facerunt omnium*  
*verum, ad missas fungendam una cum Romanis ci-*  
*bus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistris*  
*capiendo. Hi ergo, dum in patria manserunt, per-*  
*pigrini habiti: Romanam commigrantes jura civitatis,*  
*sed non optimo iure consequuti sunt, exclusi quippe*  
*a suffragiis latione & petitione honorum. Deinde &*  
*id hominum genus dicebatur municipes, quorū ci-*  
*vitas universa in civitatem Romanam verit. Et hi*  
quidem veri cives Romani erant, ipsaque jura suffra-  
gio.

(7) In numis xencis Imperatorum, a municipiis & co-  
loniis evulis, quos collegit Jo. Foy Vaillantius, occurunt  
municipia varia, velut *Aelium Collutanum* in Numidia  
t. 1. p. 169. 198. 310. &c. 2. p. 31. 64. 79. *Bibilis* in  
Hispania. t. 1. p. 12. 95. 100. *Calagurris* in eadem t. 1.  
p. 21. 70. *Cascavera* in eadem. T. 1. p. 71. *Cluvia* in  
eadem. T. 1. p. 72. *Ergavita* in eadem. T. 1. p. 35. 75.  
103. *Crotoceris* in eadem. T. 1. p. 79. *Ilerda* itidem His-  
panica. T. 1. p. 36. *Lilergawonia* ibid. t. 1. p. 77. *Itali-*  
*ca* ibid. T. 1. p. 37. 51. 78. 92. 96. *Osea* ibid. T. 1. p.  
38. 78. 95. 103. *Osicerda* ibid. T. 1. p. 80. *Stobiense* in  
Macedonia. T. 1. p. 132. 135. 143. 149. t. 2. p. 15. 22.  
43. 59. quod tamen tempore Ulpiani juris Italici fuit.  
L. 3. §. 8. D. de censib. *Tarraco* in Hispania *Tarracone-*  
*si*. T. 1. p. 47. 53. 83. *Ulica* Julia T. 1. p. 86.

gitorum ac honorum habebant. Unde & certe tribui Galerius adscriptos fuisse docet Noris. *Cenotaph. Pisan.* Diss. 1. 1. Tertium denique municipum genus ab eodem Festo memoratur, qui ad civitatem Romanam ita venerunt, ut municipes essent sive cuiusque civitatis & colonia: vel, ut paulo ante dixerat, qui conditione cives Romani fuissent, ut semper res publicas a populo Romano separatas haberent. Atque hi in populi Romani leges & iura fundi non erant facti, nec se ipsis obstrinxerant. Et in his tertii generis municipiis cives non gaudebant jure honorum & suffragiorum. Unde nec tribui erant adscripti, nec participes factorum curialium habebantur, sed sua illis erant sacra municipalia, de quibus Festus l. c.

§. 123. Illud adhuc observandum, in municipiis plerisque eam fuisse institutam res publicas formam, que imaginem quandam speciemque reip. Romanae referret. Quemadmodum Romae senatus, ita in municipiis decurionum erat collegium (*a*), quod AMPLISSIMUM ORDINEM, apud Cic. *pro Cato* II. NOBILISSIMUM ORDINEM SPLENDIDISSIMUM; in alio p. 275. 2. VIROS PERFECTISSIMOS & PRINCIPALES & ORDINEM SPLENDIDISSIMUM p. 363. 2. ORDINEM SANCTISSIMUM p. 375. 5. ac denique CONSCRIPTOS p. 456. 1. vocari animadvertisimus. Quemadmodum porro

Ro-

(*a*) Hi ita dicti videntur Velsero *Rer. August.* 5. p. 74. a decurris, in quas fuerint descripti. Habetant hic suum censum, non secus ac Romani senatori, qui erat centum milium. Plin. *Epist.* 1. 19. Quemadmodum etiam Romae illi, qui non fuerant magistratus, nec triumphaverant, ornamenti aliquando consularia, praetoria, triumphalia dari solebant: ita & in marmoribus municipiorum frequenter mentio sit ornamentorum Duumvirallum, Aediliorum, Quatuor viralium, Decurionalium, veluti, apud Spon. *Miscell. Erad. Ant.* pag. 164. EXORNATO ORNAMENTIS DECURIONALIBUS. Inter ornamenta hac erat praetexta, decurionibus permissa. Liv. 34. 7.

Rome erant bini contules: ita in municipiis Duumviri, qui summo loco civitatibus praeerant, & ad consulum exemplum pro fascibus bacillis utebantur. Lips. Elec. 1. 23. Sed nonnumquam tamen & fascium sum adfectabant. Cicero. Agrar. 2. 34. de L. Confidio & S. Saltio Caput duumviris: Anteibant litteras, non cum bacillis (ceu alias in municipiis fieri solebat), sed ut hic praetoribus ante eum, cum fascibus duobus. Quin aliquando hi duumviri consulam adfectabant nomen. Quamvis enim id negent Vels. Rer. Augustan. 5. 275. & Reines. Var. 3. 16. Caput nos tamen magistratus suos vocasse coll. observat C. pro Pis. 11. Alia exempla sese offertunt apud Plin. Hist. Nat. 6. 43. Phil. a Turre de colon. Forojul. pag. 360. Gruter. Inscr. pag. 351. 5. Henr. Noris. Cenotaph. Pis. Diss. 1. 3. Fabret. Inscript. 10. 439. Sic & Grace oratio & decessus duumviri dicti. Olear. ad Philostrat. vir. Herod. pag. 546. Conf. Everard. Otto. Diss. de consul. extra Roman. Cap. 2. In municipiis porro erant Dictatores, Cic. pro Milon. 10. Aediles (Sueton. de clar. Rhet. 6.) Questores, Centones qui & quinquennales dicebantur. Cic. Ver. 2. 52. Liv. 29. 15. Gruter. pag. 366. 2. 432. 5. immo & praetores, Liv. Epitom. 73. Plin. Hist. Nat. 17. 11. Spon. p. 182. Quatuorviri, Decem primi, & alii de quibus Car. Sigon. de antiquo jure Ital. 2. 8. & omnium accuratissime Henr. Noris. Cenotaph. Pis. Diss. 1. 3. Porro quemadmodum Romæ leges fercebantur, ita & in municipiis, idque eadem fere ratione utrobique factum esse, patet ex loco Cic. de Leg. 3. 16. Et avus quidem noster singulari virtutis in ha-  
municipio, quoad vixit, restituit M. Gratidius, cuius in matrimonio sororem, avian nostram, habebat, fer-  
renti legem tabellariam. Denique & Flamines suos  
habebant, non secus ac Romani, quorum meminist  
Cicero pro Milon. 10. & publica vestigalia, quibus  
sumtus in republica necessarii sustinebantur: l. 17. §.  
1. D. de Verb. sign. ut adeo in omnibus videantur mu-  
nicipes se ad Romanæ reip. formam, quantum fieri  
poterat, composuisse.

S. 124. Hac de municipiis: pergendum ad CO-  
LO-

TONIAS. Ita vocabantur oppida, in quæ populus Romanus cives suos ad incolendum deduxerat, vel, ut Gellius Noit. Att. 16. 13. ait, *civitates, ex civitate Romana quondammodo propagatae*. Solebant enim Romani ex Romuli instituto non servitute multato oppida bello capta, sed saepe in ea colonos ex urbe educere, qui locis istis loco praesidii essent. Dionys. Halic. 7. 139. Appian. de Bell. civili. I. pag. 604. Et profecto utilissimum erat hoc institutum, tum ad coercendos veteres populos, tum ad reprimendas horum insurrectiones. Prasterea hoc pactio urbana fex & entina exhauciebatur, multisque seditionibus subtrahebatur fomentum. Immo & luculentum hoc erat invenitum premiis adisciendi veteranos, iisque certos atros, e quibus alerentur, adsignandi. Car. Sigan. de antiquo jure Ital. 2. pag. 625.

§. 125. Coloniae deductionem precedebant leges agrariae, quibus & ager, quem dividi vellet populus, designebatur, & quibus hominibus, quam italici, per quos, & quomodo, esset dividendus, prescribi solebat. De quibus legibus agrariis accuratissime suo tempore egit Car. Sigan. l. c. Lata ejusmodi lege, dicebatur colonia modo per *triunviro*, Liv. 4. 11. & 16. modo per *decemviro*. Cicero. Agrar. 2. 35. *quamvis & quinquevirorum, septemvirorum, virgininiorum* coloniae deducenda hinc inde fiat mentio: quos omnes decurionibus, auguribus, pontificibus, idparitoribus, scribis, librariis, praetoribus, architectis, mulis, tabernaculis, supellecile, janitoribus, sippatoribus corporis magnifice ornatos, potestatem in tertios annos accepisse, non, obseuee indicat Cicero Agrar. 2. 12. 13. 35. Hi ergo ita constitui ornatique novos colonos in agros, lege definitos, sub vexillo, quasi exercitum quemdam educebant. Cic. Phil. 2. 40. Appian. de Bell. civ. 3. pag. 552. seq. Plutarch. Gracch. pag. 839. Tom. I. Ubi ad destinatum pervenerant locum, novam urbem & agrum (b) aratro circum-

(b) De urbe res certa est ex locis Varronis, Plutarchi, aliorumque, paulo post Lib. 2. Tit. 3. num. 9. adferen-

cum inscribant, eo more, quem paulo post sequentis libri titulo primo explicabimus, singulisque coloniis agri partem designabant. Liv. 4. 47. 37. 57. Omnia vero fiebant auspicio, & factis sacrificiis, additaque illustratione, ut ex Cic. Philipp. 2. 40. Agric. 2. 12, adpareat; ex quo etiam constat, natus fuisse, coloniam iterum eo deducere, quo antea deducta fuerat.

S. 126. Ceterum, ut municipia, ita coloniae non erant unius generis. Aliæ erant CIVIUM ROMANORUM, aliæ LATINI, aliæ ITALICI Juris. Aliæ porro TOGATAE vel plebejæ, aliæ MILITARES dicebantur. Et has signis quibusdam in numis discerni, observant eruditæ. Coloniae enim plebejæ aratro, militares signo militari plerunque denotantur. Quæ aratum & signa jungunt, indicant, primam deductionem e civibus, supplementum e veteranis milibus fuisse, ut nota Raph. Fabret. ad column. Trajan. p. 10. segu. Addunt alii signa veluti Strauch. de Berl. Cap. 2. 11. quod colonia Italicæ juris pratulerit in numis virum rieui Gabino cinetum, & bovem agenitem. Add. Jo. Harduitus Antirrhet. pag. 136. quod Italici & Latini juris coloniae ( quas pro iisdem habeb ) nullis signis in numis distinguuntur. Sed hec omnia plerunque falsa esse, iam alii docuerunt. Vid. Ez. Spanhem. de Uso & Praest. numism. Tom. 2. pag. 602. & Orb. Rom. Exerc. 2. c. 19. p. 332. Nos ea, quæ certiora sunt, consequentes de coloniarum generibus singulis distincte agemus.

S. 127. Coloniae CIVIUM ROMANORUM erant, quas potiore jure, quam Latii, deducabant Romani. Discretum hoc tangit Liv. 39. 56. ubi de colonia Aquilejam deducenda agit. Illud agitabat, inquit, nisi colonia Aquilejam deduceretur, nec san-

cor

---

ferendis. Agros quoque vomere circumscriptos, patet e loco Cicero. Philipp. 2. 40. Caesilium coloniam deducit quo erat paucis annis ante deducta, ut voseillum tolleres, & aratum circumduceres, cuius quidem vomere portam Capena præstrinxisti, ut florentis colonie territorium manuatu-

confabat, an CIVIUM ROMANORUM deducit placet: postremo LATINAM potius COIONIAM descendam, patres censuerunt. Utrum iste civium Romanorum coloniae omnia civitatis Romanae jura retinuerint, an eadem amiserint, adhuc disputant eruditii. Cat. Sigan. de ant. iure Ital. 3. 3. iis tantum Ius Quiritium tribuit, veluti libertatis, genitilitatis, conubii, patriæ pocestatis, legitimi dominii, nexus usucaptionis, & si qua sunt hujus generis alia: admittit vero iphi jura civitatis publica, veluti census, tributorum, vecigalium, suffragii, honorum & similia. Ut Manutius de ciuitate Romana eos jus quoque ferendi suffragii magistratumque Romæ gerendorum retinuisse contendit, cuius sententiam etiam ex numis astrorum sibi videtur Jo. Harduin. Antirrhet. pag. 136. Et certe cives sœpe vocantur e-jusmodi coloni apud Liv. 8. 14. 6. 21. Ipsi quoque Latini, qui nomina in coloniam Romanam dederant, cives Romani dicuntur facti. Liv. 34. 24. Romæ potius censi leguntur hujus gentis coloni apud Livium 29. 37. Unde non absurde colligas, omnia jura civitatis Romanae retinuisse cives colonos. Sed potius tamētamen hac in re esse Siganii sententiam, luculentem ostendit Ez. Spanhem. Orb. Rom. Exerc. 2. c. 19. p. 329. seq. Nihil enim clarius est loco Dionis 43. pag. 233. ubi Cæsarem, ait, aliis immunitatem, aliis agros, viareteri si tibi, q̄d adhuc dicois q̄d possidat ipsi ζδηι; aliis civitatem aliis autem ut jus haberent coloniarum Romanarum, dedisse: ubi jus civitatis Romanae a jure coloniarum civium Romanorum manifeste sejungitur. Ut adeo admodum verosimile sit, colonias illa civium Romanorum jura suffragii, gerendorumque Romæ magistratum omnino amisse.

S. 128. Durior longe conditio erat coloniarum LATINARUM, quippe quæ ne jura quidem Quiritium habebant. Quod aëco verum est, ut cives Romani, quia nomina in hujusmodi coloniali dederant, capitulis deminutionem medium paterentur. Cicero pro A. Caccina 33. Certe quare hoc solere, me non traxerit

( ut ex me ea , que tibi in mentem non venient ,  
audias ) quemadmodum , si civitas adimi non posset ,  
in colonias Latinas sepe cives nostri profecti sunt ?  
Aut sua voluntate , aut legis multa profecti sunt :  
quam multam si sussurre voluisse , cum man-  
ere in civitate potuissent . Add . pro Domo 30 . Boeth .  
in Topic . Cic . 2 . p . 780 . Quod vero Salmatius cum  
aliis viris autumnat , colonias Latinas ex meritis liberti-  
nis constitisse , illud dudum est a viris doctis ex-  
plorum . Plura de coloniis Latinis dabantur Ex . Spanhem .  
Orb . Rom . Exerc . I . c . 7 . p . 46 . seq . Sigon . de ana-  
ture Ital . II . 2 . p . 661 .

§ . 129 . Coloniarum ITALICI JURIS jam supra  
meminimus . Ex procul dubio deterioris adhuc erant  
conditionis , quam Latinæ , paullo melioris tamen ,  
quam provinciales . Discremen inter utrasque maxime  
in immunitate a tributis constitit , seu immunitate a  
censu capitis & soli , Domat . ad Suet . Aug . 40 . Go-  
thofr . ad C . Theod . T . 5 . pag . 222 . 223 . Quamquam  
eheim & provinciales coloniae nonnunquam immunes  
erant a tributis , ut constat exemplo coloniz Cæ-  
tiensis primæ Flaviæ l . ult . § . 7 . D . de censib . &  
Plin . Hist . Nat . 3 . 3 . & 11 . colonias & civitates im-  
munes ab iis , quæ juris erant Italici , distinguit :  
tamen ex l . ult . § . 5 . D . de cens . satis patet , non in  
levatione censas , sed immunitate a centu capitii &  
soli , illud jus constitisse . Fortuna vero censionis quæ  
fuerit , & cur ea fuerit instituta , satis adaparet ex  
l . 4 . D . de censib . cui addendus Jac . Guther . de offi-  
Dom . Aug . 3 . 9 . p . 591 .

§ . 130 . Coloniae MILITARES ex militibus veter-  
anis , quemadmodum PLEBEJÆ ex civibus , vel ,  
ut posteriore ævo dicebantur , ex paganiis vel priu-  
atis ( nam & hi militibus opponi solebant , l . 19 . c .  
de paet . l . 2 . C . Theod . & l . 1 . C . Just . de fals . mon . l . 5 .  
G . ad L . Jul . majest . ) ducebantur . Illæ ideo inven-  
tae , ut & veterani milites , stipendiiorum diuturnitate  
fessi , prænium aliquando laborum caperent . At-  
ector hujus instituti L . Sulla , quem deinde Julius  
Cæsar , Augustus , aliique sunt imitati . De colo-  
niis

aliis militaribus a Sulla & Celsare defunctis, testatur App. de Bell. Civ. 3. Epit. Liv. 89. de aliis ab Augusto missis Hyginus de Castr. & qui hic diligentissime omnia exsequutus est, Sig. de antiqu. iur. It. 3. 4. p. 776. sequi. Ceterum in ejusmodi colonias integræ legiones cum centurionibus ac Tribunis suis deducebantur. Hyginus: *Multis legionibus contigit bellum felicitat transfigere, & ad laboriosam agriculturae requiem primo tirocinii gradu pervenire. Nam cum signis & aquila & primis ordinibus ac Tribunis deducebantur. Sed ab usu recessit hic mos tempore Neronis de quo Tarit. Ann. I. 4. 29. Non enim ut olim, universæ legiones deducebantur cum Tribunis & centurionibus & sui cuiusque ordinis milibibus, nec consensu & caritate remp. efficerent: sed ignoti inter se, diversi manipulis, sine rectore, sine affectibus mutuatis, quasi ex alio genere mortalium re- pente in unum collecti, numerosus magis, quam colonia.*

§. 131. Ad rempublicam coloniarum, quod attinet, in eo potissimum inter colonias & municipia erat discrimen, quod hæc suis legibus arque institutis; illæ dato a Romanis jure utebantur. Gell. Noſt. All. 16. 13. Coloniarum alia necessitas est ( quam municipiorum ); non enim veniunt extrinsecus in civitatem, nec suis radicibus nascuntur, sed ex civitatibus quasi propagatae sunt, & jura institutaque omnia populi Romani, non sui arbitrii, habent. Iis ergo legibus vivebant coloni, quas dederant Romani, & in primis decemviri, vel triumviri coloniarum deducendarum. Quare merito apud eundem Gell. miratur Hadrianus Imp. Italenses, & quedam item alia municipia antiqua, quum suis moribus legibusque uti possent, in ius coloniarum mutari gestivissent. Ceterum in eisdem poene, quibus municipia, etiam coloniae gaudebant magistratibus. Publicum habebant decurionum consilium, nihilque in lapidibus frequentius est siglis DEC. COL quemadmodum in eisdem marmoribus etiam SENATORES COLONIARUM occurruunt apud Rein. Inscr. p. 132. Erant & in coloniis Duumviri, Aediles, Quæstores, Censores. Erant sacerdotes, augures, pontifices. Cic. Agrar. 2. 35. Ut adeo non abs re Gel. l. c. colonias quasi effigies parvas, & simulacra maje- Hein. Ant. Rom. T. I. P. sta-

*statim populi Romani adpellat. Addatur Car. Sig. de  
aut. iure Ital. 2. 4. p. 666. seq.*

S. 132. Proxime sunt PRÆFECTURÆ, quarum  
longe durior, quam coloniacum erat conditio. Unde  
& ex demum civitates in præfecturæ formam redige-  
bantur, quæ inique irataque erga populum Roma-  
num fuerant, sicutem scilicet arque iterum sefelle-  
rant. Uti vel ex earum origine apud Liv. 1. 38. jun-  
cto loco Dionys. Hal. 3. p. 187. adparet. Parum ve-  
ro a provinciarum forma differebat forma præfectura-  
rum. Quemadmodum enim in illam quotannis presi-  
des, ita in præfecturas præfetti mittebantur, qui ta-  
men etenim a præsidibus differebant, quod illi a po-  
pulo, vel a Senatu, libera adhuc republika, delige-  
rentur: hi partim a populo, partim a prætore. Feli-  
voce præfectura p. 374. Præfecturæ ergo neque jure  
civitatis, neque Latii, neque Italico gaudebant, sed  
privatum eorum jus omne ab editis præsectorum;  
publicum a Senatu Romano proficiscebatur, qui iis  
pro luctu tributa, vestigalia, militiam imperabat.  
Fuere tamen præfecturæ alia aliis liberiores. Quem-  
admodum enim Capua in præfecturæ formam redacta,  
nullum in urbe remanebat corpus civitatis, nullus  
Senatus, nec plebis concilium, nec magistratus, teste  
Livio 26. 16. ita in aliis præfecturis, Festo auctore,  
fuit quedam res publica, quamvis magistratus sive non  
haberent. Sane fuit in reliquis præfecturis Senatus si-  
mulacrum, qui convenitus dici solebat, qualem etiam  
postea, patrono Cic. Capuani impetravunt. Cic. pro  
Sext. 4. fuit ordo equestris, fuere, qui publicam rem  
curarent, Aediles & Quæstores. Sed his omnibus præ-  
erant, qui juris dicundi causa Roma emittebantur,  
præfecti, quos Festus (dummodo non in mendo cu-  
bat locus) Sexti & Quatuorviros; Horatius vero  
Serm. 1. 8. 5. 35. Prætores, adpellat, ubi de Prafe-  
ctura Fundana:

Fundos, Aufidio Lusco prætore, libenter  
Linquimus, infani ridentes præchia scribè,  
Prætextam, & latum clavium, prænæque casil-  
lum.

Præfecturas hujusmodi, in quas Populi suffragiis Pra-  
fecti

festi mittebantur, Festus recenset Capuanam, Cumiam,  
Casilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos Acer-  
tas, Suesculam, Atellam, Calatiam. Contra Prætor  
præfectos, teste eodem, mittebat Fundos, Fotiniias,  
Ceren, Venafrum, Allicas, Privernum, Anagniam,  
Frusonem, Reccen, Saturniam, Nursiam, Arpi-  
num, quamquam plerique postremis temporibus  
ad coloniarum vel municipiorum conditionem per-  
venierunt. Vid. Cat. Sigon. de ant. iure Ital. 2. 10.  
seq.

S. 133. Reliquæ civitates quæ neque municipia,  
neque coloniae, neque præfecturae, erant, civi-  
tates FEDERATÆ dicebantur. Erant enim li-  
beræ, nisi quod ex foedore quedam debebant Romanis.  
Talis civitas foederata erant Capua, antequam  
in præfecturæ formam redigeretur, item Taren-  
tum, Tibut, Præneste, Neapolis, quæ licet foed-  
ere obstrictæ Romanis; adeo tamen tempore publicam  
suam habebant, ut & ii, quibus aqua & igni im-  
pertidium, civitatem Romanam amisisse viderentur,  
simil ac in ejusmodi civitatem suissene recepti.  
Forma reip. varia erat, siquidem aliæ dictatori-  
bus & consulibus, aliæ aliis magistratibus pare-  
bant, ceu luculenter idem ostendit Sigon. l. cit.  
2. 34.

## T I T U L U S VI.

## De Status Peregrinorum.

- §. 134. *Qui peregrini dilli?* §. 135. *Peregrinis in urbe prætor singularis jus dicebas.* §. 136. *Sæpe ex urbe expellebantur.* §. 137. *Juri Quiritium & civitatis carebant peregrini.* §. 138. *Exceptiones quædam hujus regulæ.* §. 139. *Peregrinis non erat ius togæ.* §. 140. *Nec prænomina habebant.*

§. 134. **O** Macæ, qui non erant cives, veteribus Romanis PEREGRINI dicebantur, siue Latini essent, siue Italici juris, siue in provincia, siue in præfectura aliqua morarentur. Schilt. *Diss. de jure peregr.* n. 9. Hinc & in Latini juris hominibus *τὸν ξείνιον τὸν μηδὲνα, signa peregrinitatis reperit Appian.* de Bell. civ. 2. p. 443. Et legem Mensiam, dum peregrinorum meminit, etiam ad Latinos pertinere, contra M. Vertran. Maurum demonstravimus in *Comment. ad L. Jul. & Pap.* 2. p. 226. Neque tamèn n-gaverim, Latinos, quippe civibus Romanis propiores, aliquando a peregrinis scjungi, veluti apud Ulpian. *Fragm.* 5. 4. 19. 2. Postea ubi Antoninus Caracalla civitatem cum omnibus, qui in orbe Romano vivebant, ingenuis communicaverat; soli libertini Latinæ & deditiæ conditionis peregrini habitu sunt, ceteri omnes Romani dicti. Inde est, quod deditiios peregrinis accenset Ulpianus *Fragm.* 20. 14. De reliquis omnibus Romani orbis incolis ait Augustin. in *Psalm.* 38. *Part. 1. fin.* *Quisnam non cognoscit, gentes subiectas imperio Romano? que quidem erant, quando omnes Romani facti sunt, & omnes Romani dicuntur.* Quod adeo verum est, ut & universum Romanum imperium testimoniis demonstrant Casaubon. ad Lamprid. Alex. Serv. 5. Justell. ad Can. Eccl. univ. 4. p. 95. T. I. Ez. Spanhem. Orb. Rom. Exerc. 2. c. 6. p. 167. Ex quo vero Justinianus etiam libertinos civitatis Romanæ fecit participes, exolevit pæne peregrinorum nomen, totiusque orbis incolæ in *Romanos* & Bar-

¶ Barbaros divisi sunt, quos solos una cum servis in ea unica totius mundi civitate peregrinari, dicit Sidenius Epist. 1. 6. Quemadmodum ergo omnes Romanii Imperii provinciae Romaniae vocabulo veniebant? ita reliqua terra dicebantur *barbarorum*, vel *barbaricum*, eadem forma, qua veteres dicere solebant *hosticum*, *pacatum*, *Vindelicum*, *Noricum*, *Celticum*, *Geticum*, ceu praeclare docuit Jo. Fridr. Gronov. Obs. 2. 3. p. 233.

§. 135. Libera adhuc republica paullo durior erat peregrinorum conditio. Versari quidem in urbe poterant, sed ita, ut sejuncta a civibus esset in peregrinos jurisdictionem. Praeter urbanum enim Praetorem alius quoque erat, peregrinus dictus, qui juri inter peregrinos & cives dicundo praerat. lib. 2. §. 28. D. de orig. Jur. Creatus primum est A. U. C. 510. ut auctor est Flor. Epit. Liv. 19. Inter urbanum vero & peregrinum Praetorem cum aliæ, tum haec quoque erant differentiae, quod ille hoc erat honoratior, quod apud illum lege agi poterat, apud hunc non poterat, ut crudite ostendit Franc. Hotom. de Magistr. Rom. p. 121. Eundem edictum in albo proponere confuciville, quod negat idem Hotomanus, supra suo loco a nobis demonstratum est.

§. 136. Deinde in urbe quidem habitabant peregrini; sed veluti precario. Unde sepe magistratum arbitrio urbe expulsi sunt. Sic jam anno U. C. 627. peregrinos omnes urbe excedere jussérat M. Junius Pennus, Tribunus plebis, cuius legis mentio sit apud Cic. de Offic. 3. 11. in Brut. 28. & Fest. roce respabl. p. 407. Similem legem A. U. C. 688. L. Cotta & L. Torquato Coll. tulit, non *Emilium* quidam Papus (*b*), nec, ut Ant. Augustino visum, Papirius quidam, sed C. Papius Celsius, qui omnes peregrinos, exceptis iis, qui Italianam incolabant, & Glaucippo nescio quo, urbe exesse jussit Dio Cass. 37. pag. 33. Cic. de offic. 3. 11. Agrar. 1. 4. pro Archia 5. (*c*).

---

(*b*) Ita existimaverat nescio quis, quem crudite resellit  
Car. Sigan. de Nomis. Rom. p. 1426. ed. Gotofr.

(c). Idem deinde factitabant Imperatores, quoties  
actior annona incolarum numerum immunit suaderet.  
Augustum magna aliquando sterilitate ac difficultate re-  
medio venalitias & lanistarum familias, peregrinof-  
que, omnes, exceptis medicis & praceptoribus, pa-  
remque servitorum urbe expulisse, auctor est Suet.  
Aug. 42. Idem suo tempore factum, conqueritur Ambro-  
s. de Offic. 3. 7. Sed posterius hoc exemplum de  
barbaris, Romae commorantibus, videtur intelligen-  
dum. Nati enim in orbe Romano tantum abest, ut  
Roma exsularint, ut maximam plebis Romae partem  
constituerent sub Imperatoribus, maxime ex quo tem-  
pore omnes, qui orbe Romano vivebant, cives esse  
puserat Antoninus Caracalla. Jam sub Domitiano ea  
de colluvie conqueritur Juv. Sat. 3. v. 58.

*Quæ non divitibus gens acceptissima nostris,  
Et quos præcipue fugiam, properabo fateri,  
Nec pudor obstat: non possum ferro, Quirites,  
Græcum urbem, quamvis quota portio facis Achæi  
jam pridem Syrus in Tiberim deflexit Orantes,  
Et linguam, & mores, & cum rhibicine chydæ  
Obliquas, nec non gentiliz tympana secum  
Vexit; & ad circuon jussat prostrare puellas.*

Et Herodianus Hist. 1. 12. referens pestilentiam sub  
Commodo Romanum orbem devastasse, eam potissimum  
addit in civitatem Romanam levissile, περισσα-  
τερον τε δειλω, καὶ τὰς ταπειχίδες διαστροφίου, que &  
per se populo abundarit, & adrenas toto orbe conflu-  
entes exciperit. Idem l. 7. c. 7. populi Romani inlo-  
lem, qualis sub Maximino Imper. fuerit, descriptu-  
rus,

---

(c) Monimentum hujus legis Papiae egregium extat in  
numis L. Papii, Celsi, C. illius Papii legislatoris agnati,  
in quibus tabella conspicitur, cum litteris, PAPI,  
quam de lege hac Papia interpretantur Ez. Spanh. de usi-  
& Tract. Numism. 4. p. 180. Folv. Ursini de Famili. Rom.  
p. 196. Adde, que de hac lege diximus plenius in Comme.  
ad L. Jul. & Pap. Popp. l. 1. 3.

sus: Kαι ποιητε ποιειν, inquit, οχλος λεφαντη τα μητροποιειαν, ο δι επιστολην σηματινην πινγανην ουκ επιδιδοτε την αρχην αν παιδι η, πασαν Ιησον το τη γενετην ειναι. Να μη εισι ubique vulgas semper ad res novas levissimum, tamen Romana plebs in primis, que ex magna varia que etiam peregrinorum multitudine constat, longe exercitum mobilior est. Et sane tot Rome Syri, Phoenices, Aegyptii, Afri, Graeci, Asiatici non modo inter plebejos erant, sed & summis fulgebant honoribus, ut nihil sere Romani sanguinis Romae superesse videtur, & urbem incolis privaturus fuisset, qui jussisse utrbe excedere peregrinos.

§. 137. Quod ad Jura peregrinorum attinet, paucis omnia complectentur, si eos cum juribus Quiritium, tum jure publico civitatis, plane caruisse dixerimus. Non ergo liberi erant jure Quiritum ita, ut flagris virgisque caeli possent. Neque erat ipsis jus connubii cum civibus. Ulpian. *Fragm. 5. 4.*) (quamvis esset jus matrimonii, quod vocabulum juris gentium esse docuimus in *ELEM. JUR. CIV. SEC. ORD. INST. S. 150.*) neque jus patris potestatis, *I. 3. D. de his*, qui sunt sui vel alieni juri, neque iura patronatus *I. 10. S. 2. D. de in jas voc. PLIN. EPIST. 10. 12.* neque testamentis factio, (*d*) aut jus ex testamento quidquam capiundi. *I. 1. pr. D. ad L. Falc. Ulp. Fragm. 20. 14. I. 1. C. de her. Inst. I. 6. S. 2. D. eod.* Immo nec testes eis esse licet in testamento civis. *I. 30. C. THEOD. de her.* Denique nec jus habebant legitimi dominii, nexus, mancipii (quamvis recte ab iis initri & explicitari possent contractus & negotia juris gentium, quibus etiam acceptilatio, non quidem ratione originis, sed ratione usus accensetur. *I. 8. S. 4. D. de accept.*) nec jus usucaptionis, de quo jam in 12. Tabulis

(d) Hinc mortuo peregrino, bona aut tamquam vacanta in fiscum cogebantur, aut privato adquirebantur, si peregrinus sed ad aliquem veluti patronum applicuisset, eique in clientalem decisset. Tunc enim, illo mortuo, patronus JURE APPLICATIONIS in illius peregrinibona succedebat. Cic. de Orat. 1. 39.

lis tuerat cautum: ADVERSUS HOSTEM AETERNA AVCTORITAS ESTO. Vid. infra l. 2. tit. 6. Quoniam ergo jus Quiritium nullo modo haberent: facile patet, eos multo minus gavisos juribus census, legionis, tributorum, suffragii, petendorum honorum, aliquisque hujus generis.

§. 138. Sed quamvis haec omnia recte se habeant: non unam tamen admittunt exceptionem. Primo enim, ut supra diximus, haud paullo melior erat conditio Latinorum & Italorum, qui tamen & ipsi peregrinis ante legem Julianam accenseribantur. Deinde multis peregrinis concedebantur quædam jura Quiritium, vel beneficio populi, vel clementia Principum. Sic jam supra obseruavimus, datum esse peregrinis jus connubii, patriæ poestatis, testamenti factionis. Et hoc est celebre illud jus, utendi roga, cuius meutio fit l. 32. D. de jure fisci. Accedit tertio, quod licet jure Quiritium testari haud possent peregrini, liceret tamen eis adversus civitatis sue leges testari (e), uti ait Ulp. Fragm. 20. 14. Ubi adversus idem esse ac secundum, jam pridem observarunt eruditii. Quarto, multa etiam in fraudem legum commodumque peregrinorum fuerant inventa. Sic tamen nihil ex testamento capere posset peregrinus, recte tamen & jure aliquandiu capiebat per fideicommissum. §. 1. Inst. de fideic. her. quamvis postea omnia fideicomissa in fraudem legum relicta, irrita esse jusserit SC. Plancianum, l. 59. §. 1. D. ad L. Falc. Ulp. Fragm. 25. 17. quod sub tempora Vespasiani, M. Plancio Varo Cos. ad Senatum referente, coaditum esse, conjectimus in Comm. ad L. Jul. & Pap. Popp. 2. 6. p. 182. seqq. Denique multa sensim sub Imperatoribus mutata sunt,

(e) Hinc & ii, quibus aqua & igni interdictum fuerat, quamvis ad peregrinitatem essent redacti, testari tamen poterant, secundum leges videlicet civitatis, in quæ fuerant recepti, & sub Tiberio adhuc exemplum ejusmodi testamenti memoratur apud Tacit. Annal. 4. 43. Sed hic ipse Princeps ejusmodi exsulum testamenta prius prohibuit, teste Dion. Cass. Hist. 97. p. 638.

funt, quæ antiqui Romani in peregrinorum odium constituerant. Sic quam castra olim eos, quos ad labores & pericula accipiebant, fassidiose legerent; ut ait Seneca epist. 45. postea etiam provincialibus, ac denique ipsis barbaris, locus non solum inter auxiliares socios, sed & in ipsa legione, concessus est, ut jam supra est a nobis observatum.

§. 139. Quoniam ergo tanta esset inter cives & peregrinos differencia, haud sane mirandum est, etiam externis quibusdam signis secretos illos voluisse Romanos. Cives incedebant togati, qui toge amictus tam proprius his erat, ut & togati pro Romanis, quemadmodum palliati pro Grecis dicantur. Sicut ergo dedecori hoc erat Romanis, si palliati incederent. Cic. pro C. Rabirio c. 9. ita peregrinis toge usi legibus fuerat interdicendum, Suet. Claud. 25. Plinius Epist. 4. 11. 7. 3. adeoque speciali concessione opus erat peregrinis, qui togati incedere vellent. l. 32. Dr. iure fisci (f). Erat vero toga amictus exterior, laneus, semicircularis, tunica superinjectus, aperitus, & ad talos usque defluens, quem pluribus describunt A. Ruben. de re Vest. I. 6. p. 32. Jo. Bapt. Donius de utraque penula. Cat. Sigon. de Jud. 3. 18. Ceterum quamvis communis hic esset civium habitus; ordines tamen insignibus quibusdam distinguuebantur. Magistratus enim tota praetexta, senatori latro clavo, equites augusto clavo uti solebant. Enimvero exolevit sentiri ipsis inter Romanos toge usus (g), maxisque placuere tunicae & birri, ut mag'o ereditio's adparatu ostendit Claud. Salinas. Adnot. ad Tertullian. de Pallio p. 79.

## §. 140.

(f) Glossæ ergo sigmentum est. in ea lege togam accipi pro munere advocata. Vid. Schilter. diff. de jure peregrin. n. 27.

(g) De Augusto Sueton. Arg. 40. Etiam habitum cumunque pristinum reducere studuit. At nisi quondam præconclitione pullatorum turba, indignabundum & clamans, Ess. ap. 1.

§. 140. Sic & nominibus discemebantur cives & peregrini: siquidem illi etiam prænominibus, hi solis nominibus utebantur, neque prius prænomina accipiebant, quam essent in civitatem adsciti. Cic. Epist. ad Famil. 13. 36. Cum Demetrio MEGA mibi vetusum hospitium est: familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. Ei Dolabella, rogatu meo, civitatem a Cesare impetravit qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur. Ex quo loco etiam adaptaret, ipsa gentilia etiam nomina, ut & cognomina eorum adscivisse peregrinos, a quibus, vel quorum opererant civitate donati, vel alio adfecti beneficio. Id quod etiam ex præcedente epistola discimus, ubi de Philoxeno, qui postea C. Avianus dictus est: Nomen autem Aviani, inquit, consequitur est, quod homine nullo plus est usus, quam Flacco Aviano, meo, quemadmodum se scire arbitror, familiarissimo. Sed ne minimum excrescat hæc appendix, hic quidem ei colophonem imponere visum est.

*Romanos: rerum dominis, gentemque togatam:*

Unde patet, Jam ipsis Augusti temporibus toga usum  
vulnus exolescere cœpisse.

## LIBER II.

## TITULUS PRIMUS.

**A**D TIT. I. *De rer. divis. & adquir. rer. domin.*  
explicatur, quomodo Romani res sacras D̄is superis, religiosas diis inferis consecraverint, quomodo sepultra circumscripterint limitibus, quomodo muros araro signacine, ac deinde dedicavit? Quae res dictæ veteribus publicæ, communes, universitatis, nullius? Quenam res mancipi & nec mancipi? quomodo facta mancipatio, in jure cessio, sub corona venditio, traditio, adjudicatio? Quid dominium Quiritarium & bonitarium?

TIT. II. *D. rebus corporalibus & incorporalibus hæc*  
divisio e principiis Stoicorum explicatur. 28

TIT. III. *De servitut. rustic. & urbanor. prædiorum,*  
de utriusque origine, & indole ex antiquitatibus  
Romanis disseritur. 30

TIT. IV. & V. *De usufructu, usu, & habitatione,*  
eorumque origine agitur. 42

TIT. VI. *De usucacionibus & longi temporis prescri-*  
*ptionibus:* origo horum iurium ex jure Attico &  
legibus 12. Tabularum derivatur, & de legibus A-  
tinia, Julia, Plautia, Scribonia, aliisque novis con-  
stitutionibus agitur. 46

TIT. VII. *De donationibus,* disseritur de differentiis  
doni & munieris, de donis Romanorum variis, ve-  
luti strenis, apophoretis, numeribus natalitiis, lu-  
stris, nuptialibus, xeniis &c. Eadem occasione de  
lege Cincia & aliis iuribus, eorumque origine agi-  
tur. 52

TIT. VIII. *Quibus alienare licet, vel non licet,* to-  
ta materia de dotum origine, & jure, ut & de  
ritibus dotem dicendi, dandi, promittendive tracta-  
tur. Agitur item de alienatione pignoris, & returno  
pupillarium. 67

TIT. IX. *Per quas personas cuique adquiritur,* pre-  
cipue de adquestu per liberos, horumque Peculio,  
P 6 ut

ut & per servos, matresfamilias, personas liberas agitur.

**TIT. X. XI. XII. XIII.** *De testamentis ordinandis, de testata, militari. & qui testari non possunt, ostenduntur prima rei testamentaria initia, adhucque, quonodo testamenta in comitiis calatis, in procuratu, per as & librari, ut & pratoria facta, scriptaque sint. Agitur etiam de testamentis militibus, de testamentis seminarum, de exhortatione liberorum veterem, & nova, ut & abdicatione eorum &c.*

**TIT. XIV.** *De heredibus instituendis, de iis principiis agitur, qui heredes inst. cui haud potuerint, quales erant peregrini, celibes, orbi, universitates, in quibus tamen non comprehenduntur municipia. An, & quinam Dii potuerint heredes institui? Qualis ac hereditatibus, & quonodo computandus?*

**TIT. XV. XVI.** *De vulgaris & pupillari substitutione in ueriusque originem inquiritur, simulque ejus formula, & modus ostenduntur.*

**TIT. XVII. XVIII. XIX.** *Quibus modis testam. infirmantur, de querela inofficiose test. ut & de hered. qualitate, & differentia, explicatur, quenam testumenta fuerint nulla, vel injusta, infirmata, rupra, irrita, rescissi: quae fuerint origo querelae inofficiose, ejusque natura? quae origo portio eius legitime? Quinam heredes dicti necessarii, sui & necessarii, extracci? Quidibus creta, & adita hereditas? Quid pro herede actio? Quid immixtio & agnatio.*

**TIT. XX. XXII.** *De legatis, eorumque adempione & translacione, ut & lege Falcidia ostenditur, quotuplicia legata fuerint, quonodo legarum si per vindicationem, damnationem, finendi modo, per precepitionem? Quenam fuerint horum legatorum differentiae? Quid legatum partis hereditatis? Considerantur porro leges, Furia testamentaria, Voronia, Falcidia, carumque origo, & materia explicantur.*

**TIT. XXIII. XXV.** *De fideicommissis universis & singularris, & de codicilis, fideicommissorum origine, formulæ, natura ostenduntur: adduntur nonnulla de-*

de SC. Trebelliano, Pegafino, Aproniano, de codicillorum nomine, natura, origine, & quae hue pertinent, aliis.

## L I B E R T I T .

**A**D TIT. I. *De hereditatibus, que ab intestato deferuntur*, explicatur lex 12. Tab. de successione suorum & agnitorum, additurque, quinam dicti sint heredes sui, urbi & difficilis Pauli locus exponitur, nec non, an & filiae successerint, ubi plura de lege Voconia, item an uxores, quae in manum convernant, inter heredes suas fuerint? quomo<sup>do</sup> io<sup>m</sup> emancipatis succurrit<sup>r</sup> Praetor & quidve recentiores leges haec in re immutarint?

**TIT. II. De legitima adgnitorum tutela**, quinam agnati fuerint, quinam gentiles, docetur, eaque occasione explicatur, quomodo Romani gentes familiaeque suas nominibus, cognominibus, agnominibus distinxerint. Additur lex 12. Tab. de successione gentilium, itemque quo ordine agnati & gentiles successerint, & an agnate etiam ad successionem voratae sint, quoque iure emancipatis successerint patres, & quid novum jus hac in re mutarint, disquisitar.

**TIT. III. De SC. Tertulliano**, primo, quibus legibus sensim matres ad liberorum successionem vocari sine: ac deinde SC. Tertulliani historia & materia, ut & juris liberorum ex hoc SC. & ex lege Papia Poppæa differentia exponitur.

**TIT. IV. De SC. Orphitiam**, hujus SC. historia traditur, ostenditurque ex Valer. Max. & Plinio, jam ante hoc SC. liberos maternam hereditatem querula inofficiosi instituti sibi vindicasse.

**TIT. V. De successione cognitorum**: ostenditur, cognatos non a legibus 12. Tabularum, sed a Praetore ad successionem vocatos, sed & quinam cognati dicti sint, ad quorum gradum successerint, & quid jus novum de iis staruat, explicatur.

**TIT. VI. De gradibus cognationum**, nomina graduum singulorum traduntur, additoque schema antique quo-

quomodo veteres gradus istos disponere consueverint, ostenditur.

**TIT. VII.** *De servili cognatione*, jus hae de re novum pariter ac antiquum exponit. 148

**TIT. VIII.** *De successione liberorum*, explicata lege vetere 12. Tabularum, ostenetur patronos agnatorum jure olim censeri consueuisse, unde & liberti patronorum nomina adsumserint. Additur, quomodo illis successerint patroni, & quibus casibus libertate successione patronos excludere potuerint. Accedit explicatio capitum quorundam legis Papie Poppeæ de libertabus quatuor liberorum parentibus, de libertis centenariis, de successione patronorum, &c. 150

**TIT. IX.** *De adsignatione libertorum*: ostenditur; quia in re constituitur jus patronatus, quid fuerit adsignatio libertorum, & quid de ea cautum sit SC. Claudiano? 152

**TIT. X.** *De bonorum possessione*, explicata differentia possessionis bonorum, & bonorum possessionis, quid & quoctuplex haec fuerit, exponitur, additurque nonnullum de bonis caducis ex lege Papie Poppeæ, ut & de formulis, quibus & petita & data est bonorum possessio. 158

**TIT. XI.** *De adquisitione per adrogationem*, jus tum vetus, tum novum de universalis isto adquirendi modo traditur. 160

**TIT. XII.** *De eo, cui libertatis causa bona addicatur*, similiter tum vetus, tum novum jus explicatur. 168

**TIT. XIII.** *De successionibus sublatris*, quæ fibant per bonorum venditionem ex SC. Claudiano. Hic lector ad alium locum hujus tractatus remittitur. 171

**TIT. XIV.** *De obligationibus*, præcipue de contractuum & pactorum apud Romanos differentia, de obligationibus civilibus & prætoriis, ubi de obligationibus ex delicto differitur. 172

**TIT. XV.** *Quibus modis re contrahitur obligatio*, præcipue de mutuo docetur, quod veteres illud adpenderint, ut & de fœnore, quomodo illud a mutuo differt, quomodo pecuniae fœnori datae & Kalendario

rio inscriptæ sunt, qualis contractus in foenore intercesserit, quæ leges veteres de eo latæ sunt, quibus fraudibus usi sunt foeneratores, quomodo computatæ sunt usuræ, quæ usuræ dictæ sunt centesimæ, deunces, decunes, dodrantes, bessæ, septantes, semisses, quincunxes, trientes, quadrantes, sextantes, uniarctæ, semiunciaræ, item usuræ binarum, ternarum, quinarum, centesimiarum &c. Adduntur quedam de commodato, deposito, de quo & lex XII. Tab. exponitur, & de pignote.

**TIT. XVI. XX.** *De verborum obligationibus*, titus stipulandi formulæque in eo contractu adhibitæ, variæ item de stipulationibus jura, eorumque genera exponuntur. Quin vero & sponsalia fierent per stipulations, de his quoque, eorumque præcipuis ritibus differunt.

**TIT. XXI. De fidejussoribus**, explicatur, quinam veteribus fuerint vindices, vades, subvades, fidejussores, sponsores, ad promisiores, fideipromissores, quales fuerint fidejubendi formulæ, qualis fidejubentium obligatio &c.

**TIT. XII. De litterarum obligationibus**, sollicite ex antiquitaribus, qualis fuerit apud veteres litterarum obligatio, quaque fortia illa facta sit, exponitur.

**TIT. XXIII. XXVII. De contrahitibus consensualibus**, agitur de emtione venditione, locatione conductio-  
ne, societate, mandato, eaque occasione de conductionibus publicanorum, eorumque societatibus com-  
pluta ex antiquitate exponuntur.

**TIT. XXVIII. De obligationibus**, que quasi ex contrahitu nascuntur, de negotiorum gestio's origine, tutela, communione agitur, simulque ex 12. Tab. de familia erciscunda explicatur.

**TIT. XXIX. Fer quas personas nobis obligatio adquiritur.** Hic lector ad alium locum remittitur.

**TIT. XXX. Quibus modis tollitur obligatio**, agitur de solutione, de antiquissima obserotorum conditione, de possessione bonorum, ejusque origine, de novis tabulis a plebe postulatis, de in solutum datione,

de cessione bonorum, de acceptationis ritibus, de novatione, contrario dissensu & ob-signatione pecuniae.

## LIBER IV.

**A**D TIT. I. *De obligationibus, que ex delicto nascuntur*, explicatur ubrius, quoniam antiquissimae sint de furo leges, quomodo furtum nocturnum, quomodo manifestum & nec manifestum vindicatum. Prolige imprimis dispicitur, quo ritu veteres furtum conceperint per larcem & licium. 247

**TIT. II.** *De vi bonorum raptorum*, eadem methodo de rapina agitur. 262

**TIT. III.** *De lege Aquillia*, de damno injuria dato, ut & Legis Aquilliae historia, variisque capitibus agitur, & imprimis ostenditur, caput secundum de servo corrupto egisse. 264

**TIT. IV.** *De injuriis variae leges* 12. Tabularium, ut & jus praetorium de injuriis, eorumque pena explicatur; addicte legis Corneliae de injuriis historia & explicatio. 272

**TIT. V.** *De obligationibus, que quasi ex delicto nascuntur*, explicatur, qua cura judices lecti, quomodo iudei liben suam fecerint, quid de effusis, dejectis &c. statuerit Praetor, quid de nautis, cauponibus & stabulariis &c.

**TIT. VI.** *De actionibus ea omnia, que in jure sabant, exponuntur.* Docetur ergo, quinam magistratus Romae & in provinciis iudicis privatis prefuerint, quid fuerint imperium & jurisdictio, ubi jus dictum, quid veteribus fuerit tribunal, quid locus planus? quinam Praetori a' sederine; quibus diebus jus dictum, quinan dies dicti nefasti, atri, omnino, intercisi, feriales, quo ritu facta sit in jus vocatio, actionis editio, postulatio, quo modo conpetunt vadimonium, quomodo actio intenta? quibus formulis & ritibus vindicare postulatae in rei vindicatione, quibus formulis omnes reliquæ actiones institutæ, quid interfuerint inter actiones arbitrarias, bona fidei & stricti juris, quo ritu postulati judicess,

ces, qua formula iudicium dati, quomodo numerus testium a Praetore prescriptus, & quomodo facta sit litis contestatio?

286

**TIT. VII.** *Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur,* agitur de actione institutoria, eaque occasione ostenditur, quo loco mercatores apud veteres Romanos fuerint, quemam eorum fuerint collegia, quinam institores, &c. Eodem modo explicatur, quales fuerint Romae exercitores, quibus formulis actiones institutoria, exercitoria, tributaria & de peculio instituta sint. Accedit historia SC. Macedoniani.

325

**TIT. VIII.** *De aliib[us] noxal. actionum* harum natura, formulae & origo ex 12. Tab. ostenditur.

332

**TIT. IX.** *Si quadrupes pauperiem fecisse dicitur.* Actionis quadrupedariæ origo & natura ex 12. Tabulis ostenditur. Accedunt nonnulla de lege Pesulania de cane, & quomodo canibus alligatis inscriptio addi consueverit.

334

**TIT. X.** *De iis, per quos agere possumus.* Advocatorum, Cognitorum, Procuratorum origo ex historia traditur, additurque nonnihil de dominio litis.

338

**TIT. XI.** *De satisfactionibus.* Earum indoles ex vetere & que ac novo jure describitur.

343

**TIT. XII.** *De perpetuis & temporariis actionibus.* Quenam actiones perpetuae, quenam & cur illæ annuae & temporarie fuerint, ostenditur.

346

**TIT. XIII. ET XIV.** *De exceptionibus & replicacionibus.* Quomodo illæ in jure prolatæ, quomodo formulæ judices dandi inclusæ sint, ostenditur.

348

**TIT. XV.** *De interdictionibus, eorumque origine, natura, formulis agitur.*

**TIT. XVI.** *De pena temere litigantium,* præcipue de jurejurando calumniæ, & calumniorum pena ex antiquitatibus differitur.

352

**TIT. XVII.** *De officio judicis.* Quemadmodum titulo 6. ea, quæ in jure siebant, ita ad hunc titulum ea, quæ in judicio siebant, exponuntur, ostenditurque, quibus formulæ dari judices, unde & quomodo electi sint, quos in consilium adhibuerint, quomodo in leges jurarint, quo ritu dies judicij diffindā, absen-

absentes edictis citari, praesentes calumniam jurare, caussam conjicere, consueverint: quomodo dixerint oratores, & quo pacto denique lata sit sententia.

**TIT. XVIII.** *De judiciis publicis*, tum de judiciis publicis, tum de judiciis populi, tum de legibus ad varia crimina coercenda comparatis agitur. De judiciis publicis ostenditur, quomodo a popularibus, actionibus, a judiciis populi & cognitionibus extraordinariis differant, quea crimina iis vindicata, quibus penitus in reos animadversum, quinam iis praefuerint questores, quisham Judex questionis, quinam reliqui judges fuerint? Quomodo rei in ius vocati, quomodo nomen delatum, quomodo deinde rei vestem mutarint, quomodo patroni exhibiti, quomodo prima ac deinde seunda sit instituta actio, quomodo sententia lata? &c. De judiciis populi referuntur, quo pacto dies dicta sit reis, in quibus comitiis factum judicium, quomodo rei citari, ter accusati & citati sunt, quomodo proinulgata rogatio, quomodo reus defensus, ipsaque sententia lata per suffragia populi? Denique leges de crimine iniustitiae, de adulterio, de fisciis, parricidio, de falsis, de vi publica & privata, de peculatu, de repetundis, de plagio & ambitu latius explicantur.

R  
Pro . n  
cujus  
meritis  
Litter  
etiam

A L  
Abdicatio  
quomodo  
Accensio  
Acceptio  
10 fe  
ib. u  
111.  
Juri  
187  
Acclama  
factio  
relata  
Accusat  
18 1  
Accusat  
18 1  
Accusat  
Acquisitio  
1 21  
22 P  
per 1  
94 1  
111.  
9 3  
111.  
Actio 2  
111.  
6 30

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

Pro. notat proximum . Adp. appendicem, pr. principium  
eiusque tituli. Noster Romani libro, e reliquis nu-  
meris primus titulum, secundus paragraphum indicat.  
Littera minuscula addita ad annotationem textui subje-  
ctum respicit.

**A** Littera absolutionis no-  
ta. IV. 18 31  
Abdicatio liberorum, qualis  
quomodo facta? II. 10 23  
Accensi. I. adp. 53  
Acceptatio quid? III. 30  
10 seq. quomodo facta?  
ib. ubi locum habuerit?  
III. 30 13 cur dicatur  
juri gentium. I. adp.  
187  
Acclamations Principibus  
facta. I. 2 35 in acta  
relata. ib.  
Accusare qui potuerint; IV.  
18 17  
Accusatio accusationis. IV.  
18 17  
Accusatores publici. IV. 18 17  
Acquisitio juris gentium. II.  
1 21 juris civilis. II. 1  
22 per liberos. II. 9 1  
per matremfamilias. II.  
9 4 per personas liberas.  
II. 9 5 per servos. II.  
9 3 per adrogationem.  
III. 31 1 seq.  
Actio estimatoria ex emto.  
III. 23 3 arbitaria. IV.  
6 36

bonae fidei. ib.  
in capones. IV. 5 5  
Confessoria. IV. 6 27  
Rhetorium fictio. IV. 6 22  
de distrahendis rationibus.  
I. 26 5  
duplex in judiciis publicis.  
IV. 18 24  
edita quomodo? IV. 6 19  
non eisdem omnes dabant  
prætoris. ib.  
Actio de emto ex modo.  
III. 23 3  
exercitoria. IV. 6 38 &  
IV. 7 3  
familie erescundæ. III.  
28 6 seq.  
formula adstrictria. IV. 6  
19 (n.)  
inventa quomodo? IV. 6 19  
Actio quod iussiu. IV. 6 38  
Kalendarii. III. 15 5 legi-  
gis quid? pro. 6  
ex a jureconsulto appen-  
ta. I. 2 31  
num fuerint penes collegium  
pontificum? I. 2 31 (\*)  
cur excoquitate. I. 2 31  
ex malicio. IV. 6 33  
mandati, concorrente do-  
lo,

lo, famosa. 111. 23 20  
 mixta quid? 14. 6 34  
 in nautas. 1v. 5 5 negotia-  
 ria. 1v. 6 26 negotiorum  
 gestorum. 111. 28 3  
 noxalis. 1v. 8 4 seq. de pa-  
 stu pecoris. 1v. 9 1  
 de peculio. 1v. 7 5  
 perpetua. 1v. 12 1  
 a persequitione quomodo  
 differat? 111. 30 12 (m)  
 a petitione quomodo diffe-  
 rat? 111. 30 12 (m)  
 penalit. 1v. 6 35 postula-  
 ta quomodo? 1v. 6 19  
 præjudicialis. 1v. 6 30  
 præscriptis verbis. 1v. 6 32  
 pretoriz annuit. 1v. 12 2  
 perpetuae. ib.  
 Publiciana. 1v. 6 28  
 ejus antiquitas. ib.  
 quadrupedaria. 1v. 9 4  
 quasi Serviana. 1v. 6 29  
 quotuplex? 1v. 6 23  
 rescissoria Publ. 1v. 6 29  
 de in rem verso. 1v. 7. 5  
 in rem utilis. 1v. 6. 26  
 Serviana. 1v. 6 29  
 Actio pro socio, dolo con-  
 currente, famosa. 111. 23  
 20  
 quis solidum petitur vel non  
 petetur. 1v. 6 37  
 ex sponsu. 111. 16 22  
 contra stabularium. 1v. 5 5  
 ex stipulatu. 111. 20 22  
 suspecti tutoris. 1. 26 2  
 tributaria. 1v. 7 4  
 Actor tutoris. 1. 23 17  
 Actor Servus. 1. 23 11  
 Actum est formula comica

ab effectu rei judicatae sum-  
 pta. 1v. 17 13  
 Actus & iter. 11. 3 10  
 Addictio bonorum libertatis  
 causa. 111. 12 1 seq.  
 Additi debitores. 111. 30  
 2 an servilis conditionis?  
 ib. liberati, nonnumquam  
 a divitibus. 111. 30 4  
 (c)  
 Adjudicatio quid? 11. 1 27  
 Adjutor tutoris. 1. 23 11  
 Adoptio, cur Romæ tam  
 frequenter? 1. 11. seq.  
 a quo fieri potuerit. 1. 11  
 12  
 an & ab eo qui liberos ha-  
 bebat? 1. 11 8  
 an in ea partus simulatus?  
 1. 11 15 (a)  
 per æs & libræ. 1. 11 15  
 mancipatio in ea adhibita.  
 1. 11 15  
 quorum fieri potuerit? 1.  
 12 16  
 an domi facta? 1. 11 15 (a)  
 quotuplex? 1. 11 4  
 per testamentum. 1. 11 18  
 ejus effectus. 1. 11 19 mu-  
 tata a Justiniano. 1. 11 20  
 an tribuerit nobilitatem. 1.  
 11 11  
 etiam domi facta a pri-  
 pibus. 1. 11 15 (a)  
 a feminis facta. 1. 12 12  
 Adorare, id est agere. 1v.  
 11 11  
 Adpromissor. 111. 21 4  
 Adquisitio, vide Acquisitio.  
 Adrogatio cur in comitiis fa-  
 cta, & lege curia? 1. 11 6  
 quam-

quam  
 ejus e  
 pontif  
 cur c  
 quæst  
 1. 1  
 requisit  
 droga  
 Adrog  
 1. 1  
 in ex  
 1. 11  
 Rome  
 12  
 unde  
 Adroga  
 ficio  
 Adscise  
 ption  
 Adserc  
 6 30  
 in ser  
 Adfessio  
 6. 9  
 Adfidui  
 Adsigna  
 9 2  
 Adscrip  
 Adulter  
 vate  
 in ruo  
 ex leg  
 52  
 ab ipsi  
 1v. 1  
 verberat  
 18 52  
 Adulter  
 strati  
 Adulter  
 Consta

- quamdi? 1. 11 13  
 ejus effectus. 1. 11 11  
 pontificum auctoritate fieri  
 cur debuerit. 1. 11. 7.  
 questioes in ea proposito.  
 1. 11 9  
 requisita, quum pupillus ad-  
 drogatus. 1. 11 17 (e)  
 Adrogatio per rescriptum.  
 1. 11 17  
 in ea rogatio ad populum.  
 1. 11 10  
 Romæ tantum facta. 1. 11  
 12  
 unde dicta? 1. 11 5  
 Adrogatio, per eam acqui-  
 sitione. 1. 11 1  
 Adsciscere vocabulum ado-  
 ptionis. 1. 11 18  
 Adserere liberali causa. 1v.  
 6 30  
 in servitutem. ib.  
 Adseffores judiciorum. 1v.  
 6. 9.  
 Adsiduitas. 1v. 18 77  
 Adsignatio libertorum. 1. 11.  
 9 2  
 Adscriptio. 1. 3 8  
 Adulteræ dotis partes pri-  
 vatæ. 1v. 18 51  
 in monasterium detrudendæ  
 ex lege Justiniani. 1v. 18  
 52  
 ab ipsis viris condemnatae.  
 1v. 18 52 (f)  
 verberatae ex lege Just. 1v.  
 18 52  
 Adulteri domi deprehensi ca-  
 strati. 1v. 18 57 (f)  
 Adulterium capitale ex lege  
 Constantini M. 1v. 18 52
- ejus poena ex lege Julia an  
 gladius? 1v. 18 51  
 an relegatio in insulam?  
 ibidem genuina quenam?  
 ibidem.  
 graviter punitum ab impe-  
 ratoribus. 1v. 18 52  
 Advocatorum origo. 1. 2  
 29 1v. 10 2  
 unde dicti. 1. 2. 33  
 Ædes sacrae quomodo diffe-  
 rent a templis? 1. 1 2  
 Ædilium Romanarum altitu-  
 do. 1. 1 3 7  
 Ædificandi modus Romæ ob-  
 servatus. 1. 1 3 4  
 Ædiles æario aliquando pre-  
 fecti. 1. 25 11  
 Cereales. 1. 2 26 (q)  
 curules. 1. 2 25  
 eorum edicia. 1. 2 27  
 de sumptibus sepulcrorum.  
 1. 2 4  
 eorum jurisdictione. 1v. 6 4  
 concurrens cum prætoria.  
 1. 2 27  
 in municipiis. 1. Adpend.  
 123  
 eorum munus. 1. 2 26  
 Origo. 1. 2 25  
 etiam prætores dicti. n. 2  
 27 (r)  
 plebei. 1. 2 25  
 apud eos profitebantur mer-  
 cetrices. 1v. 18 53  
 Æditui, apud eos deposita  
 testamenta. 1. 10 11  
 Ælianum jus, vid. jus Æ-  
 lianum.  
 S. Ælius juris Ælianii au-  
 thor. Pro. 8. (f)
- ejus

- ejus Tripartita. ib.  
 Alpini vestigia. 1. adp. 63.  
 Aerarium quomodo a fisco  
 differat? 1. 25 10  
 ei quinam praesuerint? 1.  
 25 11 ejus praefectus.  
 vid. Praefectus.  
 Saturni & milie. ib.  
 Aes uxorum. 1. 25 3 gra-  
 ve. 1V. 4 1  
 Ager censui censendo. 1I.  
 1 18 1. adp. 89.  
 vestigialis. 1II. 23 9  
 (b) 1II. 23 13  
 Agere alterius nomine eue  
 non licuerit? 1V. 10 2  
 A. Agerius nomen in formu-  
 lis solemne. 1II. 30 12  
 Agoati qid? 1II. 2 1 co-  
 rum tutela legitima. 1.  
 19 5 seq.  
 eorum successio. 1II. 2 3  
 seq.  
 capituli deminutionem pa-  
 si instar cognatorum e-  
 rant. 1II. 5 4 ad agna-  
 tos & gentiles prover-  
 biuum. 1. 23 4 (c)  
 Agnomina Romanorum. 1II.  
 2 2  
 Album quid? 1. 2 23 (m)  
 Altitudo axium Rom. 1I.  
 3 7  
 Altius non tollendi servitus.  
 1I. 3 7  
 Altius tollendi obscura. ib.  
 Ambitus axium. 1I. 3 4  
 agnus Romanos quallis? 1V.  
 6 77  
 Ie. de hoc criminis va-  
 ria. ib. 78
- Anatocismus olim licitus;  
 postea prohibitus. 1I.  
 15 30 (m)  
 Angiportus. 1I. 3 4  
 Anguia Anguitia Dea Mar-  
 torum. 1. adp. 94  
 Annona caritas. Proprie  
 tate peregrini urbe ex-  
 pulsii. 1. adp. 136  
 Annulus pronubus. 1II. 15  
 20 aurei jus. 1. 5 17 (b)  
 Anfarie vestigia. 1. adp. 63  
 Antestatio in jus vocantium  
 quid & quomodo facta?  
 1V. 6 14  
 ea an semper opus. id  
 Antestatus quis? & an idem  
 cum libelpendet? 1. 12 7  
 A'reo'ssa. 1I. 7 18  
 Antistius Labeo Jurisconsul-  
 tus. vid. Labeo.  
 Antoninus (Marcus) sub  
 eo conditum ediculum pro-  
 vinciale. Pro. 15. (f)  
 pretorens tutelarem cre-  
 vit. 1. 2 20  
 Antonini Caracalla consti-  
 tuio: orbis Romani. 1.  
 adp. 19  
 ejus occasio. ib.  
 Antoninus Pius, an & Ba-  
 drianus dictus? 1II. 1 3  
 A'reo'ssa pro consulati.  
 1. adp. 95  
 A'reo'ssa. 1V. 18 17  
 Apollo Didymus. 1I. 144  
 Apophoreta Saturnalia. 1I.  
 7 5  
 A'reo'ssa. 1I. 10 23  
 A'reo'ssa. ib.  
 Aqua Claudia, Curtis, Tri-

- ignis & signis interdictio. i. 16 9  
 in cubicula & triclinia ductus. ii. 3 12  
 Aqueductum Roman. frumentaria. ii. 3 12  
 Aqueductus servitus. ib. per injuriam corruptus. iv. 1 5 (c)  
 Aquam oleum quid? ib.  
 Aquitius Jureconsultus formularum invento. ii. 30 12 (b)  
 Aratum inducum urbibus. ii. 3 8  
 Aratro circumductus coloniae. i. adp. 125  
 Arbitri & judices quomodo different? iv. 6 36 & ib. 39  
 quomodo tolerant sententiam. iv. 27 12  
 Arbor infelix que? ix. 18 10 (d)  
 Area in sepulcris ex qua materia? ii. 14  
 Ex area numerare. iii. 15 2  
 Argentarii qui? iii. 15 6 (b)  
 Atillator quis? iv. 7 1  
 Aristocrati puluis regibus moliebantur patricii. i. 2 46  
 Arrha in emtione data. iii. 23 2  
 sponsalitia. iii. 16 20  
 As. IV. 4 1  
